Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIVERSITY OF WISCONSIN
LIBRARY

General Library System
University of Wisconsin - Madison
728 State Street
Madison, WI 53706-1494
U.S.A.

Digitized by Google

UNIVERSITY OF WISCONSIN
LIBRARY

MITTEILUNGEN

ZUR

VATERLÄNDISCHEN GESCHICHTE.

HERAUSGEGEBEN

VOM

HISTORISCHEN VEREIN IN ST. GALLEN.

XXVIII.

DRITTE FOLGE.

ST. GALLEN.
FEHR'SCHE BUCHHANDLUNG (VORMALS HUBER & CO.)
1902.

Vadianische Briefsammlung

IV.

1526—1530.

Die

Chronik des Hermann Miles.

ST. GALLEN.
FEHR'sche BUCHHANDLUNG (vormals Huber & Co.)
1902.

Die

Vadianische Briefsammlung

der

Stadtbibliothek St. Gallen.

IV.

Herausgegeben

von

Emil Arbenz, Professor.

438. XI 44.

Georg Binder[1]) an Vadian.

(Zürich. Anfang 1526.)

Glückwunsch zum Bürgermeisteramt. Bericht über einen Besuch in Bern.

Gratulor tibi imprimis consulatus nuper adepti, quem christiane (invitis omnibus et papistis et catabaptistis) administrare tibi det Deus optimus maximus. Novi, quod tibi scribam, nihil habeo; tantum quod, cum superioribus diebus Bernæ fuimus, Nicolaus de Wattenwil pręposituram abdicavit[1]), immo toto sacerdotio renuntiavit[a]), unde supra 800 coronatos quotannis[b]) accipiebat. Is me summa liberalitate et humanitate excepit. Agebatur etiam tum de ducenda uxore, filia Claudii a Madiis, cuius frater Iacobus sororem prędicti Nicolai duxit, virginem vestalem ex Küngsfelden etc. Tractaverunt me magnificentissime omnes fratres, pręsertim autem Berchtoldus Haller, episcopus vigilantissimus, Henricus Lupulus, Ioannes Rudolfus Hezel, Theobaldus Erlachius, Madii omnes etc., viri opibus, genere et virtutibus insignes, insigniores tamen pietate, adeo ut ψευδόχριστοι contra eos ne mutire quidem ausint. Hęc tibi ideo scribo, ut confidentius[c]) Christi evangelium promoveas, cum alios etiam a nostris, immo a Christi partibus esse videas. Lator hic libelli is est, quem tibi commendatum volui. Vale.

Georgius tuus *Binderus.*

Prestantissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli apud divum Gallum consultissimo, domino et pręceptori suo colendissimo.

a) „renunc-". — b) „quottannis". — c) „c" für „t".

1) Vgl. II, Brief 129, und III, Nachträge, Brief 85. — 2) Im December 1525.

439. II 249.

Wolfgang Joner[1]) an Vadian.

Kappel. 1526. Januar 4.

Glückwunsch zum Bürgermeisteramt. Bitte um Übersendung der Commentare Vadians zur Apostelgeschichte. Sendung von Käse.

Gratia et pax a domino. Benedictus sit deus et pater domini nostri Iesu Christi, qui per suam efficacissimam providentiam te in consulem

imperatoremque populi sui elegit; ipse det tibi sapientiam, ut populum suum in Davidis via deducas. Fiat.

Duo iam menses sunt, doctissime Vadiane, quando tu nobis commentaria in Acta Apostolorum non tam ex nostra importunitate quam tua humanitate nunquam satis laudata promisisti. Adest ergo eosdem auferendi caussa hic, quem cernis, nuntius[a], et nos interim per omnia iura ac sacra obtestamur, ut pristinæ in nos humanitatis memor illam tuam lucem nobis illucescere[b] sinas. Ardemus enim singuli Vadiani nostri commentarios procul dubio eruditissimos videre. Videris igitur, quo iure tui studiosissimos hoc ineffabili, novo, immo[c] iam diu exspectato[d] gaudio defraudare possis. Mittimus et nostræ casæ caseum, non quidem illum, ut aliquid egregii tibi fecisse laudaremur, sed ut nonnihil tibi de re nostra rustica communicaremus, tum ne servus ad te vacuus abire cogeretur. Tu pro tua humanitate omnia boni consule et nos aliquando, si se dederit occasio, invisere non dedigneris. Vive et vale, Vadiane nobis dilectissime. Multam felicitatem[e] multoque augustius imperium precatur tibi meorum pædagogus[f]. Ex cœnobio nostro, 4. Ianuarii 1526.

Volgatius Ionerus, tuus ex omni parte.

Gravissimo viro domino Io(a)chimo Vadiano, apud divum Gallum consuli vigilantissimo.

a) „c“ für „t“. — b) „-cessere“. — c) „imo“. — d) „exp-“. — e) „fœl-“. — f) „e“ für „æ“.

[1]) Von *Wolfgang Joner*, genannt Rüpplin, von Frauenfeld, seit 1519 Abt zu Kappel, sind zwei Briefe in unserer Sammlung.

II 251.

440.

Johannes Wanner[1]) an Vadian.

(Memmingen.) 1526. Januar 12.

Meldung von seiner Berufung nach Memmingen und von den dortigen Streitigkeiten.

Gratiam et pacem a deo. Vocatus sum, charissime Vadiane, ad Memingen. Parui vocationi; sed plures ibidem inveni, qui olim discipuli fuere, nunc vero atrocissimi hostes; nichil non tentant adversus Christum et verbum eius, offensi tumultibus ac sectis, quæ etiam inter Christi præcones ortæ sunt. Schaplerus male audit apud multos; hominem, ut potui, hactenus excusavi; vellem tamen ipsum prudentiorem fuisse. Comitiæ[a] principum translatæ sunt in aliud tempus et alium locum; non convenit omnino inter principes. Timeo magnam tribulationem futuram.

De baptizatoribus mira apud nos mentiuntur; sed culpam omnem in innocentissimum evangelium reiciunt inimici Christi. Ego tentabo, si[b] possim, pacificum verbum ab huiusmodi iniuriis vindicare. His vale in Christo Iesu, qui te servet atque prudentem reddat, ut possis pro utraque republica omnia gerere. Datum 12. Ianuarii 1526, festinantissime.

Tuus ex animo *Io(annes) Vannius.*

Has litteras da Salome, ut secreto det, sicut[c] optime scit[c]. Si gehörenn in das ledere secklin; ita dices ei.

Prudentissimo ac vere christiano Ioachimo Vadiano, domino ac fratri suo in Christo charissimo. Apud divum Gallum.

a) „commitiæ". — b) „sy". — c) Nicht völlig sicher.

1) Vgl. III, Brief 375.

441. B 10.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich, 1526. Januar 17.

Glückwunsch zur Würde des Bürgermeisters. Ausschreitungen der Wiedertäufer; seine Verteidigung gegen die Widersacher und Gewinnung neuer Bundesgenossen. Geburt zweier Kinder des Leo Jud.

Gratia et pax a domino. Plena sunt omnium ora, Vadianum consulem esse Sanctogallensium factum, prꝍter quꝍ certiorem testem non habeo; quibus tamen fidem habeo, sive quod gnaviter credimus, quꝍ optamus, sive quod frequenter aliquid veri subest in tam vehementibus rumoribus. Ego id felicissimum[a] augurium ampliandorum evangelii finium esse mihi persuasi atque o beatas urbes felicesque[a] respublicas, quꝍ ex hoc erudito, sed procelloso sꝍculo saltem hoc auferant, ut tales sibi viros prꝍficiant, qui cum summa eruditione ac eloquentia summam pietatem prudentiamque coniugaverint. Tunc enim eis licebit beatum otium[b] ducere. Tu, mi Vadiane, opus non habes, ut te vel inditis calcaribus exstimulem[c] vel tractis habenis supinem, cum quod ipse eo loci me non esse arbitror atque mensurꝍ, ut tibi prꝍcepta dare vel sciam vel debeam, tum quod ingenerata longoque usu durata dexteritas, sicut spero, ventura omnia: ꝍtatem, consilia, casus, eventus, conatus moderabitur, ut sempiternꝍ Sanctogallensium glorię plurimum apud posteros sit allaturum, Vadianum istic[d] fuisse olim consulem. Cupio de Iacobo Ceraunelateo deque Abtzellanis rebus scire. Fuit enim quidam apud me Ioannis Hassi nuntius[b], qui istud ore mihi nuntiavit[b]: catabaptistas com-

munes[e] cœpisse uxores habere, hoc est, ut nonnulli alterutr(or)um uxores inierint, palam videntibus maritis ferentibusque uxoribus. Ego pro publica contione[b] scelus non nominavi, sed fieri ab istis Abtzellę dixi absurda, flagitiosa istaque gente indignissima. Ibi nebulo iste, qui pelles facit quique superiore anno evangelistę sibi nomen apud nos sumpsit, clam apud catabaptistas verbis meis fidem detrahit. Si ergo per otium[b] licet, brevibus modo rem nuntia[b]. Simile quiddam non minus cupimus scire de matrona quadam honesta et gravi hactenus, quę apud vos narratur sese nudam in publicum eiecisse ac manu cunno illisa copiam sui omnibus fecisse, sacris quibusdam verbis, scilicet: «Ego corpori carnique mortua sum et vivo in spiritu; proinde me cuique licet, ut libet, uti». Venit et alius rumor: quinque apud Abtzellam Vulcano dicatos esse, quod Venere sint in mares abusi. Videmus, quid sit vinci. Malunt arrogantissimi homines a dęmone videri vel ludi vel agitari, quam gloriam deo veritatique dare. Putant nos non esse maiore constantia, quam ut his pręstigiis reddamur attoniti herbamque prębeamus. Nos Germanice nunc de eucharistia scribimus, quę speramus reipublicę christianę profutura, maxime Germanis. Faxit deus, ut omnia ad illius gloriam ac pacem publicam momenti plurimum ferant. Respondimus et ad insidias Eccii complicumque suorum. Defendunt me adversus Pomeranum duo quidam docti hercle; quamvis alterum vellem esse cautiorem, Germanice uterque. Venit his diebus libellus quidam Billicani Rhegiique epistolarum duarum. Dii boni, ut gentis huius vanitatem prę se ferunt! Rebar cordatiorem esse Rhegium. Pelecanus, cui iam primas in Hebraicis literis dant, noster erit propediem succedetque Iacobo Ceporino, qui periclitatum abiit ad superos, an sic se omnia habeant, ut mortales definiunt. Ioannes Iacobus Ammianus et R(udolfus) Collinus Gręcę lectionis provincię inauctorati[f] sunt, uno ambo stipendio contenti aliquousque. Fulmina, quę Iupiter ille Lucernanus, qui Syrię pręses erat, cum Christus trucidaretur, post comitia eiaculabit, consuesti, ut spero, nihil timere, etiamsi fetiales[b] cum ambusta hasta mittant. Vale. Felix[g] sit vobis faustusque anni tui consulatus. 17. Ianuarii MDXXVI.

H(uldricus) Z(vinglius) tuus.

Salvos iube Dominicum ludimagistrum, Christianum scribam, amicos omneis. De gratiis senatui vestro habendis uxoris nostrę nomine nuper, puto, tibi supplicavi[h]. Leoni, quo mundus videat omnipotentem

nuptias nostras benedixisse, honestissima uxor liberos duos feliciter[i] genuit, eosque marem et feminam[g], qui partus solent esse periculosi, si vera medici traditis ac physici. Ego dei dono sospes sum neque labascit adhuc animus.

Doctissimo piissimoque viro Ioakimo Vadiano, Sanctogallensium consuli prudentissimo, domino suo cum primis colendo.

a) „fœl-". — b) „c" für „t". — c) „exti-". — d) „isthic". — e) „comunes". — f) „inaut-". — g) „e" geschwänzt. — h) „suplicavi". — i) Erstes „e" geschwänzt.

[1]) Vgl. I, Brief 100.

XI 264.

442.

Johannes Hess[1]) an Vadian.

(Appenzell. 1526.) Januar 17.

Bitte um Auskunft über eine Lerngelegenheit und um Vadians Meinung über die Täufer, die den Schreiber hassen. Die fremden Täufer sind bei Wasser und Brot eingesperrt.

Gratiam[a] et pacem a domino deo nostro etc. Lieber herr, ich bit üch frunttlich, habind ir mir das bim blattmacher verschaft, als ir wol wissend, oder was ir habind geschaft, das ir michs lässind wissen; dann ich welt ietz gern lernen etc. Der töffer halb bitt ich üch umb[b] gotzwillen, das ir mir üwer gruntlichen mainung endeckind, ob es mit götlicher gschrift mög erwert werden; dann mir ist ain irtum ingefallen, den ich niemann[c] wil endecken, dann wann ich zů üch kaim; und dem Zwingly wil ich darum schriben, sobald ich botschaft han. Ich läß üch öch wissen, das ich gair in grosser gefairlikait ston. Es hassend mich die töffer und die truieben (!) überuß, und darum wet ich yetz gern lernen. Die frömden töffer, by uns gefangen, habend nit wellen uß dem land schweren. Die hät man wider inglait und můssend essen wasser und brot, biß sy gern schweren. Der unseren ist eben ainer darvon komen; die anderen můssen warten, biß die botten von Lucern komen ab dem tag. Mich beduncht, sy fachind an grossen gunst gewinen gegen dem gmainen man. Schribend mir wider und thůnd, als ich üch gantz vertruw etc. Datum fe(r)ia qua(r)ta ante Sebastiani. *Johannes Heß,* in omnibus servus vester etc.

Dem ersamen, wisen burgermaister zů Sant Gallen, Vadiano Wadt, sinem lieben herrn etc.

a) „c" für „t". — b) „um" mit Abkürzungsstrich. — c) „nieman" mit Abkürzungsstrich.

[1]) Von Johannes Hess, Caplan, dann Prädicant zu Appenzell, ist nur dieser eine Brief vorhanden. — Als Jahresdatum darf 1526 mit Sicherheit ergänzt werden, sowohl wegen der Täufer, als auch deswegen, weil wirklich am 18. Januar 1526 eine Tagung in Luzern ihren Anfang nahm.

II 252.

443.

Erasmus Schmid[1]) an Vadian.

Stein a. Rh. 1526. Februar 6.

Wortreicher Glückwunsch zur Wahl als Bürgermeister. Die Mühseligkeiten einer guten Amtsführung. Empfehlung eines Jünglings von Stein.

Gratia et pax a deo patre nostro per Iesum Christum.

Quam ingenti nos lætitia adfecerit felicissimum[a)] nuntium[b)] Heinrici Geisberger, dici non potest, clarissime et idem amicissime Vadiane. Dum enim nobis refert, quanto omnium bonorum civium consensu, quanto vero malorum odio et obluctatione deinde et quanto gaudio vere christianorum in urbis tuæ consulem electus fueris, dispeream, si non tacito et penetrabili frigore commota sint omnia viscera mea et mox redeunte calore liquefactum sit cor meum adeo, ut aliquandiu nescierim, quo verbo primum gratulari debebam nuntio[b)] lætissimo et in rem christianam utillimo[c)]. Cave autem putes, me hoc de te cogitare, quod hanc dignitatem concupiveris unquam. Ipse enim sat nosti, quantum molestiarum, ne dicam periculorum, secum vehat hæc provincia, ut verius dixeris onus esse quam honorem. Quis igitur credet, te ambiisse? Profecto is, cui neque cor neque cerebrum sit. Nam is, qui novit, quid sit, digne magistratum gerere, quique semper ob oculos habeat alium, qui sit supra se, ne hunc offendat vel in modico, alioqui gravissimum iudicem sensurus; deinde qui perpenderit, quod, quicquid in republica peccatum fuerit, id plerumque[d)] consulis adscribi vitio, si vero recte administratum sit, semper esse, qui occulta insectatione boni magistratus aliis tribuant, ut interim mille alia sileam: is, inquam, magistratum ambiet? O insulsa capita, o iniquos iudices! Sic ubique livor habet, quod rodat. Verum hæc non curat Hippoclides[e)][2]). Nos novimus eum demum dignum esse magistratu, qui hunc non appetit. Bonorum itaque suffragiis oblatum administra et spes de te tuorum in dies redde maiores, ut interim rumpantur ilia æmulorum[f)]. Scio multos esse, qui multa iam ad te scribant de magistratu fortiter et dextre obeundo, quorum ego sedulitatem magis probo quam iudicium. Id enim mihi iamdum persuasi, scilicet apud te non opus quidem esse; apud alios, abs te dissitos, nec iuvare etiam, ut centies interim eandem cantilenam repetas. Quod ad me adtinet, ego optimo et propitio deo nostro gratulor, rogans, ut eius favore multi nobis contingant magistratus tibi similes;

nam sic spes certa daretur, brevi evangelium per universam Helvetiam triumphaturum. Quam ex animo loquar et minime palpans, novit is, cui sto ed cado, qui et me iudicet. Demum est quiddam, quod abs te rogem: ut iuvenem hunc pro virili tua adiuves. Lithopolitanus est et in monasterio Oeningen annos aliquot perdidit. Cupit, si uspiam fieri possit, præfici verbo enuntiando[b], ad quam rem apprime idoneus est profecto felicissimi ingenii iuvenis et dextri candoris. Tu fac, Rhætis[f] quibusdam tibi amicis illum commendes, atque eam diligentiam adhibe, quam ego mihi de te polliceor, ut sentiat nostram apud te commendationem gratam fuisse. Non quosvis commendo aut sine iudicio. Scio, quem tibi mittam. Ego fidem iubeo. De meis rebus scito me iam in tuto et tranquillo esse, id quod post dominum tuo mihi beneficio[g] contigit, et hinc tuus sum, quantus quantus sum. Vale. Lithopoli, VI. Februarii MDXXVI. Esau, ludimagistrum, Georgium, cognatum tuum, et Sertorium cum tribuno Menrado ex me saluta. *Erasmus* tuus.

Clarissimo et doctissimo viro Ioachimo Vadiano, Sanctigallensium consuli, amico christianissimo etc.

a) „turl-". b) „c" für „t". — c) „utilimo". — d) „pherunque". — e) „Hypocl-". — f) „e" für „a". g) „t" für „c".

1) Vgl. II, Brief 281. — 2) Herodot VI, 130.

444. II 253.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Luzern. 1526. März 7.

Beschluss der Zweihundert über die Häupter der Wiedertäufer. Massnahmen der Berner. Die Antwortschrift Oecolampads an die schwäbischen Prädicanten und Billican. Streitschriften von Luther und Erasmus.

Gratiam et pacem a domino. Est, honoratissime consul, hoc ipso die per senatum διακοσίων decretum, ut catabaptistarum coryphęi in eam turrim, in qua prius delituerunt, coniiciantur, pane et aqua delicientur, donec aut spiritum reddant aut manus. Additum quoque, ut qui posthac tingatur, prorsus mergatur, lata iam sententia. Sic tandem tentata satis patientia erumpit. Socer senatus[a] misericordiam nequicquam imploravit. Mihi vehementer incorrigibilis hominum audacia tum dolet, tum displicet. Nollem crepundia renascentis christianismi huiusmodi exemplis inaugurari; sed deus non sumus, cui sic placet futuris malis prospicere, ut olim quum[b] Petro mentientem Ananiam subita atrocique morte trucidavit;

quo nobis fallendi audaciam omnem, qui tamen nullius rei æque gnari sumus, amputaret. Audisti forsan, Bernenses tam Tigurinorum quam Helvetiorum petitiones ad universum dicionis[c] totius populum reiecisse. Responderunt Burgdorphium et quędam alia municipia, quę adversarii speraverant adversum nos consultura, secundum nos, nempe Tigurinis fœdus undique servari debere sacrosanctum. Vis inferenda nullis etc. Iam a Bernensibus et Claronensibus mitia et fidelia omnia exspectamus[d]; nam et ad hos senatores[a] duo missi sunt expositum causam universam. Excuditur Oecolampadii ad Svevos et Billicanum responsio sive ἀντισύγγραμμα nunc apud nos[2]: ægre[e] potest absolvi ad nundinas Franckfordenses. Nostra hic habes. Billicanus queritur, ab Urbano iustam epistolę suę partem subtractam esse, ad Oecolampadium. Urbanum suppudet epistolę. Ad eundem nunc missa epistola, Deo gratia, sive ars est, sive ex sententia scribunt. Nam si ars est, causę metuunt, quum[b] arte auxiliantur, puta: si hac vice Oecolampadii Zvingliique animos demulserimus, ne constantius in nos scribant, vincemus aliquando, dummodo negotium[f] trahatur quacunque ratione; facile ergo cuique licebit ὕπουλον videre. Si vero ex sententia, iam gratum adeo nihil nobis poterit accidere. Nam si angeli gaudere possunt, quum[b] peccator aliquis resipiscit, quanto magis gaudebimus, fratres ad bonam mentem rediisse. Luterus per epistolas inter Svevos[a] strenue[g] pugnam sustinet; sed quid efficiet, veritate se tam aperte[h] insinuante? Stant a nobis veritas et proprietas. Erasmus scribit adversus Luteri Servum Arbitrium; sic enim is librum suum, quem contra Erasmi διατριβὴν scripsit, appellavit[h], tumultuarium libellum, quo triumphos Luteranorum nonnihil minuat. Verum quod ad causam attinet[i], φέλλινα[k] sunt. Ego paginam unam vidi; in ea impotens est Erasmus. Verbo absit invidia. Adfingit enim Lutero, quę hominem admisisse nemo credet. Pelecanus nunc apud nos est, homo pius et doctus. Rei christianę optima speramus. Argentina constans est et unanimis. Vale cum omnibus fratribus. 7. Martii 1526, ad Lucernam.

Huldricus Zvinglius.

Clarissimo viro Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino et amico suo cum primis observando.

1) Vgl. I, Brief 100. — 2) S. Strickler: Actensammlung V, *35, Nr. 271.

a) „e" geschwänzt. — b) „qum". — c) „t" für „c". — d) „exp-". — e) „egre". — f) „c" für „t". — g) „strennue". — h) „adp-". — i) „adtinet". — k) „[illegible]".

445. XI 302.

Georg Binder[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1526. März 11.

Übersendung der Apologetik des Oekolampad und anderer Schriften. Politische Nachrichten von der Tagsatzung zu Einsideln und von Glarus. Vorlesungen in Zürich. Verurteilung Konrad Grebels und Massregeln gegen die Wiedertäufer.

En tibi, vir ornatissime, piissime ac nobis amantissime, Oekolampadii apologeticam[2]) doctissimam cum aliis quibusdam nugis, tibi, ut arbitror, non ingratis! Sunt enim iam castigatiores ac mundiores, nonnihil etiam locupletatæ etc. Ex amphictyonibus[a)] Heremi hoc unum accepimus: antesignanum Svittensem[3]) arbitrum esse electum, virum, ut audio, bonum ac pium. Deus optimus maximus adsit illi, ut iustam sententiam ferat, ne ab ὀλιγάρχοις in deteriorem partem rapiatur. Glareani comitia, quę ex consuetudine ad diem Fridolini debebant habere, ideo recusarunt, quod superioribus diebus Helvetiorum legatis (qui tamen nihil minus petierant) quoque non essent habita. Interea tamen fœdus[b)] et conventionem[c)], amicitiam pacemque erga nos et inter alios foturos sedulo promiserunt etc. Pelicanus apud nos profitetur publice literas Hebraicas, Ammanus et Collinus[d)] Gręcas, Binderus Latinas et Gręcas in ludo suo. Conradus noster miserrimus[e)] cum 12 aliis perpetuis carceribus adiudicatus est, nisi resipiscat. Quicunque posthac baptizabit aut baptizabitur, ex publico decreto atque edicto aquis suffocabitur etc. Zinglius salutat te plurimum. Saluta meo nomine Dominicum etc.

Vale in Christo Iesu, domino nostro. Amen. Raptissime. Dominica Lætare[f)].

Georgius tuus.

D. Ioachimo Vadiano, consuli apud Sanctogallenses prudentissimo, domino suo observandissimo.

S. Gallen.

a) „Amphyctionibus". — b) „fędus". — c) „conve" mit Abkürzung für „em" oder „m". — d) „Collimus". — e) „miserimus". — f) „Letare".

1) Vgl. II, Brief 129, und III, Nachträge, Brief 85. — 2) Damit ist ohne Zweifel die « Billiche antwurt auff Dr. M. Luthers bericht des Sakraments halb » gemeint. — 3) Der Pannerherr Paul Kerngerter.

Das unvollständige Datum lässt sich aus dem Inhalt des Briefs mit Sicherheit ergänzen.

II 258.

446.

Jakob Salandronius [1]) an Vadian.

Cur. 1526. März 13.

Er wünscht, mit Vadian einige Vorkommnisse aus der jüngsten Zeit zu besprechen. Ein Schützling Vadians, nach Cur empfohlen, ist nach Zürich weggegangen. Umtriebe der päpstlichen Partei gegen das Evangelium. Gericht über die Täufer in Maienfeld. Vorlage eines Verpflichtungsformulars für künftige Prediger der Diöcese Cur. Der Tod des päpstlich gesinnten Decans der Kathedrale. Forderung der Gemeinden, die weltliche Gewalt des Bischofs und der Geistlichkeit überhaupt zu beseitigen. Beschlossene Zerstörung des Schlosses Misox. Beschwerden der Urner. Grüsse an Bekannte.

Permitte, quæso [a]), rerum omnium scientissime et prudentissime vir, me tecum de variis, quæ nuperrimis diebus apud nos acta sunt, prolixius ac inconcinnius, quam par est, confabulari ac garrire; nam insperato sic arreptum nuntium iis vel ineptissimis literis visum fuit onerare, ne perpetuo me tacere accusares et putasses, eum, quem nuper nobis commendaras fratrem, non fuisse ex tuis humanissimis et doctissimis literis nobis quam commendatissimum. Verum satius est, ille ipse de nobis loquatur, quam ego scribam. Adhuc vigilamus tui causa pro eo, ut, si contigerit missam papisticam missam fieri radicitus, in ministerium aliquod intrudere possemus; nam quando nobiscum fuit, fieri non potuit; adeo multa monstra al(u)erant apud nos Helvetiorum legati, affixis squamis Behemoth, hoc (est) aulicis et nobilibus nostræ patriæ. Quare Tigurum concessit. Audi, prudentissime consul, quid tentarint apud nos rapsaces (!) isti duo Richmût et Fläckenstein in comitiis trium Ligarum, plenis buccis minis additis, si non obsequeremur. Aiebant se in commissis [b]) habere a 12 pagis, dehortari ab ista nova hæresi Lutheri et Zwinglii, qua in aliquibus locis nos infectos scirent, quos omnes funditus deleri et extirpari peterent, et inprimis nostrum pastorem, cuius conclusiones scandalum essent orbi. Hunc præ ceteris mandarent Helvetii e Rhætia proscribi ut omnium errorum caput, et desuper peterent literas sigillatas dari; nam eas exspectarent [c]) ceteri Helvetii. Quod cum renuerent Rhæti, se in posterum nec amicos fore nec quidquam acturos de pace inter Castellanum in Müss et Rhætos. — Verum miraculose responsio impedita et paucorum suffragiis obtentum, ut ad communitates [d]) negotium devolveretur. Interim ipsi equitarent de pace aut indutiis [e]) cum Castellano in Müss tractaturi, cum quibus et abbas S. Lucii subordinatur, vir nec

Helvetiis nec Rhætis nec Christo in minimis fibris amicus. Verum sic fieri debet, indutiis[f] impetratis et conclusis et sigillatis peioribus, quam Rhæti soli impetrassent, videlicet ut sic imponere vulgo possent impii. Ecce hoc impetrarunt, hoc fecerunt. Cur nos contraire vellemus, cur non in omnibus obaudiremus Helvetiis? Et dum erant in via, literis longis, fraudulentis, blandis et mellitis ex Kläfen scriptis convocarunt comitia ad Davaas, locum idoneum pro impiis. Verum et in hoc frustrati; nam montes nive tam plurima onerati transcendi non poterant, quare iterum in nostra Curia[g] comitia celebrantur. Interim Helvetii, certiores facti, cuius animi essent, maior pars destiterunt a petitione cruenta et minatoria illa prima, sic instructi et admoniti per Ludovicum Tschudium et abbatem (hic dictum hoc sit), huius machinationis capita. Nec de nostro pastore aliud conquesti, quam a se Helvetios nominatos sanguinarios, quod ut mendacium[b] nostri oratores fortiter convicerunt et excusarunt, petentes de baptismate etc., ut sequitur mox, et aliis literas sigillatas dari. Verum de literis sigillatis dandis nunquam mentio facta a quoquam in contionibus[e]. Quare populus mire insanit et furit nec parum abfuit seditio, eo quod pro fide Helvetica et contra evangelium literæ ipso inscio datæ sint et mendaciis publicis impetratæ; nam et hoc manifestum factum est, vix 7 pagorum Helveticorum mentem fuisse, hoc sic a nobis petere. Deus optimus maximus sua gratia et sapientia omnia moderetur; nam si multi non denegassent, sese de sigillandis literis suffragia non dedisse, vita fuissent privati aut in eos gravissima mulcta animadversum fuisset.

Curia, gantz Rhinwald, Domläsch et maior pars octo Iudiciorum, videlicet[h] der acht Grichten, noluerunt consentire; verum victi maioribus suffragiis[i] cedere compulsi sunt inviti. Pregalia non fuit præsens; tamen appendere sigillum civitas nostra ut caput illorum de Casa Dei noluit. Verum epistolis quidam præfectus, Iann Andreas nomine, illorum de Domo Dei sigillum appendit, et quamvis minarentur a nobis rapere et vexillum et sigillum, adhuc noluimus, quamquam mirificis technis a senatoribus circumventi, at non capti nec victi, qui Christi erant — proh! quot falsos fratres in hoc negotio expertus. Confortet et corda vestra dominus, ne ab aratro respiciatis, cum in has angustias (ut publice minantur vobis quidam) deveneritis. Articulus in negotio fidei Helvetii (!) sigillatus is est:

« Zů dem andären des globens halben so wellen wir in unseren landen allenthalben die mäss, die sacramenten, erung der můter gotz und der

lieben hailgen, darzû den kindertof, die bicht und ander christenlich wäsen bruchen und halten, ouch das hailig evangelium und wort gottes predigen und verkünden lassen. Weliche[k] oder welcher aber solichem nitt globen und nachkommen weltend, diesälben wellend wir strafen, wie sich zimpt und gepürt; doch hierinn vorbehalten, ob wir aines anderen und bessären bericht und underwisen wärden möchtend, es wäre durch ain disputation, concilia oder ander wäg, wie sich das fügte, dasselbig anzenemmen.

Uff das ist ain gricht bsetzt zû Maienfäld über die töfär von 18 man und von 60 hûter. Hand all all widerrûfft und ir irrüng (!) bekant, und ist nitt me dann ainer ains sail gschlagen. Ir hoptman wolt alweg ee dusend tod liden. Ist gestrafft um 100 und 20 kronen, die ander unglich 100 oder 60 gulden oder 20 kronen, 15 kronen etc. Wolff Ůliman hatt die pestilentz gschaiden, sust wär er gricht worden; im sind die 3 punttdt verbotten. Ist wol die sag sin, die pfaffen, so nitt mäss wellend han, och vor rächten han gwellt stellen; doch allain der von Malans bschickt; aber nitt gstrafft noch im nüntz verbotten, sunder gehaisen vor dem nächsten tag ze erschinen und ursach sagen, worum. Gott kare es och zû dem besten!

Et ut tandem omnia impia habeas, prudentissime consul, lege et hic chirographum[l], quem dare coguntur vicariis et examinatoribus ordinandi. Prius tantum[m] verbo oportet abiurare Lutheri et Zwinglii dogmata et libros ut hæretica:

Ego N. de N., clericus Curiensis diocesis, in maiores ordines ordinandus, abrenuncio omni hæresi hactenus per quoscunque tam (!) veteres tum recentiores in sanctam ecclesiæ Christi fidem introductę. Promitto bona fide hoc meo chirographo[l], me perpetuis futuris temporibus cum sancta ecclesia catholica in omnibus et per omnia sensurum honeste sobrieque ac quemadmodum probum decet sacerdotem tum victu tum amictu vixurum (!) antistitique meo ac ab eo delegatis magistratibus in omnibus licitis et honestis obœditurum[n]; hac quidem lege, ut, si huic meę promissioni contravenero quocunque pacto, fuco vel colore, convictus ac manifestus censeatur (!) hæreticus hæreseosque pœnæ[o] subiectus. Datum anno 1526.

Ecce theologicum et Berreanum Latinum cum participiis suis.

Hodie decanus cathedralis ecclesiæ obiit, vir mire contra Christum, dum in vivis fuit, belligerans, amicus Otmari Lieb.

Subordinarunt articulos suos communitates patriæ, quos confirmari petituræ sunt in proximis comitiis, et in primis volunt episcopo et omnibus religiosis[p] adimi omnem potestatem sæcularem, et omnes officiales ecclesiasticorum volunt e senatu ponere. Veterem episcopum habere nolunt amplius, ut qui in periculis Rhætiæ abfuit, nunc perpetuo absit nec alius eligatur, nisi Rhætus, et episcopum agat christianum, non gentilem aut principem. Quid eventurum sit, deus scit; quæ resciero, ad te, si voles et gratum tibi esse intellexero, dabo.

Castrum Maasax solo æquabitur et omnes aliæ munitiones Rhætiæ, a quibus pericula aut proditiones timenda suspicamur. Hoc pessime habet Helvetios, et nunc fama est, eos cum castellano in Müss convenire laborareque, ut in manus et potestatem eorum deveniamus; sed nihil certi. Tu si quid certi audieris, in tempore per Christum admone. — Coniice tu, virorum sapientissime, quid præ se habeant Urani, qui per tres nostras Ligas nuncios miserunt ad sciscitandum[q] de rumore veteri et nuper a quodam (sic conqueruntur[r]) Tigurino[s] renovato, scilicet an vetus Liga nostra, der Oberbunttd, cum ceteris Uranos vexillo iusto bello exuerint et quondam sic vicerint, ut posthac semper coacti sint, suum urum depingere circulo in naso imposito, in signum suæ deditionis. Sol es war sin, begarend sy darum uff offenlichen tag frag ze halten; ob es aber nitt erfunden wurd, begarend sy dess och brieff und sigäl. Esto tu hac re Oedipus[t]. — Parochus propediem respondet tuis literis, quibus mirifice confortatus est et gaudio affectus. Nunc salutem et pacem in Christo Iesu peroptat, cuius gloriam et veritatem tibi unice cordi esse peroptat eamque, ut potes et debes, officio tuo, honore et auctoritate[u] a deo tibi tradita promoveas; cui te ex corde commendo. Salvos esse cupio omnes fratres, in primis Ioannem Vogler, coadiutorem, et N. Kesslär.

Tu, virorum amantissime et humanissime, has literas boni consulito. Dulces et elegantes ad te alius scribere potest; ego satis fecero, si tibi, quam sitiens sim veritatis et libertatis, quomodocunque monstravero. Excuset me temeritatis et ineptiæ pietas in deum et erga te sincerus[v] et candidus amor. Festinantissimo calamo, ita ut relegere non quiverim. Altera post Lætare, inter strepitus puerorum, anno 1526.

Tuus congerro *Salandronius Iacobus.*

Dem hochgelerten, ersamen, wisen her doctor Ioachim von Watt burgenmayster zů Santgallenn.

a) Fast durchgehends „e“ für „æ“. — b) „comis-“. — c) „exp-“. — d) „comun-“. — e) „c“ für „t“. — f) „indutis“. — g) „Churia“. — h) „w(idelice)t“. — Am Rande: „Pregalia non fuit presens“. — i) „sufr-“. — k) „welichee“ oder „welichæ“? — l) „chyr-“. — m) „tan-“ mit Abkürzungsstrich. — n) „obed-“. — o) „penæ“. — p) „rellig-“. — q) „scissit-“. — r) „conquerr-“. — s) „Tyg-“. — t) „Oedippus“. — u) „auth-“. — v) „sync-“.

[1]) Vgl. II, Brief 283.

II 256.

447.

Walther Klarer[1]) an Vadian.

Urnäsch. 1526. März 16.

Beschreibung der Krankheit seines Genossen Wolfgang Zimmermann und Bitte um Rat und Hülfe. Er stellt seinen Besuch bei Vadian in Aussicht und bittet um Nachrichten.

Salus per Iesum Christum. Lieber her doctor, wissend, das unser getruw lieb brůder Wolffgang Zimerman vast kranck ist, namlich also: Es truckt inn zum hertzen hinnen und fornen; darzů kommen böß stich unden in die linggen syten. Wenn er sich ufflast, wil im nun onmächtig werden. Der unwil (!) stost inn, aber es gadt nunt von imm; ja ist vast wenig von imm gangen und daßselbig mit wenig blůt vermischt. Ist inn mit grossem frost ietz mentag verschinen ankommen, zinstag noch umb gangen, etwas gewercket, mitwuchen gar nidergelegen. Also hat er sin sach gantz und gar dem herren, unserm getruwen gůtten gott befolen, begert ouch und bit üch zum höchsten umb radt und hilf, ob yr etwaz, so hiezů nutzlich üch bedůchte ze sin, geschickt hettend, radt oder anders etc. Dann er zu üch sondere zuflucht allweg gehebt und noch hat. Lond inn üch befolen sin. Ich hab im ain gerstenwasser geradten ze trincken; ob es aber imm nit diente, thůnd unß ze wissen.

Zum anderen, lieber her doctor, so hoff ich mit got, in vast kurtzer zit zu üch ze komen, deß mich doch vast seer belanget; min sach stat sust, got hab lob, wol. Der houptman Berweger hat den apt mit der urfähe (!) selb überzüget, daz mir das wandlen niena verbotten ist etc. Aber ob yr ietz etwas nüwer mären hetten, wölt ich mit fröden von üch vernemmen. Lond mich üch ietz und hienach alweg befolen sin, deß ich ja gantz on zwifel bin. Damit sind gott und sinen gnaden sampt üwerm huß und der gantzen statt befolhen. Datum zů Urnäschen, uff XVI. tag Mertzens etc.

Waldher Clarer und *Wolfgang Z(immermann),*
üwer willige.

Dem frommen und wolgelerten herren Ioachimen . . . S. Gallen . . . herren und vr(ündt).

[1]) Vgl. I, Brief 36.

448. II 257b.

Erasmus Schmid[1]) an Vadian.

Stein a. Rh. 1526. März 21.

Er bittet um Entschuldigung für seine kunstlosen Zuschriften und empfiehlt den Überbringer, der durch seine Feinde von der Predigt des Wortes verdrängt worden ist. Grüsse an Bekannte.

Gratia et pax a deo patre nostro et domino Iesu Christo.

Nisi animi tui candor et christianus amor in quosvis mihi perspectus esset, vererer, te, clarissime vir et idem amantissime in Christo frater, subinde literis meis obruere, quibus, ut sileam ineptias et ἄμουσον stilum, nil nisi negotia tibi pario, quasi vero non sis alias occupatissimus, tantam videlicet provinciam et in tanta republica et hoc tam negotioso[a)] tempore administrans. Scio certe et agnosco meam importunitatem; sed illi veniam dabit tua ingenuitas nec deprecor rusticitatem, ut hinc tua facilis urbanitas et humana illa tua genuinaque dexteritas celebrior fiat. Ad rem venio. Is, quem baiulum cernis harum literarum, cum me nosset iam aliquandiu et ut fratrem coluerit in Christo, forte fortuna, immo[b)] deo sic disponente, dum multo tempore egregiam operam verbo domini enuntiando impendit, tandem ab illius insectatoribus ab eo destitutus est. Accessit me rogans, ut, si qui mihi apud S. Gallum noti essent aut affinitate iuncti, qui auctoritate[c)] cæteris præstarent, se illis commendarem, quo istic[d)] manuarium aliquod artificium addiscere possit, quale quale illud sit. Quid facerem ego erga fratrem christianum, præcipue autem rem tam iustam exigentem? Arripio calamum, quod ego possum facere paratus. Inter scribendum ecce infelicia negotia[a)] me perturbant, ut taceam illius festinantiam. Verum novi, pluribus apud te non opus esse. Cum neminem habeam apud vos æque mihi notum atque te, deinde etiam cum nullus sit, cui non merito tu et officio et cordata prudentia antestes, præsentem fratrem tibi commendo, quantum quantum possum; dignus profecto, qui multis nominibus et ab aliis commendaretur. Iuva hunc, ubiubi opus fuerit. Uxorem habet ad textrinum artificium accommodam, quæ et ipsa semet enutrire possit. Fac, mi Vadiane, quod semper facis. Effice, ut sentiat meas sibi literas profuisse, immo[b)] effice, ut intelligat, te esse, quod ore omnium prædicaris. Vale in Christo Iesu, salvatore nostro, qui te tibi et nobis diu servet. Amen. MDXXVI. Totam sodalitatem christianam in domo Esau, ubi convenerit, ex me salutato, nominatim autem Cri-

stannum et Sebastianum. Αὐτοσχεδιαστί, ex ædibus meis Lithopoli, hora XI sub prandium, XXI. Martii. *Erasmus* ille, idem tuus.

Gravissimo viro Ioachimo Vadiano, Sanctigallensium consuli prudentissimo, amico et patrono in Christo charissimo etc.

a) „c" für „t". — b) „imo". — c) „t" für „c". — d) „auth-". — e) „isthic".

[1]) Vgl. II, Brief 281.

II 265.

449.

Christoph Landenberger[1]) an Vadian.

1526. März 22.

Bitte um Rat für Deckung der Kosten, die ihm ausser der Haft von 17 Wochen auferlegt wurden.

Hochgelertter, strenger, fürsichttiger, wiser, gnädiger her. Min williger dienst sige üwer gnaden zů allen zitten beraitt etc. Demnach, gnädiger her, alsdan üwer gnad wol zu wüssen ist min schwäre gefäncknus, die ich sibenzechen wuchen erlitten han, mittsampt grossem volteren und schmertzen, wie üwer gnad wol zu bedencken; ist nitt nott, vil darvon zu schriben. Uff das selbig so ist der cost uff mich gelaitt worden, der sich von minetwegen erloffen hatt in dem zitt; denselbigen vermag ich aber nitt von min selbs wegen. Und ist also min gros pitt und beger an üwer gnad, mir radt zů geben, wie ich mich haltten sölle, damitt das ich erlange hilff und stür von ainem wisen ersamen radt oder ouch ainer gmaind der loblichen stat Santgallen. Nach minem verstand so dunckte es mich, es were gůtt, das der pfarrer oder helffer mich offenlich verkundtte an der kantzel: der den brůoderliche (!) liebe an mir thůn weltte, der möchtte iren ainem semlichs geben. Was da das best were, da radt üwer gnad umb gottes willen. Ich lon mich zů Costenz und zů Zürich ouch verkünden. Gnadiger her, hand min unbesindts schriben nitt verübel; dann semlichs us ainem sonderen hochen vertruwen und nott geschicht. Dann die mir ietz hilfflich söttend sin, die sind gröslich wider mich. Darum so zwingt mich nott, frumm, ersamm lütt zů überlouffen. Semliche mainung wolt ich an sampstag mitt üwer gnad geredt han; do was üwer gnad in geschäfften. Harinn thů üwer gnad nach minem vertruwen. Datum uff donstag nach Iudica, anno etc. 26.

Üwer gnaden williger capplan *Christophorus Landenberger.*

Dem hochgelertten, strengen, fürsichttigen und wisen herren Ioachim von Watt, doctor und burgermaister der loblichen stat Santgallen, minem insonderen gnädigen herren.

[1]) Von dem Leutpriester *Christoph Landenberger* von Oberbüren ist nur dieser eine Brief in unserer Sammlung.

450.

II 263.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1526. März 30.

Preis des Jünglings Octavius; Geringschätzung Fabers. In einer nächsten Schrift will er auch gegen Oswald Wendelin auftreten. Bericht über den Fortgang in Bern. Schilderung seiner neulichen vorübergehenden Erkrankung. Vorgehen gegen Faber und Eck.

Gratiam et pacem a domino. Octavius ille florens iuvenis est humanarum divinarumque literarum impense doctus; omnia confert, omnia colligit; nesciri vult ac in obscuro latere, quod hoc consultissimum etiamnum videatur. Fabrum neutiquam graviter accipimus; meruit enim apud nos stultitia[a)], ut lenius tractaverimus ac veluti iocis repercusserimus, at in loco; aderunt enim et seria. Ad Kalendas[b)] Maias absolvetur opus. Descriptum epistolę vestrę non alia ratione[c)] extorsimus, quam ut duum fortius valeret testimonium. Vobis apud nos omnia semper erunt tutissima. Βεντελεῖνον vestrum, si possumus, in scenam protrahemus. Protinus enim computari ac metiri iussi, quid aut quantum addi ad epilogum possit; exemplum enim totum sub auroram in prelum amandaveram. Proderit vehementer argumento nostro harum insidiarum retectio. Ex Berna literas accepimus a fratribus cum piis, tum magnis nominibus: apud ipsos palam iactari, stultum[d)] nos eis videri, si Baden, ut baptizemur, eamus; Bertoldum suum domi responsurum esse de doctrina sua, postque Eremitana comitia, ad quę legati sui nihil attulerint, ad diacosios nihil hactenus esse relatum. Vide nunc, quid audeant oligarchi atque Faber. Nos omnia diligentissime agimus. Mittit enim senatus[e)] ad omnia comitia tum epistolas tum expositionem nostram de disputatione, atque ea arte, ut tabelliones in media comitia incedant consulique toto spectante populo tabellas offerant. Negare epistolam tibi non debui, quamvis hoc ipso die grave quid accidit[f)]. Sub auroram contionem[c)] habueram; hora vero octava in Exodo aliquot locos pro more exponendo rursus incalueram; hora vero nona in balneas cum concessissem ac scarificassem, domum rediens ferme defeci spiritum. Intra tamen horam respiravi, sic tamen, ut gemitibus abstinere difficulter potuerim, qui ex pectore infirmiore, quam vultus proderet, exibant. Hora vero secunda postmeridiana somnus me sollicitavit; dormivi, nunquam interdiu id fortissimo iucundissimoque deo indulgens. Ubi expergefactus sum, iterum antiquus Zvinglius sum. Hęc tecum, quia medicus es. Nam tua sum usus medicina, qua monebas olim, ut saccaro rosato vel per mensem epatis ęstus frangerem, cumque

tantopere flagrarem, ter intra tres horas incensus, succurrit tuum consilium; protinus iubeo uxorem temperare venenum. Equidem, mi clarissime Vadiane, utcunque sollicitus sum apud omnes vigilando, infractissimus quoque sum animo. Nihil ex metu ago, sed istud unum caveo, ne optima plebs Helvetica horum nebulonum, Fabri videlicet atque Ecciorum, strophis committatur; id autem oligarchorum perfidia. Utcunque enim res cadat, lucri aliquid accedet Perdinandicis nostro dissidio, quod ego propediem spero sublatum iri. 3 Kalendas Apriles MDXXVI.

H(uldricus Zvinglius)[g].

Clarissimo viro Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo observandissimo.

a) „-cia". — b) „Cal-". — c) „c" für „t". — d) Beschädigte Stelle; doch kann kaum anders gelesen werden. Dann ist anzunehmen, dass das „nos" eigentlich als Subject zu „eamus" hinter „si" gehöre. — e) „sęn-". — f) „adcidit". — g) Das „Z" der Unterschrift durch Beschädigung weggefallen.

[1]) Vgl. I, Brief 100.

II 260.

451.

Jakob Salandronius[1]) an Vadian.

Cur. 1526. April 1.

Einfluss und Beliebtheit Comanders. Umtriebe des Adels gegen die evangelischen Prediger. Streit über die Abendmahlslehre. Empfehlung des Bündners Lucius Utz.

Salve in Christo Iesu, optime et prudentissime consul. Brevibus tecum agam, ne perpetuo meis nugis tuas seriis occupatas aures defatigem. Comander noster, tuus Ianus, gratus magis populo quam unquam prius. Vicini nostri — deo gratia — oculos recipere incipiunt. Hoc ieiunio supra ducentos advolarunt, consilium et scientiam dei ab eo recipientes, et ex impiis pii redditi in omnibus locis Christum nunc seminant, qui olim expellebant et conculcabant. Magna spes est, duos proscriptos ex Rhætia[a]) fratres, Philippum Galizium in Engadina, Ioannem Blasii (!) in Melans, contra ius Ligarum et literas fœderis[b]), communitates[c]) manuhabituros[d]). Adeo male habet facinus tam audax nobilium et primorum, expellere et parochiis[e]) suis privare evangelii præcones. Deus ipsis sit adiumento! De mensa domini 5 sermones his diebus Comander habuit; verum instituere suis cæremoniis non est ausus; at panem et vinum et esse docuit et dedit. Exspectamus[f]) in adiutorium non parvum fore articulos, quos hic tuæ Prudentiæ[a]) mitto, sigillatos et ordinatos ab illis de Casa Dei. Fabricant et suos alię duæ Ligæ, Vetus scilicet et 8 Iudicia; nam nobilitas et primores earum restiterunt hactenus. Posthac speramus consensuros vel invitos; adeo omnibus placent. Placent et fratribus eo maxime, quod ad abrogandam missam occasio magna sint, qua missa facta cena dominica facilius subsequetur. Vale, optime et observande mi

consul, et deum cum fratribus pro nobis ora. Inter prandendum, Curiæ[a], die pascatos (!), anno MDXXVI.

Salandronius, tuæ Prudentiæ deditus amator et admirator.

Commendo tuæ Humanitati Rhætum pium et vere simplicem, magistrum Lucium Utz, nunc apud vos agentem.

Dem hochgelerten, ersamen, wisen her doctor Ioachim von Watt, burgenm(a)yster zů Santgallenn, minem lieben heren.

a) „e" für „æ". — b) „fæderis". — c) „comun-". — d) „-as", aus „-os". — e) „parrochys". — f) „Exp-".
¹) Vrgl. II, Brief 283.

452.

II 259.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1526. April 3.

Massnahmen für Glarus. Stand der Dinge in Bern. Bericht, dass die zwinglische Abendmahlslehre zu Esslingen beinahe von allen angenommen werde. Verhandlungen darüber vor dem Rate in Zürich. Die Wiedertäufer.

Gratiam et pacem a domino. Quę apud Claronenses suggerenda erant, mature monuimus, ipsi quoque in id intenti, ut paria fiant inter quatuor pagos, quemadmodum prudentissime scripsisti; sed vereor, ne ante comitia Maia referri possit. Nos hercle stimulis nusquam parcimus. De Bernensibus narrabit Gebentingerus. Summa responsionis eorum est: ad Helvetios desciscere a nobis nolunt et fœdera inviolata custodire simul volunt. Satis responsum est. Videbis, hac responsione plurimum incrementi facturum esse evangelium. Speramus et alia quotidie a Berna ad nos reditura esse nihilo utiliora. Fuit hisce diebus apud nos ex Svevia[a] Cunhardus Hermannus, Minorita, cuius memoriam in epistola ad Alberum Rütlingensem fecimus, qui nuntiavit[b], nostram, immo[c] vero veram de eucharistia sententiam Esslingę ferme ab omnibus accipi, etiam primatibus et amphictyonibus, qui istic[d] ius Germanici imperii nomine reddunt. Quę hoc die cum scriba nostro acta sunt coram senatu[e] de eucharistia, item narrabit Gäbentinger. Ampliatio bello homini data est ad mensem. Aliarum rerum nihil est, quod te magnopere referat scire, quam quod vehementer admiramur, non eundem habere spiritum catabaptistas; apud nos enim non tam crebro moriuntur atque apud vos. Sed damus hoc vestris propter soli intemperiem. Salutat te Leo, fratres omnes. Tiguri, tertia[f] die Aprilis MDXXVI.

Huldricus Zvinglius tuus.

Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo observandissimo.

a) „Suęvia". — b) „nunc-". — c) „imo". — d) „isthic". — e) „sęn-". — f) „tercia".
¹) Vrgl. I, Brief 100.

II 262.

453.

Pelagius Amstein [1]) an Vadian.

Trogen. 1526. April 3.

Vertrauen auf das Wohlwollen Vadians. Händel mit dem Abt wegen der Pfarrstelle in Trogen. Gerede über die bevorstehende Disputation.

Salus, gratia et pax a Christo. Fortius, humanissime doctor, te hisce incultis scriptis accedo, quo priscorum recordor vivacius beneficiorum. Benignitatem, patrocinia et id genus ceteras pietatis virtutes, plus debito quondam a te impensas, quoties mente pertracto, te alienum fore a me et mei complicibus, qui seditionibus, pressura, vigiliis, labore exhibent Christi ministros, nunquam cordi est. Sustines enim ingentia propter Christi gloriam. Et fer et patere, pater tuorum civium, gloriareque cum infirmis in contumeliis, infirmitatibus. Elige (ut erecta fronte lætaris [a)]) opprobria Israhel potius quam theusarum [b)] Egyptiorum; cumque archa dei et Israhel et Iuda habitant in papilionibus et dominus manet super faciem terræ, nonne nos stertere plumis secure convenit? Tandem etiam portionem [c)] terræ pacatę [d)] nanciscamur. Indefesse rogamus deum et dominum cæli, ut suos — scit enim, qui sint sui — conservet. Scias, forsan ut

Quando ad Troga.

nosti, secundo abbatem me accessisse, quum in Troga ecclesiam regendi munus subieram; sed mihi in facie nemo est locutus, nisi quod terribilibus post tergum minis. Christum invoco, aerem percussisse. Abbatis trium pagorum capitaneus coram ammano Ysenhût lacessivit et minatur. Quem tandem finem sortietur [e)] actus, scit Christus Iesus, cuius legatione fungor. Responsio hæc [f)] fuit: se nec mihi nec aliis id genus impostoribus (suo iudicio) posse ministerium communicare regendi animarum curam. Quid præ se fert loquendi is modus, divinare facile est, cuiusque etiam dictat Morpheus. Sed extra sui, in Christi non dubito electione adsum, quo adsum. Interim evangelizo, quantum spiritus humili subpeditat; Christi et dei verba hominum cordibus inserta paschatis nunc tempore per domini-

De dominica cena.

cam cenam memorari adhortatus. Sed in tam ardua discordia verborum dominicæ cenæ prece et devotione, tandem studio meo fragili ductus, immo absurditatem manifestæ rei et circumstantiam [c)] verborum evidentem in aliquem fidei articulum peccantem [g)] advertens, dicendi etiam intelligentia [c)] ex causis petenda est. Non solum ut tenaces sunt ex vocabulis, Christum in cælo regnantem et nostris pectoribus adorare pro-

pagavi, idque ore aperto; tractando insuper actæ rei symbolum, quo verbum profundius fidelium mentibus insederit, eo reverentius[c]. Quo pervenit impiorum crudelitas! Ad lancem nititur trutinare summam divini verbi maiestatem. Cum tamen gloria sit viri a contentione vacare, pugnas verborum prohibet Paulus; sed fidem conferre, id præconii est. Hæc dicto: de disputatione sit relatus, magnifice doctor, instanter rogo; me certum saltem viva voce — te ad scribendum mihi non dignor — hoc illo nuntio[c] fac: an insidiæ huic disputationi[f] insint; quid me facere aut præcavere conveniat, scire aut necesse; qui an sint, (qui) sese sinceritati evangelicæ moliuntur obsistere. Constantiæ[c] Hollandiæ episcopum dixerunt adesse contra Zvinglium. Hæc annixe me ad pennas traxerunt, quo scias te præsentem cordi meo, etsi absens. Efflagito, uti hactenus, ita me in tuo albo exaras inque me in rure et extra municipia tuæ dexteritati commendatum in Christo nonnihil gaudii præstat. Vale et Wol(f)gangum, coadiutorem evangelii, lingua celerem, manu scribendi tardum, in Christo saluta. Dominus Iesus cum spiritu tuo. Ex Troga, 3 (?) Nonas Aprilis 26.

De disputatione.

Plaii Am Stain tuus.

Magnifico domino doctori Ioachim von Wadt, Gallensium civium magistro, suo domino.

a) „letaris“. — Fast durchgehends „e“ für „æ“. — b) Missverständlich für „thesaurum“? — c) „c“ für „t“, „-cia“, „-ciam“, „-cie“. — d) „paccatę“. — e) „sor-“. — f) „hac“. — g) „disptat“. — h) „pecantem“.

1) Vrgl. II, Brief 312.

454. II 261.

Wolfgang Schatzmann [1]) an Vadian.

Sempach. 1526. April 17.

Bericht über eine Zusammenkunft von Geistlichen in Luzern, wobei die Weisheit Vadians gepriesen wurde. Ermahnung, beim alten Glauben zu verbleiben.

Potenti ac magnifico viro domino Ioachimo Vadiano, civium magistro, amico amantissimo plurimum dicit salutis. Nichil novitatis hactenus percepi, quam quæ[a] (tuæ) Humanitati notiora[b] sunt nobis. In nundinis Lucernensibus Lucernæ fui cum domino meo Iohanni Fer in hospitio[b] Equi. In eodem loco abbas[c] quoque de Muri aderat, pariter præfectus Kuckli[d] abbatis[e] Sancti Galli et scultetus Iohannes Hůg, qui omnes de tua sapientia[b] ac doctrina plurimum dicebant. At Iacobus Fer, qui nonnumquam tanquam legatus fuit ad Turegaum[f] ac aliunde,

apertis dicebat verbis: nisi tua Humanitas abstineret se a consortio[c] novarum inventionum, potentissimus fores in tota natione Helvetica[g]. Tuam namque laudem ac doctrinam perpulchre undique percipio. In disputatione[c] futura, quæ erit (tibi cognita) in loco Thermarum[h], esto in antiquæ religionis tramite, si fas[i] et conveniens tibi esset. Vale, prædilecte amice; ac cito rescribe. Iterum vale optimis avibus. Raptim, ex oppidulo[k] Sendpach, in die Sancti Růdolfi, anno 1526.

Wolffgannus Schatzman,
præmissarius oppidi[k] Sendpach.

Potenti ac solerti viro, civium magistro oppidi[l] Sancti Galli, amico Ioachimo Vadiano colendissimo literæ[a] pertinent.

a) „e“ für „æ“. — b) „c“ für „t“. — c) „apas“. — d) Für „Ruckli“ verschrieben? — e) „abatis“. — f) Für „Tuegum“? — g) „Helf-“. — h) „termarum“. — i) „vas“. — k) „opid-“.

l) Vrgl. I, Brief 3.

II 264.

455.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1526. April 22.

Übersendung eines Kreisschreibens, das auch nach Appenzell geschickt werden soll. Absichten und Stimmungen im Rate von Zürich. Der Stand der Dinge in Glarus. Äusserungen des Bürgermeisters Meltinger von Basel. Bitte, ein beiliegendes Schreiben nach Herisau zu senden. Streit zwischen Strassburg und dem Grafen von Hanau. Abendmahlsstreit in Heidelberg. Streitschriften gegen und von Öcolampad und von Zwingli selbst.

Gratiam et pacem a domino. Sub ipsam horam, qua literas abs te accipiebam, clarissime Vadiane, absolvebatur hęc nobis ad omnes epistola, quam tamen permissu senatus[a], qui eam prius inaudiit, evulgavi[b]. Ringentur isti ac ultima comminabuntur; at frustra. Mitte ergo reliqua exemplaria Abtzellam. Consilium tuum ac Hessi mox retuli ad consulem Röstium; is se dixit, de eo cogitaturum ac ad 25. diem Aprilis, si videatur, relaturum. Non dubito, quin referat, neque etiam dubito, quin aut legatione aut literis aliquid agatur. Baden, etiamsi vellem, non permitteret populus Tigurinus. Ægre[c] tulerunt multa senatus[a] pars, quod me Bernam aut Sanctogallum obtuli iturum esse. Videtur et vobis congruere, ut pagis adversariis quid simile respondeatis: fuisse vos semper in disputationibus Tiguri; ibi satis docti sitis nec habeatis opus latiore disputatione etc., nisi alius locus eligatur. De Laurentio Badensi nesciveram; percontabor omnia et amicos Bernenses commonefaciam.

Claronę spero evangelium propediem melius habiturum. De ea re, quam nuper volebas, iterum monui. Spero et meos ad comitia Maia[d] eo venturos. Qui legatus fuit in eo conventu Eremi, quo furor iste exsputus[e] est in viciniam vestram atque vos, negat se strenue[f] quicquam scire, nedum adsensisse. Meltingerus, consul Basiliensis, dixit ad Rœstium nostrum, cum nuperrime Eremi fuerunt: si Zvinglius non veniet Baden, vereor neque Oecolampadium venturum esse. Est enim non usque adeo ęquus evangelio Meltingerus. Equidem spero, tam Abtzellanos quam vos in hanc sententiam ituros, ut, si omnino disputandum sit, aliquis ex nostris locis huic operi destinetur. Id cum aliquot alios quoque pagos non dubitamus facturum (!) esse, fiet, ut, quod isti in pręiudicium evangelii statuerant, ad incrementum cedat. Scripsi hic episcopo Herisoę; obsecro, ut, quę literis adiuncta vides, certum aliquem tabellionem nactus, cum datur, ad hominem transmittas. Comes Hanowensis duriter suos habet. Ea res compulit quendam bonum ac opulentum paganum, civitatem Argentorati emere, id quod ei per leges licebat, cumque id comiti nuntiaret[g] eiusque imperio renuntiaret[g], in carcerem ab eo coniectus est. Quod ubi resciverunt Argentoratenses, octingentos milites, equites centum cum machinis octo miserunt. Comes elapsus est arce, novus homo Argentoratum reductus ac in ipso triumpho supra maximam bombardam per urbem circumductus. Heidelbergę incipiunt, qui Christum prędicant, videre, quid sit eucharistia. Hęc ex Capitonis literis. Probantur fratribus, quę contra Svevos[h] Billicanum, Rhegium quoque recens de eucharistia Germanice scripsimus Oecolampadius et ego. Bircheimero, Noricorum consuli, respondebit Oecolampadius, in quem nominatim scripsit. Eccius quosdam locos explicuit communes, ut arbitror, Melanchthonem imitatus, misere tamen, in quibus admonet, Lutherum ac Luteranorum (!) genus non disputatione, sed igni, ferro laqueisque superandum esse. Vide, quo tendat nostrorum consilium. Oecolampadius vidit librum. Vale ac, ut soles, vigila. Tiguri, 22. Aprilis MDXXVI.

H(uldricus) Zvinglius.

Clarissimo viro Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo cum primis observando.

a) „sęn-“. — b) „evolgavi“. — c) „egre“. — d) „Maya“. — e) „exp-“. — f) „strennue“. — g) „nunc-“, „renunc-“. — h) „Svęvos“.

¹) Vrgl. I, Brief 100.

II 266.

456.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Rom. 1526. Mai 6.

Glückwunsch zur Würde des Bürgermeisters und Empfehlung seiner Schwester, der Priorin Sapientia.

Commendationem plurimam cum salutis etiam plurima exoptatione. Excellentissime doctor domineque et amicorum observandissime, alias ex literis sororis meæ[a)] Sapientiæ amatissimæ, priorissæ Sanctæ Katherinæ etc., non sine ingenti animi lætitia accepi, te tuis exigentibus meritis unanimi omnium voto ad burgi seu civium magistri dignitatem electum ac illi reique publicæ Sancti Galli præfectum, de quo ex corde et animo gavisus sum et gaudeo, quodque in parentis seu avi paterni, Hectoris de Watt pientissimi, locum conscendisti. Unde et tibi tuisque, immo[b)] potius nostris summe gratulor optoque, ut sempiternæ laudi existat et respublica Sancti Galli bono ac tanto rectore præsidente feliciter debiteque gubernetur, confisus omnino, quod tuis prudentia et gravi ac maturo optimoque consilio cum altissimi auxilio et gratia singula ad bonum, immo[b)] meliorem statum deveniant; commendans autem inprimis et semper sincerissime prælibatam dominam Sapientiam, priorissam sororemque charissimam, cum suo conventu devoto ac illius monasterio tuis fidei et protectioni efficacique præsidio, ut in et cum bona pace et tranquillitate vivere et deo servire illumque laudare et benedicere ac ad eundem suas preces devotissimas pro nostra omnium salute fundere valeant; quo gratius michi nil foret. Cum his[c)] itaque optime vale, magister civium dignissime. Casparis tui non immemor. Ex urbe, die VI[ta] Maii anni MV[C]XXVI.

Caspar Wirtt, canonicus *Constantiensis.*

Gravissimo magnæque prudentiæ viro domino Ioachino de Watt, magistro civium oppidi[d)] Sancti Galli medicinarumque doctori clarissimo, domino et amico colendissimo

S. Galli.

a) Durchwegs „e" für „æ". — b) „ymmo". — c) „hiis". — d) „opidi".

[1]) Vgl. I, Brief 52.

457.

II 268.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1526. Mai 11.

Eine Streitschrift Fabers. Die Stellung von Glarus zur neuen Lehre. Erwartungen in betreff der bevorstehenden Disputation in Baden und Beschlüsse des Rates. Urteil über Luzern. Bitte, ihm Neues zu berichten.

Gratiam et pacem per Christum. Hoc scribere possum, per occupationes me nihil posse scribere. Capita hęc accipe: Faber scripsit adversus priorem epistolam meam, qua profectionem ad Baden nego. Ibi hominem longe magis ludicre accipio, quam prius unquam. Clarona prędicatum vult evangelium. Si quis episcopus legem eam contempserit, in exilium relegator, nisi veniam petat, quę una tantum vice dabitur. Contra vim evangelii nec sibi pręcipi quicquam patientur nec aliis pręcipient. Si disputatio Badensis quid pariat, quod verbo domini repugnet, non vult populus. quicquam de illo vel rogari vel pręcipi. Fœdera omnibus ex fide custodient. Si Tiguro vel cuiquam pago vis fiat, ei auxilium pręstabunt, qui vim passus est. In provinciis iudicandis hoc servabunt, ut ubicunque Tigurini non adsidebunt, nec ipsi adsideant. En tibi quod sudavimus! Fridolinus Beldius, vir supra modum sagax et eloquens, consilium dedit; difficulter vicit hęc sententia, 20 tantum votis. Rumpuntur Madio (!), Schudii et id genus auri voragines. Minantur nova comitia, sed nequicquam; si modo deus pergit esse deus, quomodo hactenus fecit. Custodiat vos dominus a malo. Senatus[a]) noster negat me disputationi Badensi. Ipse liberam, sed blandam epistolam scripsi ad hęc comitia. Lucerna ista, quę paulo minus quam tenebras (!) lucet, audax est et pręterea nihil. Saluta amicos omneis. Si quid novarum rerum rescietis, meo sumptu transmittite; nunc enim vigilandum est, ne somniculosis aliquid incommodi obrepat. Vale per Christum Iesum, dominum nostrum. 11. die Maii MDXXVI.

H(uldricus) Z(vinglius) tuus.

Libellos istos amicis distribue; varii sunt, nec idem genus omnibus missum.

Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo observandissimo.

a) „Sęnatus“.

1) Vgl. I, Brief 100.

XI 191..

458.

Ambrosius Eigen der alt[1]) an Vadian.

(Baden. 1526. Mai 21.)

Bericht über den Beginn der Disputation zu Baden.

Sondrar günstiger, lieber her burgamaster und fetar. Uch möcht vorwundra der dispataz halb hie. Las ich uch allhie in anar ill ufs kurtzst wissa, daz die Fariseer mit macht und grosam pomp hie sind. Abar der gatselig Eckalampadias gar semftmůtig mit anam klana hufli, alan mit anam frölicha, starka gmůt hie widar sy zů dispotieran ist. Also hat man uf hut erstan firtag um 6 agfanga; hat gwert bis uf 11. Hat Egg agfanga. mit grosa schmachwarta den ersta punckta des sakramez andast. Darnach Ekladampadis gar an schœni fared 3 stond lang gfůrt. Daz hat sy wella verdriesa und hand im 4 mal ingfalla in dred; daz er dan alls gar fin ferantwurt hat und Egga gůt su gen. Nach solcham hat mañ um daz 1 na mitag widar sölla anfaha. In solcham ist iliz batschaft von Basal koma, wie si forstandind, daz ir predikant Eklap(adius) ala sig. Uf solchs so söll er stil ston und nit witar disputiera; dan sy habid me glert lut: den wichbischof und den barfůsar, ewangelisch bredikanta; die solind als marn hie sin; dan wirt man witar handla. Och dar by gsat den Egnosa von min hera von Basal: so ma also well handla mit ira bredikanta und sy nit well gnůgsamlich lon reda, welind sy widar ham mit in[b]). Hierum in gůter hofnug ungezwiflot, die êr goz werd für gon. Damit och gebeta: wolt solchs von mir vor gůt uf ne; ir wert bald gruntlicha bschad han, dan man als in dfedar ret.

Uwer wilgar vet(ar)
V. A. G.[a])

a) Etwa mit „üwer alzit günstiger" aufzulösen? — b) Am Rande: „wirt füro vormita". — Auf dem Rücken, scheinbar von gleichzeitiger, wenn nicht gleicher Hand: „Ambrosius Eigen, Sangallensis".

[1]) Der Schreiber dieses, im breitesten, unbeholfenen St. Galler Dialekt geschriebenen Briefes ist wohl der alte Hauptmann ***Ambrosius Eigen,*** jedenfalls nicht sein gleichnamiger Sohn, der Schüler Vadians in Wien; vgl. III. Anhang, Brief 64. — Das Datum lässt sich mit Sicherheit aus dem Inhalt bestimmen. Auffallend ist dabei, dass Eigen den Pfingstmontag, an dem die Disputation ihren Anfang nahm, den «ersten firtag» nennt. — Unter dem Namen des Ambrosius Eigen gehen noch 3 weitere Briefe aus den Jahren 1528, 1531 und 1532.

St.-A. Zürich E II 351.

459.

Joachim Vadian[1]) an Ulrich Zwingli.

St. Gallen. 1526. Mai 25.

Die Leidenschaft und Siegeszuversicht der Gegner Zwinglis. Schrift über den Streit zwischen Zwingli und Eck. Bedauern mit Oecolampad, der im Kampfe mit lärmenden Gegnern sich aufreiben muss. Berichte aus Bern; Bitte um zuverlässige Mitteilungen darüber. Sendung zweier Mitglieder des Rats nach Baden und Ratschläge für das weitere Vorgehen.

Salve, vir doctissime. Dictu mirum, quam nunc adversarii illi tui sese efferant frivole, quam plaudant pueriliter et quam strenue encomium victoriæ prævertant[a]). O immortalem deum nostrum! unum horreo, ne magnum malum daturus sit fucus iste, non sane tibi tuisve, sed his, qui per imperitiam et inscitiam nihil non admirantur. Hoc die ad nos allatus est libellus quidam, qui dogmata tua, undique excerpta pro libidine, Eccii responsionibus præponit et veluti dialogi fabellam texit. Eum te dudum accepisse ab fautoribus tuis puto. Quid illi respondeas? cum satis sese ipsum Eccius prodat, tremulo calamo, vili depulsione et longe maxime prostituta conscientia. Sed de Eccio et suis piget scribere. Solius Oecolampadii me miseret, cuius sincerissimæ aures Thersitas illos et Stentores tanto tædio[b]) sustinere — pauxillo fortasse fructu — compelluntur. Sed præstiterit fortasse et hos sustinuisse, quo magis demum sophisticę tergiversationi sese candor veritatis ausit opponere. Certum est enim apud me, victorem abiturum ex illa harena Oecolampadium, etiamsi victus videri debeat coryphæis quibusdam, qui triariorum pugnam ab otio[c]) illius et maturiore deliberatione tandem erupturam esse non cernunt. Sed de Bernensibus quid acceperim magno dolore, exemplo tibi indico literarum, quas Bernensis quidam ad scultetum (arbitror) Lucernanum scripsit ad Baden; quibus quoniam deest inscriptio nomenque nec satis rei gestæ argumentum cohæret, parum fidei adhibeo. Precor tamen te (quando id magni referat), certiorem me facere de ea re ilico[d]) velis neque sane expensis parcere, quo nobis ad manum sit, quo certa fide aut interpretari factum aut mendacium confutare pro veritatis defensione possimus. Misimus hactenus senatorios viros duos, quibus commissum, ne quid aliud ad illos referant, quam quod frequentissimis suffragiis decretum est: nempe placere nobis disputationes, quæ veritatis vestigandæ gratia fiant; interim nos accepturos defensurosque, quicquid aut illic aut alibi clarę scripturę testimoniis nititur. Summopere mihi consultum videretur, ut

Constantiam et Argentoratum evocares in stativa, ut scilicet inpromptu calamum haberent paratum in omnis hypocriticę ostentationis confutationem; quo non tu solum, qui longe gravioribus sat esses fortis, sed præter Oecolampadium etiam illi subsidiaria auxilia libellis suis mitterent, quibus palam denegata est hactenus disputandi copia. Vale et ilico[d)], si potes, nos de rebus omnibus facito certiores. Nuntio[c)] nos liberaliter consulemus, quemcunque miseris. Apud S. Gallum, 25. Maii, anni MDXXVI.

Ioachimus Vadianus, vere tuus.

Domino Huldricho Zvinglio suo.

a) „prævortant". — b) „e" für „æ". — c) „c" für „t". — d) „illico".

1) Vgl. I, Register unter «Vadianus».

II 271.

460.

Georg Tannstetter[1]) an Vadian.

(Wien.) 1526. Juni 11.

Glückwunsch zum Bürgermeisteramte. Schilderung seiner Krankheiten. Bericht von einer grossen Feuersbrunst in Wien und von der Glaubensbewegung in Österreich und Ungarn. Bitte um Angabe von Stellen bei Plinius und um Nachrichten aus der Schweiz.

S. D. Clarissime domine doctor. Quod nunc summum in patria tua magistratum geris, quod tua Dominatio cum uxore et filia bene vales, vehementer gaudeo ac tibi tuisque ex animo congratulor. Ego vero nunquam a te consolatus sum, qui integro iam triennio tam multis ac variis morbis laboro, ut vix numerare queam. Nam primo incidi (in) febres synochicas[a)], quæ mutatæ sunt mox post phlebotomiam in tertianam[b)]. Terminata tertiana laboravi ex epate aliquandiu; deinde toto medio anno, immo[c)] ad annum fere laboravi ex colica; paulo post incidi fluxum ventris mortalem. Supervenit dirum et inæstimale (?)[d)] incendium, quo 416 domus exustæ sunt et tria monasteria funditus corruerunt, ad Cœli Portas scilicet et ad S. Hieron(ymum) et ad S. Iacobum, et dimidium fere monasterium S. Nicolai circa portam externam versus Ungariam. In hoc incendio damnum accepi plus quam in 600 fl. In hoc denique incendio incidi in gravissimum oculorum dolorem et ipsa denuo artetica cepit me per universum corpus ita, ut hodie cogar in pulvinaribus sedere et vix ægreque ambulo, sicut præsentium lator vidit. His itaque tum animi tum corporis afflictibus ita

consumptus sum, ut me amplius non nosceres, si casu te præterirem. Ceterum percunctatus sum multa de sectis vestris; quædam mihi eximie placent, quædam vero non admodum. Tu quid sentias, facile coniectare possum; quid ego de his sentiam, scribere non licet. Oportet enim apud nos ore saltem profiteri eam sectam, Romanistarum scilicet, quam princeps noster hactenus profitetur. Sed crede mihi: tot sunt, qui contradicunt, ut propediem mirabilia emergantur. Pullulat enim evangelium in Ungaria. Quid aliquando futurum sit cum eorum episcopis, tu cogita. Salisburgensis isto anno hactenus infeliciter cum suis pugnat; nam sui iam tertio profligati sunt. Ungaria est in maximo periculo; nam Turca cum 200,000 armatis ultra Savum castra metatus est. Rex Ungariæ colligit exercitum et auxilia pro viribus suis, ad proximum Iulium mensem iturus obviam Turco. Tu quid novi habes, etiam aliquando ad me scribas, præsertim quid rei sit inter Cæsarem et Gallum. Postremo te hortor atque per amicitiam nostram obtestor, velis ad me dare loca ista in secundum Plinii, quæ hic apud me collegisti. Cura, ut cito transscriba(n)tur et ad festum Iacobi ad nundinas Cremsinas ad me mittantur; cupio absolvere et non edere sine tua crisi cum hac explanatione capituli de varietate nascendi. Ego loca ista perdidi in cartis (?) omnia per ægritudinem (? ?) . . . . .[e)]

Si ad me dederis hæc loca, nihil erit, quod tibi in posterum negabo ac sæpius ad te scribam. Habeo de cura ligni et pulvere præcipitato singularem practicam, præterea aquam, cum qua Sebaldus curat, quæ non tingit. Quicquid ex his et quibuscunque aliis placuerit, ad te dabo; tu unice ad me scribas rumores tuæ patriæ et Galliæ. Ex consiliis nihil peto nisi publica et ne deseras me hoc exemplari. Supportabis enim me in magno labore. Præterea si quid omnino novum ex Tzwinglio vel Oecolampadio editum esset, ad me dato. Cuperem scire, an[f)] hi duo docti viri animo ut scriptis concordes essent. Salutabis dominam conthoralem et filiam. Raptim, 11. Iunii MDXXVI.

Tuus *Georgius Tannstetter, Collimitius.*

Clarissimo et eruditissimo viro domino doctori Ioachimo Vadiano, magistro civium Gallensi, mitissimo domino et amico fratri.

a) „sin-". — b) „terc-". — c) „imo". — d) Ganz sicher ist „ines . . . le"; wäre etwa „inæstima(bi)le" zu ergänzen? — e) Von „Ego" an beschädigte unterste Zeile; das letzte Wort fehlt. — f) „ann" (?).

[1]) Vgl. II, Brief 288.

St.-A. Bern.

461.

Joachim Vadian[1]) an Berchtold Haller.

St. Gallen. 1526. Juni 13.

Freude über den Erfolg Hallers bei der Disputation zu Baden.
Mahnung zum Ausharren in der Verkündigung des Evangeliums.

Salve, Berchtolde amantissime. Eximium trophæum[a)] et spolia ampla retulisse te e Badensi disputatione omnes clamant et congaudent præter opinionem id Eccio sophistæ obtigisse, ut quem tanta confidentia velut victum traxit in arenam, ab eo ipso sit omnium calculo non victus modo, verum etiam pudefactus. Spes nobis est, gratiorem te tuis futurum, quam prius unquam. Non committe[b)] (oro te per Christum), ut ullis ullorum contumeliis vexatus locum deseras enuntiandi[c)] evangelii. Deus finem dabit prosperum tantillis motibus. Dura igitur fortiter et patere. Vale in Iesu Christo. Omnia tibi narrabit Christannus noster bona fide, quæ te scire cupio. Apud S. Gallum, Eidibus Iunii, Anno MDXXVI.

Tuus *Ioachimus Vadianus.*

Domino Berchtoldo Hallero, apud inclytam Bernensium civitatem, episcopo vigilantissimo suo.

a) „e" für „æ". — b) „comitte". — c) „c" für „t".

1) Vgl. I, Register unter « Vadianus ». — Das Original liegt im Staatsarchiv Bern, XII, Miscellanea Theologica Ecclesiastica cum Epistolis. 38. Nr. 60.

II 272.

462.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1526. Juni 20.

Dank für den Brief Vadians. Bericht über die Disputation in Baden. Lob Oecolampads.
Verweisung auf den Bericht von Christian (Fridbolt).

Salve, doctissime Vadiane. Nihil unquam mihi hac rerum vicissitudine tuis literis gratius accidere potuit, maxime cum non solum eruditionis sed et spiritus sint plenissimę. Facit cruda mei ingenii tenuitas, ut, etsi animus semper desideret[a)] quibusvis doctis calamo coram adesse, parcior tamen sim, quam deceat. De tragœdiis[b)] Badensibus nihil te obtundam. Eram ego de pusillo grege, nonnihil ob tot doctorum[c)] insignium scilicet præsentiam animo consternatus. Sed dominus dabat eloqui cum fiducia, quæ illi placebant. Mecum captiose agebatur, ut interim domi persensi, super confessione carnis et sanguinis in pane et calice, atque ex eo etiam coniecturare poteris, quod disputationem trium arti-

culorum negabant et iam negasse videri nolunt. Filii huius sęculi ut sua prudentia, ita nos nostra simplicitate utebamur. Sed nimirum in dei gloriam omnia cessura sunt, ubi disputata in lucem venerint. Tam candide discussit omnia candidus ille Oecolampadius. Berna semel cecidit; sed hoc lapsu graviore iam factum est, ut fortius resurgat fortiusque statura sit, quam hactenus unquam. Cristannus noster, quæ apud[d] te de nostratibus desiderantur[a], omnia abunde referet. Interim age, ut soles, consulem Christo dignum atque eius negotium[e] tibi impense commendatum adserva. Post reditum meum a Baden tertio[e] ad contiones[e] vocatus sum et nunc quarto a senatu plebeque urbis vocor. Vocationi parebo, quoad usque proscribar; tum licebit et te et alios fratres invisere. Interea vale valeatque recte tota Gallensium ecclesia. Bernę, 12 Kalendas[f] Iulias, annno MDXXVI.

Bertoldus Hallerus, ex animo tuus.

Ioachimo Vadiano, christianissimo Sangallensium consuli, domino et fratri suo (in)primis observando.

a) „desyd-". — b) „e" für „œ". — c) „doctaurum". — d) „aput". — e) „c" für „t". — f) „Cal-".
1) Vgl. III, Brief 434.

463. XII 271.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

(Zürich. 1526.) Juli 3.

Übersendung der Acten von der jüngsten Tagsatzung. Mahnung der Kaiserlichen, dem König von Frankreich keinen Anlass zum Friedensbruch zu geben. Benehmen Fabers. Nachrichten über Berchtold Haller in Bern. Empfehlung eines Jünglings. Wunsch nach einer mündlichen Unterredung.

Gratiam et pacem per Christum. Accipe, clarissime Vadiane, rerum, quas te nunc scire refert, capita. Comitiis ad exitum Iunii habitis hęc acta sunt, si forte minus fideliter omnia (retulerint) legati vestri. Monuerunt Imperatorii, ne Helvetii occasionem dent Galliarum regi violandę pacis, atque hac monitione volunt honori suo consultum.

Faber petiit et obtinuit literas ab Helvetiis, quibus testantur ipsum strenue[a] ac fideliter rem gessisse, id vero apud multos principum; quo scilicet facilius intellegas pecunię collectionem, quam non modo episcopi et abbates formicarum ritu coacervarunt, sed principum etiam nonnulli.

Idem Faber pro publica contione[b] liberavit Helvetios iudicio disputationis[c]; nihil enim opus habere iudice, quę olim sint ab ecclesia

iudicata; vulpeculam secutus[d)], quę, dum uvas impetrare nequiret, contempsit, quod non essent maturę[e)].

Quin, quod magis ridebis, iactavit — publice an inter pocula me fugit —, se amore veritatis ab ecclesia stare; nam si Luteranus esse voluisset, potuisse ditissimum reddi Luteranorum promissionibus. Munificentissimos esse oportet Luteranos, qui Fabro pecuniam polliceantur. Ubi hic sermo auditus est, prorupit quidam ex Helvetiis, — nomen exploratorem fugit —, alioqui parum ęquus evangelio, in hanc indignationem: Dii istos perdant; nunc video, nequam esse homines; Luterani enim adeo tenues sunt, ut pręter egestatem nihil possideant.

Berna allatum esse dixit rumorem Madius Claronensis, immo[f)] verum esse dixit, Berchtoldum denuo iureiurando adactum, ut nihil, quod postremo receptis articulis adversetur, deprędicet. Mentitus est impudens homo. Nam pro evangelio feliciter[g)] certatum est 26. die Iunii Berchtoldoque missandi onus ademptum, propterea quod missam Baden defenderit non esse sacrificium. Constituti 8[h)] aurei in annum et viginti modii tritici; octo vero baiulationes vini, «soum» vocamus. Sacerdotium canonicale ademptum, sed sic, ut duobus annis eum fructus sequantur, non aliter quam si vita excessisset.

Hunc iuvenem de gente Hevensium natum tibi commendo, ut in suo ei consilio adsis, medicus medicę cupido. Indole est ut optima, ita pectore sagaci. Latinam linguam mediocriter callet atque Hebręam, Gręcam degustavit. Si ergo videbitur, commendabis hominem Leoniceno Ferrariensi, ut is studiis eius consulat ac officio iuvet. Si pręstandum erit, pręsta; nos pro eo quoque pręstamus sive apud te, sive apud alios. Cupio tecum esse propter quędam, quę sibi non vult credi epistola, quod carta sit; animum esse oportere dictitans, qui ea ferre possit. Si ergo licet, aliquando ad nos venito; nec tamen urgeo. Vale, 3. Iulii.

H(uldricus) Zvinglius.

Ioacimo Vadiano, viro clarissimo.

a) „strennue". — b) „c" für „t". — c) „disputacionis". — d) „sequtus". — e) „e" für „ę". — f) „imo". — g) „fœliciter". — h) „8°"; ist doch wohl eher = „octo" zu nehmen, als mit Schulthess „80" zu lesen.

¹) Vgl. I, Brief 100. — Das Datum lässt sich mit Sicherheit aus dem Inhalte des Briefes ergänzen.

464. II 273.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1526. Juli 18.

Berufung auf die Briefe von Vadian und Gebentinger. Der Fortgang der Dinge in Appenzell. Die Kürze des Briefes wird mit dem raschen Weggang des Überbringers entschuldigt. Die erwartete Ankunft der St. Galler Schützen.

Gratiam et pacem per dominum. Accepi tuas et Gäbentingeri literas, clarissime Vadiane, quibus vestram in domino constantiam primum, deinde Abtzellanorum quoque provectum hinc capio, quod internę tribus, quas isti Rodas adpellant, quę nimirum ante omnes adfuerunt, subolescunt[a]). Dabit dominus incrementum istic[b]), ubi dicebamus: arida tellus ac sterilis est. Vos modo in domino consistite. Haberem equidem multa, quę te cupiam scire; sed non fert ocius tabellionis abitus, ut vel gustum exhibeam. Unum hoc in summa dico: mendaciis geritur res ac vanis confictisque terroribus. Sed pulsat tabellio. Vale ac salvos iube Christianum, Georgium contribulem tuum, omnes. Rumor erat, bombardularios vestros tanquam de improviso ad nos venturos esse ad 15. diem Iulii. Nihil patiantur se remorari. Tiguri, 18. die Iulii MDXXVI.

H(uldricus) Zvinglius tuus.

Victoriam auferent urbes, quas liberas et imperiales vocant, tantummodo ne quicquam timeant quam dominum.

Clarissimo viro Iacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo cum primis observando.

a) „sobolescunt". — b) „isthic".
1) Vgl. I, Brief 100.

465. II 304.

Johann Wanner[1]) an Vadian.

(Constanz. 1526.) Juli 26.

Übersendung von Nachrichten aus Speier.

Gnad und frid von got.

Besonders günstiger, lieber herr, mir seynd uff nachst verschinen sontag neuwe tzeyttung von Speyr tzůkomenn. Die hab ich tzaigern dises brieffs mittailt und ynen bevolhen, Ewch die selbigen ouch tzů sagen. Den wellend glouben gebenn; dann sy von gloubwurdigen personen mir tzůgeschriben synd, namlich vom Conrat Herbat, burgermaister tzů Augspurg; und noch von aym gůthen gsellen, der nit namen hatt. Got

welle sin gnad geben, das wider sin hailiges wort nichts gehandlet werde. Hiemit bewar Ewch got altzeyt in synen gnaden. Datum in eyl, am montag nach Jacobi.

Ew(er) *Johann Wanner*.

Prudentissimo Ioachimo Vadiano, in Christo fratri suo charissimo.

[1]) Vgl. III, Brief 375. — Da Wanner auch sonst noch Berichte vom Speierer Reichstag des Jahres 1526 übersendet — vgl. Brief 470 —, ist wohl auch hier von dem Reichstage dieses Jahres die Rede.

B 226.

466.

Jakob Ziegler[1]) an Vadian.

Ferrara. 1526. August 1.

Bericht über einen von Vadian empfohlenen Verwandten Wendelin, der bisher vergeblich eine Stellung in Ferrara gesucht hat. Sein in Arbeit stehendes Werk über Plinius. Lob des verstorbenen Melchior von Watt. Erwähnung der Streithändel in Deutschland und Bitte, zwei Druckschriften an Celio Calcagnini zu senden. Gruss an Erasmus.

S. P. D. Dedisti commendationem Vendelino cuidam, gentili tuo, ad Cœlium Calcagninum et Leonicenum. Sed is mortuus est ante hoc biennium; Cœlius vero est in rure procul 30 milia passuum a Ferraria. Litteras ergo ad Leonicenum dedi Ioanni Maynardo, primæ auctoritatis[a]) medico et mihi amicissimo, qui vicarium patrocinium egit[b]). Verum nihil est eius conditionis Ferrariæ, cui is potuisset cooptari. Tentavit, ut in cohortem reciperetur stipatorum militum principis. Si hac quoque non succedet[c]), migrabit Venetias. Cœlius te plurimum amat commemoratque toties officium tuum in se, quod Viennæ Pannoniæ exhibuisti, quando prætereuntem salutasti, continetque etiam cum veterem memoriam, tum præsentem ipsius amorem in te commentarium istud in Melam, quo mirifice delectatur cuiusque probat cum eruditionem, tum præcipuum candorem in omnes, tum maxime in nostrum Collimitium, erga quem te non candidum modo et gratum, sed potius pium agnoscit. Quam virtutem eo insignius accipit, quoniam Collimitium non amat modo, sed admiratur pro recondita illius eruditione, maxime in mathematicis et in Plinium[d]) recognitionibus, non quas cognoverit, sed quarum exspectatione[e]) emori possit. Volebamus quoque illi super ea re scribere; sed quod nuntius[f]) primus fefellit, despondi animum postea. Et sum ego in eadem opera neque ago hoc tempore aliud, quam scribo in Plinium[d]), in locos eos secundi libri, qui de catholica siderum[g]) sunt, speroque, quod sim hoc auctumno amicis redditurum perscriptum. Expositionem vero

attraxi ad operationem organi, quod in hunc usum concepi[h], neque enim ratio est alia, qua sensa auctoris magis obviam veniant lectori, quomodo et expositio omnis sphæralis obscura est, non adducta ea ad organum, quod sphærales circulos refert. Hoc organum dedi videndum huic Vendelino, ut, si qua fortuna revertetur ad vos, possit referre quoquo modo dispositionem ipsius. Paraveram alio tempore litteras ad te ab urbe per fratrem tuum, si qua eum fata incolumem præstitissent; et quem ego tuo nomine cognoscere cœperam, postea suo etiam merito amabam. Bonas enim litteras pro ætate habebat, plurimam spem in reliquum de se præbebat. Verecundus erat sermo, parcus, modestus, non petulans, ingenium compositum, minimum sibi confidens. Quæ virtutes plurimum bonæ spei de se pollicentur, et qui eas virtutes non habent adolescentes, sed confidentia et philautia sibi nihil non tribuunt, sibi obstant ad meliora et præsentia præstant non matura satis et ante tempus effœti pereunt. Itaque Melchior, si adhuc tamen nomen teneo, in ædibus meis calcaria succinxit, a meis ædibus ad portam profectus est. Si eam quoque licuisset superare! Namque[i] febri insperata correptus, quinto post die, ut recolo, obiit. Quo ergo nuntio tam necessario privatus et quia ab eius casu plurima pars epistolæ supervacanea erat, recepi[k] ipsam ad me estque intermissum officium hactenus ad te meum. Tui tamen et Collimitii memoria mecum perpetua est. Vendelinus narrat mihi gravissimos Germaniæ motus. Quid dicam, Ioachime? Ergo Germania una scelerata est, sive ea plectitur, quodcunque Maranus (?) pathicus[l] et periurus peccant? Rerum Germanicarum summa ignoratio per Italiam est. Pauci, et hi principes infulati, omnia et penitissima cognoscunt, referentibus istinc[m] quibusdam sibi iuratis, qualia vulgo tanquam mysteria celantur. Quod scribo, non quod ex te multa requiram, quæ neque tuto scribuntur neque fideliter perferuntur; sed quod intelligas causæ horum conditionem, qualis ea sit, quæ una ignoratione tuta sibi videtur, periclitatura statim atque cognosci vulgo cœperit. Legi in Germania adhuc manens declamationes Poggii et Guarini in argumento: uter virtute militari præstiterit, Scipione Africanus an Cæsar dictator. Ei controversiæ tu ad postremam paginam carmen adiunxisti. Etiam legi Triumphum Reuchlini, quem tuum putavi, sed Romæ a lecta Spongia cognovi auctorem Huttenum. Te oro, mittas Cœlio et mihi utrumque[n] carmen. Laudavi ego, atque is cognoscere utrumque[n] cupit. Erasmum Roterodamum salvum

esse cupio, cuique multam salutem dices meo nomine tuis litteris, quas proxime missurus es. Puto enim tibi abunde convenire cum eo, quantum alii obnitantur. Scripsissem illi; sed nihil erat iusti argumenti. Huic etiam dicas Cœlium Calcagninum unum esse, qui amore et observantia in se nemini tota Italia cedat[o]. Vale diu incolumis. Ferrariæ, ex ædibus Cœlii Calcagnini, ipsis Kalendis[p] Augusti MDXXVI.

Iacobus Zieglerus Landavus.

Præstantissimo domino Ioachimo Vadiano, senatus et populi S. Galli consuli, domino et amico suo præcipuo.

a) „author-". — b) „ægit". — c) „succœdet". — d) „Plynium". — e) „exp-". — f) „c" für „t". — g) „syd-". — h) „concœpi". — i) „Nanque". — k) „recœpi". — l) „paticus". — m) „isthinc". — n) „utrunque". — o) „cœdat". — p) „Cal-".

¹) Von *Jakob Ziegler*, Astronom und Geograph, geb. circa 1470 in Landau a. d. Isar, gest. 1549 zu Passau, sind fünf Briefe aus den Jahren 1526—1540 vorhanden; drei davon liegen in Bremen.

XII 274.

467.

Ulrich Zwingli¹) an Vadian.

(Zürich. 1526.) August 5.

Die Angelegenheiten der Appenzeller. Faber in Speier. Die Bündner gegen den Bischof. Der Kaiser sucht die Schweizer zu gewinnen.

Gratiam et pacem per Christum. Irremissam diligentiam tuam, clarissime vir, non exosculor modo, sed etiam veneror atque demiror. Lanius, qui legatione ad Abtzellanos functus est, prędicare[a] cum omnium civium tuorum, tum maxime tuam liberalitatem ac munificentiam pro dignitate non potest, bonus ac incorruptus Hercules vir. Capitur nunc consilium, quomodo sit cum Abtzellanis agendum, quibus oligarchi iam adperte imperant. Pęnitudo apud nostros prorsus nulla est propter quorundam pagorum repulsam. Berna fuit apud nos ac Basilea. Ex Spira[b] ante horas quatuor nuntia[c] habui, quod plerique principes nolunt Fabrum in suo consessu ac senatu[d] adsidere, quod hactenus fecerat, Perdinandi[e] scilicet a consiliis; similes habent labra lactucas. Id quoque cum cautione creditum est, quod tu quoque premes, nisi cum es apud tacitos: principes aliquot in hoc esse, ut, si Cęsareo mandato pergat urgere ac contristare evangelium Perdinandus[e], ipsis cum rebuspublicis conveniat; immo[f] speratur fœdus confore, si, ut dictum est, nihil quam sęviatur[g]. Cum Abtzellanis arbitror hoc agendum, ut non solum de sacramento interrogentur[h], sed etiam de evangelio, quo scilicet loco sint illud habituri aut quomodo defensuri. Est enim mihi spes, ubi comitia fre-

quentiora fuerint, posterius hoc ex abundanti accessurum esse. Tu si posterius dissuadeas, cum datur, indica. Reddemus te atque alios amicos protinus certiores, ubi senatus super ea re decreverit, quo mature sciant omnia amici. Nam si honeste ad dictam posteriorem quęstionem respondebunt nostris, iam ea fama plurimum iuvabit negotium[c] evangelii. Nemo enim hactenus a nostris hac in re excussus aut requisitus est; maxime tamen apud vicinos vestros ac Durgoios ea fama proderit.

Rhęti[g] articulos puto 18 rogarunt ante dies decem aut duodecim, qui omnes episcopatui ruinam conciliabunt. Evangelistę istic[i] uxores ducunt impune. Cęsar magnis pollicitationibus nititur nos ad partes suas pertrahere. Quid futurum sit, brevi sciemus. Helvetii non satis sunt concordes. Vale ac salvum iube Augustinum, Zelium, Christianum, Sebastianum, omnes. Excuditur nunc responsio 3. ad Fabrum super libello mendacissimo. Murnerum olim statuimus pertinaciter contemnere. 5. Augusti. *H(uldricus) Zvinglius.*

Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo cum primis colendo.

Herren *burger*meister *Joachim von Wa*tt.

a) „pre-". — b) „Spyra". — c) „c" für „t". — d) „ç" für „e". — e) Offenbar absichtliches Wortspiel. — f) „imo". — g) „e" für „ç". — h) „interogentur". — i) „isthic".

1) Vgl. I, Brief 100. — Das Datum dieses Briefes lässt sich mit Sicherheit aus dem Inhalt ergänzen.

468.

XI 185.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. (1526.) August 13.

Entschuldigung seines bisherigen Schweigens. Erinnerung an gemeinsamen Unterricht. Verschiedener Lebenslauf. Übergabe der Briefe Vadians an den Bürgermeister in Cur zur Benutzung bei dem bevorstehenden Bundestag. Politische Nachrichten. Pest.

Gratiam et pacem per Christum Iesum. Quod toties[a] tuæ Humanitatis insignisque Mansuetudinis literis appellati nunquam responderimus, propriæ inscitiæ pudore, non contemptu factum puta, præstantissime vir; reminiscens enim pristinæ conversationis nostræ, cum sub magistro quodam Simone[b] ante totos triginta annos prima rudimenta capiebamus, quam disparia studia impares nos reddiderunt[c] plus quam dies ac noctes. Tu quidem in virum egregium candidumque evasisti; ego vero in sordidum et ignavum, adeo ut non pauco rubore suffundar, quoties ad viros candidos scribere compellor. At non hæc sorti tuæ invidens, sed mei potius miserescens recenseo. Persuasum enim habeo, tantam esse tuam

Humanitatem, quod misertus mei, si barbaras aut alias incultas litteras nunc aut posthac ad te dedero, veniam facile daturus sis. Ex quo enim semel seposita verecundia scribere cœpi, sæpius[d] (Deo volente) tuam Humanitatem affabor. Nunc ad rem ipsam accedimus. Certiores nos reddiderunt tuæ Mansuetudinis literæ in sex præcipuis, quæ ipsa optabamus et quæ evangelicæ rei profectui non parum multum conferre poterunt, nobis vero magnæ consolationis gratulationisque materies fuere. Verum ut nostra temeritas omnino tibi nota fiat: epistolæ tuæ summas una cum historiola[b] Spirensi[b] nostro consuli iamiam ad comitia properanti tradidimus, tum ut certiores sive conscios faciat evangelii fautores ad comitia undique confluentes, tum ut nugas, quæ a vanis et malevolis ingeruntur, commode[e] profligare queat. Ceterum[f] eorum, quæ apud nos agantur, scitu digna paucissima sunt. Primum: statuerunt quasdam leges, quas articulos vocant, in futurum servandas, quibus timeo, cum non e spiritu Dei, sed ex privato forsitan commodo[e] exordium cœperint, suo fine vix potituræ sint; tamen semel assumptæ sunt ac trium Ligarum sigillis roboratæ. Utinam in bonum salutemque nobis cedant! 2. Pestis irruit, quæ potissime in Christi familiam grassatur. Patienter tamen hæc divinæ bonitatis bella ferenda iudicamus, quæ non ad Tartara animas, sed in cœlum mittunt. 3. Bella undique nos molestant cum nostra, tum extranea, et qui tandem exitus futuri sint, nescitur. Deo commendamus. 4. Helvetii nostras terras ad Insubres transeuntes minitantur immania, si parta victoria reverti contingat: scilicet evangelicos, quos Lutheranos ac Zvinglianos hæreticos[d] vocant, sese exstirpaturos[g] funditus ac ad internecionem[h] usque perdituros. 5. Nostræ patriæ primates in Ilands[b] comitia celebrant, et, quæ inde emanabunt protinus ad te scribentes, omnium gestorem certiorem faciemus. Vale, candidissime Ioachime, Christo protectore, cum omnibus Christo deditis, et nos tibi deditissimos ama. Ex Chur, 13. die Augusti. Salutat te Sanlandronius (!) noster, qui propediem literas dabit.

Tuus *Ianus Comander.*

Doctissimo præstantique viro Ioachimo Vadiano, oppidi S. Galli consuli dignissimo ac domino suo observando.

a) „c“ für „t“. — b) „y“ für „i“ in der Stammsilbe. — c) „redid-“. — d) „e“ für „æ“. — e) „comode“, „-o“. — f) „æ“ für „e“. — g) „extir-“. — h) „internitionem“.

[1]) Von *Johannes Dorfmann* — gräcisiert Comander — sind 61 Briefe an Vadian aus den Jahren 1526—1550 vorhanden. Vorstehender ist ohne Zweifel der erste der ganzen Reihenfolge und knüpft an gemeinsam genossenen ersten Unterricht an. Johannes Dorfmann muss

daher einen Teil seiner Jugendjahre in St. Gallen zugebracht haben, ob er nun, wie Fl. Egger und Chr. Tuor annehmen — Anz. f. Schweiz. Gesch. III, 319ff. und 339ff. —, von Cur oder, wie Th. v. Liebenau nachzuweisen sucht — Anz. f. Schweiz. Gesch. u. Altertumskunde, Jahrgang 1868, S. 145ff. u. Anz. f. Schweiz. Gesch. III, 338f. —, von Luzern, gebürtig war. Jedenfalls kam er 1523 als Prediger an die St. Martinskirche in Cur und blieb als solcher das Haupt der reformierten Partei in Bünden bis an seinen Tod im Jahre 1557. — Simon, «der in dieser Zeit in St. Gallen an der öffentlichen Schule in der Sprache unterrichtete», wird übrigens auch von Joh. Kessler als erster Lehrer Vadians genannt; s. Götzinger: Joachim Vadian, der Reformator und Geschichtschreiber von St. Gallen, Halle 1895, S. 3.

Dass vorstehender Brief in den August 1526 fällt, geht mit voller Sicherheit schon aus der Erwähnung der (20) Artikel hervor, die am 25. Juni dieses Jahres erlassen wurden. Auch der übrige Inhalt des Briefes stimmt dazu.

469. II 144.

Fritz Jakob von Andwil[1]) an Vadian.

1526. August 14.

Übersendung von Berichten über den Reichstag zu Speier. Unwille über die Haltung des Kaisers und der Fürsten. Freude über die kräftige Antwort der Städte. Er empfiehlt sich Vadian zu Freundschaft und Dienst.

Gnad und frid von got und Cristo Iesu mit erbiettung fruntlicher, williger dienst zuvor. Lieber brůder in Cristo, herr und fründ, mir sind ettlich geschriften nüwer zittung vom dem richstag zu Spir zukomen, und wiewol ich dorab, besonder ab der kaiserlichen instruction, wenig fröd ennfangen hab, das alle cristenlichen menschen hören söllen, das ain römscher kaiser, der do des wort gots ain beschirmer und handthaber sin solt, so gar offennlich dawider schriben und mit der tatt zu blůtvergiesen die fursten ermanen důt, und die endtcristischen bischofe solich annemen und den stenden des richs, besonder den fry- und richsstetten, in offner versamlung verkunden thon. Dagegen fröwt mich, das die erbren stett uf sölich furpringen so ain cristenliche geschickte und us dem hailigen gotswort wolgegründte und ån zwifel us dem hailigen gaist geflossen anttwurt gegeben haben nach dem hailigen ewangelio. Mag ich sagen: vatter, ich sag dir dank, daz du dise ding vor den wysen[a]) der welt verborgen und die den ainfeltigen eroffnot hast. Und wiewol dise red des herren von[b]) den gottlosen fur ain sprichtwort ironice vil geredt worden sind, die ainfeltigen, das syend die zünffmaistr: so ist doch sölicher spruch ietz zu diser zit in der anttwurt der stetten in esse und wurckung gegangen; des sich och der kungklich prophet in der person Cristi beclagen důt und spricht: die fursten haben mich, das ist myn wort, umb sunst durch-

ächttet, und wo in der waren hailigen gschrift furst erfunden wirt, bedut alweg gotlose menschen, als denn der her spricht: der furst diser welt ist komen und hat nicht an mir funden. So nun der furst der welt der tufel ist, so sind och gewisslich die fursten, so das hailig gotswort durchächtten, sine kinder. Und von wem haben wir die gros widerwertigkait, blůtvergiessen, verderbung land und lüt anderst, den vom bapst, cardinel, bischof und fursten und küng, die der tüfel irer hofart und gytes nit ersettigen mag? Hat ainer sechs oder siben kungkrich, so welt er gern noch mer haben. Babst, cardinel und bischof mögen nit lydenn, das cristenlich kung und fursten ainig syend; seegen alweg somen des unfrids endtzwischen darzu, inndemm der tüfel hilft. Wer hat unser puren (die da dahaimet werchen und den pflug heben söltten) gelert, in die krieg ziehen, daneben alle boshait lernen und annemen, anderst denn bapst, cardinel, bischof und fursten? Wer hatt alle unzucht, zutrincken, gotslestrung, ubig und kostliche claider, lichtfertigkait der mann und der frowen in Tuschlandt bracht? Furwar niemand den(n) bapst, cardinel, bischef, kung und fursten. Und in somma so komen alle laster von Rom, und ich wil gar vil lieber underm bischof zu Costantz sitzen: der verbut mir zu ettlichen ziten flaisch ze essen, erlobt mir aber daneben in offner hůry zu sitzen, denn das ich wölt under denen von Zurich sitzen; die erloben mir zu allen zitten flaisch ze essen, verbietten mir alle offne hůry etc. Ich stan aber in groser hofnung, got der herr werd sin hailigs, ewigs, unwandelbars wort und alle, die darin vertruwen, wider die gottlosen beschirmen und handthaben und die ding alle nach sinem götlichen willen und gefallen und nach der sinen seelhail und seligkait schicken und handlen etc. Und wiewol ich acht, lieber brůder, herr und frund, das ir sölich nüwe zittung und gschriftten vorlengst gehapt habenn, so hab ich üch doch als ainem cristenlichen und ewangelischen mann wöllen zuschicken, mich damit gegen üch (des personlich nit anderst dann uss dem ewangelio kundtschaft hab) bekannt ze machen, fruntlich bittende, ir wöllen min schlecht, verdrieslich schriben nit zu verdries annemen und mich damit zu fruntlichen und willigen diensten bekannt haben. Datum vigilia assumptionis[c)] Mariæ[d)], anno XXVI[to].

Fritz Iacob von Anwyl, ritter.

Dem hochgelertten herrn Ioachim von Watt, doctor, minem lieben brůder in Cristo, herren und fründ zu aignen handen.

a) „wyser". — b) „vom". — c) „asummptionis". — d) „e" für „æ".

[1]) Von Ritter *Fritz Jakob von Andwil* liegen 2 Briefe an Vadian vor aus den Jahren 1526 und 1529.

470. II 276

Johannes Wanner[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1526. August 16.

Übersendung der Briefe des Augustinus, welche Vadian vermutlich in einem von seinem Schwager vergessenen Briefe gewünscht hat. Streitschriften von Faber, Zwingli, Capito, Ambrosius Blaurer. Berichte von Speier.

Gratiam et pacem a deo. Litterarum tuarum, optime Vadiane, sororius tuus, forte grandioribus negotiis occupatus, domi oblitus est; sed scribi non potest, quam moleste hanc oblivionem tulerit. Ego quantum ex verbis suis coniicere potui, unam ex epistolis Augustini voluisti. En totum librum exhibeo, ne tuo desiderio frustrareris; quod si erratum est a me, absque culpa mea erratum est. Nichil apud nos novi est præter quædam[a]) mendacia[b]) Fabri, quæ ipse Novitates intitulavit. Zvinglius respondit; respondit etiam Fabritius Capito. Sed ex Tiguro hæc[a]) omnia nosti. Ambrosius noster (a)d impietates suffraganei parat responsionem. — Hodie legi nonnullas litteras ex Spira, quæ inter cetera hoc habent, quod hactenus nichil conclusum sit adversus evangelium. Saxonum et Hessorum duces sese imperatori paratissimos efferunt in his, quæ[a]) non sunt fidei; in fide vero volunt habere suas conscientias liberas. His vale in Christo Iesu. Datum 5[ta] feria post assumptionem Mariæ, anno etc. XXVI.

Tuus *Io(annes) Vannius.*

Prudentissimo Ioachimo Vadiano, proconsuli (!), domino ac fratri suo in Christo.

a) „e" für „æ". — b) „t" für „c".

[1]) Vgl. III, Brief 375.

471. II 277.

Jakob Bedrotus[1]) an Vadian.

Strassburg. 1526. August 30.

Mitteilungen eines Boten über Vadian. Unzufriedenheit über das Ergebnis des Reichstags zu Speier in Sachen des Glaubens. Biblische Vorlesungen in Strassburg. Streit in der Abendmahlslehre. Übersendung einer Verteidigungsschrift von Capito.

S. Etsi ea nuntiorum[a]) sit vanitas, ut proverbio locum fere dederit, non potui tamen huic non credere. Adeo enim depinxit Vadia-

dianum multis mihi nominibus, potissimum tamen iure præceptorio nunquam non suspiciendum, ut his[b] oculis mihi sim visus tui simulacrum intueri. Proinde etiam litteris fabulari tecum libuit mihi atque adeo ἄνευ προοιμίων, ut statim, quorum te nuntius[a] avidum dixit, habeas. Nosti forsan periculo tuo, Vadiane, vulgatum hoc: πολέμου κενὰ πολλά. Idem haud iniuria de nostrę ętatis comitiis dicere possum, quæ non tantum vana esse probat exitus, sed et ridicula plane. Argumento sunt Spirensia hæc, in quibus etsi per bonos aliquot ea sint proposita, quæ ad gloriam Christi provehendam tranquillitatemque publicam facere videbantur, meliorem tamen partem maior vicit. Cupierunt enim aliquot ex profanis[c] principibus, quibus et bona civitatum pars subscripserat, Cæsaris edictum, anno abhinc quinto, ni fallor, apud Vangiones promulgatum, irritum huiusque gratia ad Cęsarem legatos amandare voluerunt; verum obstiterunt ramis ac velis ecclesiæ proceres. Quî enim hi[b] ferre possent sacrificulorum cælibatum exsulare[d])? ut interim alia taceam, quæ si abrogantur, perierunt οὗτοι οἱ ἀλαοσκοποῦντες. Cæsarem scripsisse aiunt in hoc unum modo incumbendum, ut Turcæ obviam eatur; de his[b], quæ fidei sunt, porro se prospecturum, idque concilio generali ex essentialibus personis coacto. Decreta audio Ferdinando decem milia[e] peditum adversus Turcam. Soluta sunt itaque comitia, Hesso primum abeunte; secuti[f] sunt Saxones, deinde Ferdinandus. Nostri nondum redierunt, quum hæc scriberem. Cetera[g] tu iam æstima, Vadiane. Non video, quî concilium indici queat, quum inter essentiales conciliorum personas maxima contra Cæsarem agat; eadem ne in ordinem redigatur, nihil reliqui habet habebitve, nisi ut paci ultimum dicat vale atque ita misceat orbem, ut citius eius sanctitatem imploremus, quam provocemus ad concilium. Nostri hic constanter etiamnum evangelizant; de scholis hic erigendis modo consultatur. Conductus sum ego, ut Græce pręlegam; quod sane ante menses quattuor incepi. Alius item, Casellius nomine, iuvenis egregie eruditus, Hebraice docet. Bucerus frequentissimo auditorio Ioannis evangelion enarrat, Capito Hoseam. Omnia salva speraremus, nisi negotium nostris faceret Wittenbergensium ἀρτοκρέας, quod adhuc contra Zvinglium, Oecolampadium et nostros mordicus tuentur, auctoritatis[h] suæ præiudicio ac asseverandi pertinacia tantum subnixi. Quæ enim Oecolampadius adversus Svevos[i], Pyrckaymerum et postremo iam contra Lutherum edidit, solidiora sunt, quam ut subrui queant. Mitto tibi hic

Capitonis nostri apologiam contra Fabrum, de quo etsi plura non illibenter scriberem, non ausim tamen; vereor enim, ne τὰ ἀποκεκαλυμμένα, si casu intercipiantur, magno meo malo in vulgus edantur. Sed ioco hæc. Tu vale, præceptor[k] charissime, et litteras has σχεδιαστικῶς scriptas boni consulito. Non enim mihi tantum erat otii[a], ut diligentius fusiusve scriberem. Tu, si vacat, et me tuis dignare. Bucerus diligenter te salutat. Ex Argentorato, pænultima[k] Augusti, anno etc. XXVI.

Iacobus Bedrotus Pludentinus.

Cura, mi Vadiane, ut per occasionem istæ Waldkirchium mittantur. Rem facies mihi gratissimam.

Integerrimo consuli, domino Ioachimo Vadiano, poetæ et medico clarissimo apud S. Gallum, domino et præceptori suo.

a) „c" für „t". — b) Doppel-i. — c) „prophanis". — d) „exulare". — e) „millia". — f) „sequuti". — g) „Cæt-". — h) „aut-". — i) „Suçvos". — k) „e" für „æ".

[l]) Von *Jakob Bedrotus* von Bludenz, einem Schüler Vadians, sind 9 Briefe an Vadian aus den Jahren 1526—1532 vorhanden, einer davon liegt in Bremen. Bedrotus war Professor in Strassburg und starb dort 1541.

472. II 278.

Bürgermeister und Rat zu Zürich an Vadian.

Zürich. 1526. September 4.

Vadian wird in dem Handel mit dem Abt David zu Stein a./Rh. neben anderen zum Schiedsrichter bestimmt und ersucht, auf den 16. September als solcher in Stein zu erscheinen.

Unnsernn fründtlichenn grůß unnd alles gůts zůvor. Vester, hochgelertter, insonnders lieber herr unnd fründ, wir habenn ettlich spenn unnd irrung mit dem erwirdigen geischlichen, unnsrem liebenn hern unnd fründ, her Daviden, abt zů Stein, von wägenn sins gotshus. Darumb wir unns dann beydersytz gůttlicher handlung bewilgt haben, dergestallt das yewederer teil zwen erber verstendig man zum handel vermögen; die selbigen vier söllenn die parthyen hören unnd sy gůttlich unnd mit wissenhafften dingen unndersten zů vereinen unnd zů vertragenn. Diewyl wir dann ewer person disem handel unnd noch vil meerem verstendig achten unnd erkennen, och inn sondern vertruwenn gegen üch syen, so langt an üch unnser fründtlichs begeren: ir wöllenn uff sonnttag nach deß heiligen crütz tag nächstkünfftig by unnsern verordnatten ratzbotten in unnser statt Stein am Rhin inn unnserm costen erschinen unnd inn den sachen das best handlen unnd zů handlen verhelffenn. Wir habenn och hieneben unnsern gůten fründen unnd lieben eydtgnossen burger-

meister unnd rath, uch dasselbig zů bewillgenn, geschribenn, in hoffnung sy werden das och gůttlich bewillgen. Das begeren wir umb uch umb sy fründtlich zů beschulden. Antwurt by dem botten. Damit sy gott mit unns. Datum zinstag nach Verene, anno etc. XXVI.

Burgermeister unnd rath der statt *Zurich*.

Dem vesten, hochgelertten hern Ioachim von Watt, doctor, burgermeister der statt Sant Gallenn, unnserm lieben unnd gůtten fründ.

II 282.

473.

Joachim Vadian[1]) an Johannes Wanner.

St. Gallen. 1526. November 24.

Freude über die Genesung Wanners und den Bericht des Ambrosius Blaurer. Erwähnung des Unglücks, das seinen Schwiegervater Jakob Grebel betroffen hat. Zuversicht im Kampfe mit den Gegnern. Grüsse an Ambrosius und Thomas Blaurer. Bitte, für ihn die letzte Ausgabe der Chiliaden des Erasmus zu kaufen und ihm wohlverwahrt zu übersenden.

S. Audio te, Vanni amantissime, convalescere, id quod mihi, tui bona fide desiderantissimo, tam magnę est voluptati, quam solet esse amicissimorum salus. Christus faxit, ut plebs tua sospitate tua possit per fidele tuum ministerium multis annis cum ubere pietatis accessione perfrui. Longe sane suavissimę mihi nuper erant Ambrosii nostri literę. Hac sola parte aculeum mihi doloris infigebant, quod, velut a grabato tuo datę, tui mihi doloris acerbitatem velut ob oculos ponebant, et (mirum!) simul oblectabat Ambrosii fides, tam diligenter et erudite perscribentis, quod ei perscribendum demandasses. Iam in meliora versis rebus tuis in eam spem nihil hæsitans adducor, ut nostris ausim palam polliceri, in evangelii Christi promotione nulli civitatum imperii cessuram Constantiam. Si quæras de rebus nostris, bene omnia habent; nam non fero tam acerbe miserum soceri mei, de quo haud dubie audisti, casum, quam tulissem, si me pelago affectuum et rei indignitati cogitando permisissem. Nunc veluti vela contrahens litus[a]) lego, non nescius naufragiorum, in quę vel peritissimi nautę impingunt, ubi semel ęstuare tantis fluctibus maria consiliorum cœperint[b]). Quod attinet ad rem pietatis, non video nostris per domini gratiam quicquam defuturum. Confirmamur cotidie magis magisque non tam usu captuque doctrinę Christi, quam impiorum frustrabilissimo conatu, quorum technas et studia, quantiscunque suffulta mercibus, perpetuo videmus contra spem suam et vota in nervum

(quod dicitur) erumpere, ut qui omnium reconditissimi videri velint nequitiis, sese tamen ipsos non aliter hercle atque sorices prodant. Ceterum[c] horum tu non es nescius. Cupio me commendari Ambrosio Blaurero et germano fratri Thomę. Scribam propediem illi, et simul te faciam de rebus aliis certiorem. Iam non vacabat longiorem esse, urgentibus videlicet improbis occupationibus. Unum te, mi Vanni, rogo, uti mihi postremam editionem Chiliadum Erasmi istic[d] emas, quam potes ære facili; quocunque emeris, promptum numerabit tabellio meus, qui suam hac in re operam mihi non denegavit. Velim autem librum sic præmunitum chartis ad me dari, ut ne dispendii quicquam ex itinere acciperet. Vale. Et ubi quid rescie*ris*, quod mea referre possis arbitrari, fac sciam. Apud Sanctum Gallum, XXIV die Novembris, anno MDXXVI.

Ioachimus Vadianus, ex animo tuus.

Vide, ne quid desit exemplari Adagionum, quod mihi emeris.

.... viro domino Ioanni Va(nnio) ..... magnificos Constan .... simul et erudito (evange)listæ suo.

a) „littus“. — b) „e“ für „œ“. — c) „Cæt-“. — d) „isthic“.

¹) Vgl. I, Register unter «Vadianus».

474.

XI 184.

Johannes Comander¹) an Vadian.

Cur. (1526.) December 4.

Tod des Salandronius mit seiner Familie. Einkauf eines vornehmen, kranken Jünglings in den Spital.

Gratiam et pacem per Christum. Litteræ tuæ, vir eximie, quas postremas ad me dederas, vix tandem post multos dies redditæ mihi fuerant, quibus respondere iamdudum curaveram; sed ad me rediit epistola, quam tibi destinaram. Nunc vero ex angusto tempore paucissima scribere cogor. Salandronius noster cum tota familia sua e vivis excessit, tanto fidei charitatisque specimine, ut iucundum[a] sit recitare. De quo multa scriberem, nisi, ut prædixi, temporis brevitas et tabellarii festinantia vetarent. Alterum: quidam ex nostratibus adolescens, annos natus viginti octo aut circa, clarus genere laicus[b], sed evangelio non mediocriter imbutus, quod et vitæ probitate non parum cohonestat, qui adversa valetudine multo iam tempore laboravit, ut spem perfectæ sanitatis, quo

matrimonio aliisque humanis officiis aptus sit, penitus amiserit, ita in animo suo statuit, si acceptaretur a senatu vestro in cœnobium illud vestrum, quod hospitale vulgo nuncupatur, ut illic ex annona viveret. Possidet ex patrimonio, ut iusto solveret. Hæc ut ad tuam scriberem Humanitatem, serio rogavit. Tua igitur, præstantissime vir, responsione nos dignare, ut, quid in hac re sperandum, quantocius resciscamus. Ceterum[c] quomodo[d] res nostræ sese habeant, scribere in aliud reservo tempus; forsitan in aliquo faustiora succedent. Vale. Ex Chur, 4. Decembris.

Ioannes Comander, Præstantiæ tuæ servulus.

Pio præstantique viro Ioachimo Vadiano, oppidi Gallensis consuli dignissimo suoque in domino fratri plurimum observando.

a) „iocundum". — b) „laycus". — c) „Cæt-". — d) „quo" mit Abkürzungsstrich.

[1]) Vgl. oben, Brief 468. — Da im Jahre 1526 die Pest in Cur herrschte (siehe den Brief Comanders an Zwingli vom 2. October 1526, Zwingli, Opera VII, S. 545), Comander Anfangs 1527 an Zwingli schreibt, dass er wenige Tage vor Weihnachten vom Rat beauftragt worden sei, sich nach einem tüchtigen Schulmeister umzusehen (ib. VIII, 6), und Salandronius nach dieser Zeit wirklich nie mehr erscheint, darf der Brief mit Sicherheit auf den 4. December 1526 gesetzt werden. — Vgl. dazu T. Schiess, Zwingliana II, 173.

II 284.

475.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1526. December 24.

Die Beseitigung der Bilder in St. Gallen. Der Predigtauftrag an Haller von Seiten des Rates. Die Verhandlungen in Baden von Murner in gegnerischem Sinne im Drucke herausgegeben. Ermunterung zur Treue am Worte. Grüsse von und an Bekannte. Zwei Lieder über die Disputation in Baden.

Gratiam et pacem a deo patre et domino nostro Iesu Christo. Etsi in scribendis epistolis imperitissimus sim omnium, charissime Vadiane, tamen non potui admittere, ut nuntius[a] ille tam tutus vacuus rediret ad te, maxime cum non ex eloquentia, sed magis animo sincero[b] metiri debeant amici, et ii quidem cordati. Quod idola e templis amovistis, iamdudum resciverunt oligarchę, et ut hi non nihil impingunt, more suo, ita exteri credentes fortissime animantur. Ursus, siquidem in taurum[c] versus, lento gradu incedit, sed pedem nimirum fortius figit. Currit apud[d] nos sermo domini, qui sic suę congregationi addit, ut pæne[e] omnia in cordibus piorum immutata sint, salvis tamen Antichristi larvis. Vocatus sum senatus et diacosiorum decreto ad contiones quinque hebdomadatim[f]

faciendas, quibus procul dubio dominus sic dabit incrementum, ut ursinos in cicures propediem mutari videas. Acta dedolationis nostrę Badensis hactenus urbi nostrę negata sunt eo ordine, quo ex ore certantium calamo excepta sunt. Murnerus ea sub prelo parturit cum præfatione tam prolixa, ut ad septimam paginam aut quaternionem, g. scilicet, deducta visa sint a quibusdam fratribus. Volunt Bernates, ut urbis nomine aut senatus quovis modo huic fæturę addatur. Recusant acta prelis excusa et apud[d] scripturam veteris et novi testamenti se mansuros sese aperiunt. Sed quid illis immorandum censes? Utcunque acta cudantur, vertantur, invertantur, pervertantur: verbum domini manebit in ęternum, cuius illustratione tenebrę consiliorum Achitofel procul dubio cadent et ruinam minantur quottidie. Ceterum[g] pergite Gallenses et agite eos, quos iamdudum verbi gloria orbi commendavit, et dominum precamini, ut sequaces nos faciat pro gloria nominis sui. Salutant te Wattenvillii tres, viri nobiles et sinceri[b], Bischoffius, Vollius, Telemannus, Hagius, viri cordati omnes. Salutabis vicissim nostro nomine Cristannum Fridboldum, cuius levirum instigaram, ut scriberet; sed aiebat, nihil esse præ manibus, ut scriberetur. Salvus sit Dominicus Zilinus, Benedictus et cooperator illius adeoque omnes. Exstant[h] cantiones apud[d] nos duę vulgares et rhythmicę, quę egregie depingunt conventum nostrum Badensem. Si rumoribus credere ausim, procul dubio excusas videbis proximis diebus. Vale itaque felicissime[g], et dominus te consulem urbis vestrę perpetuo pium conservet. Christus sit tecum. Bernę, 24. Decembris, anno MDXXVI.

Berchtoldus Hallerus tuus, quantulus est.

Thomas Wyttenbach, vir iuxta doctus et domini encomiastes olim egregius, apud[d] suos peste periit et ad superos migravit.

Prudentissimo viro, D. Ioachimo Vadiano, apud[c] Sanctogallenses consuli primario, maiori suo in domino semper observando.

. . . . . Gallum.

a) „c" für „t". — b) „sync-". — c) „thaur-". — d) „t" für „d". — e) „e" für „æ". — f) „hepd-". — g) „ę" für „e". — h) „ext-".

[f]) Vgl. III, Brief 434.

II 287.

476.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1527. Januar 4.

Empfehlung des Überbringers, der über den Fortgang des Evangeliums in Cur berichten wird und Briefe Vadians zurückbringen soll. Verweisung an Otmar Rodt für Nachrichten aus Oberitalien.

Gratiam et pacem per Christum. Iis potissimum causis, vir præstantissime, ad te scribo, ut tribunus ille noster, evangelio deditissimus, te adeundi occasionem nancisceretur et rediens a te litteras referret[a)]. Nam evangelii successum cominus ex ipso audies, et quæ apud Insubres geruntur, ex Othmaro Rodt optime disces. Ceterum[b)], quæ vestra sunt, ex litteris tuis discere cupimus; tibi enim per Dei gratiam non ea ad scribendum impotentia[c)] contigit, quæ mihi. Vale felix[d)] ac superstes in multos annos. Ex Rhætorum[e)] Curia, pridie nonas Ianuarii, 1527.

Tuus ex animo *Ioannes Comander.*

Inclito[f)] viro Ioachimo Vadiano, oppidi Gallensis consuli dignissimo, domino ac fratri suo inter primos venerando.

a) „refferret". — b) „Cæt-". — c) „impotencia". — d) „fœlix". — e) „e" für „æ". — f) „Inclyto".

[1]) Vgl. oben, Brief 468.

II 289.

477.

Andreas Eck[1]) an Vadian.

Castillejo in Spanien. 1527. Februar 21.

Entschuldigung seines Stillschweigens während achtjähriger Abwesenheit. Hoffnung auf baldige Heimkehr. Versicherung der Anhänglichkeit. Bedauern, dass ihm Briefe Vadians nicht zugekommen. Bitte, seinem kranken Bruder Gallus 3 oder 4 Goldgulden zu leihen, die Andreas zurückerstatten werde. Verwunderung, dass seine Brüder 4 ihnen im Juni 1526 als Beutepfennig überschickte « Duplonen » noch nicht erhalten haben. Gruss.

Salus. Optimo iure (excellentissime doctor domineque ac prȩceptor observandissime) forsitan mihi notam aut turpis silentii, more ranȩ (quod dicitur) Seryphiȩ, aut ingratitudinis, omnibus votis devovendȩ, mihi inusseris, ni in promptu esset spongia, ut ita dicam, honestioris excusationis, qua detergere sive exsiccare[a)] facile hanc labeculam licebit, puta verecundia; quȩ, inquam, effecit, ut per hoc perpetuum octennium (qua tantum non exsul[b)] a patria, ut mihi visus sum, vixi, quum non tam eiusdem dulcissimi natalis soli cupientissimus semper exstiti[c)] ac tui desiderantissimus[d)]) unquam rusticitate mea, nempe literulis seu potius lituris, tuam miratu

dignam Humanitatem sum ausus aggredi. Persuasissimum enim mihi semper habui, me tuę Pręstantię, negotiis plus seriis occupatissimę[e], potius effutitis hisce meis obstrepere, quam demulcire aures. Quid, quęso, corvo cum cygno? At vel iam tandem sequestrata paululum verecundia, licet etiamnum subtimide, id adorior, silentium scilicet coaxando ut rumpam. Mecum ergo ipse semper animo volutare solebam hoc retro annorum curriculo, exoptatam patriam vel semel visere, quod tamen nunquam hactenus (nescio, quo aut fato aut quibus avibus) opportune fieri potuit. Sed iam tandem divina assestrice clementia bonę sum spei, me propediem, ut puta quadrimestri in tempore aut paulo plus, tuam Humanitatem salutatum convenire. Quumque itaque pręsenti tuo ab facundissimo ore dependere (id quod dii deęque omnes, superi, infimi et medioxumi faxint!) dabitur, omnem prorsus strenue navabo operam, ut non solum (quemadmodum supra memoratum est) in me ingratitudinis vitium iure cadat, sed et te me habuisse discipulum multoque minus me te usum fuisse et domino et pręceptore, nequaquam pæniteat[f]. Malus enim sim ego divosque omnes mihi minus[g] propitios[h] mihi velim, si unquam quicquam animo adeo insedit meo ac id, ut aliqua ex parte tibi possim inservire aut denique gratum facere. Adeo nunquam vel momentum temporis tui sum immemor. Quicquid enim, quod certo certius tibi persuasum debet esse, in rem atque commodum tuum fore, quousque superstes vixero, iudicavero, vehementer atque officiose curabo persequi. Quis scit? Fortasse aliqua ex parte tibi tuisque pro tenuitate mea seu paupere (ut ille dicit) regno, pro quo ego certo, possum prodesse. In summa prompta et voluntas et obsequium nunquam deerit; ob hoc pręcipue, quod tibi sum devinctissimus. Pręterea intellexi ex literis fratrum germanorum meorum, tuam Pręstantiam fuisse dignatam ad me scribere, quum tamen nec unicum iota unquam in hoc octennio a te acceperim. Dispeream, si aliquando quicquam tristius accidit, quam est hoc mihi infaustissimum nuntium[e], scilicet tuas iucundissimas simul et exoptatissimas literas esse et interceptas[i] et omnino perditas. Ad hęc intellexi calamitatem atque adeo adversam valetudinem germani mei Galli, cui pręsto esse tua Humanitas velit, plurimum oro, tribus videlicet aut quatuor florenis aureis accommodato[k] datis, et ego bona fide restituam; et hoc, inquam, si magnopere hi[l] indigerent; sin secus, attrahas[m] manus adiutrices. Miseram enim eisdem fratribus meis anno superiori 1526, mense vero Iunii ultimo, quatuor duplo-

nes, quos vulgo appellitant[n] — hi octo constituunt ducatos auro defæcato[o] — in honorarium munusculum seu, ut alias vocant, Beutpfenning, idque apud[p] honestum virum Augustanum quendam, cui nomen erat Wolfgangus, cognomento vero Breysschuch vocitabatur. Per hanc novissimam schedulam eos nondum accepisse hanc pecuniarum[q] summam olfacio; quod admodum miror. Faciat ergo demum tua Prȩstantia me certiorem, si quid novi illic est. Scit enim, quam sum (!) sititor novi (!) alicuius rei. Ultimo, ne meis infantilibus plus nimio ineptiis tuam omni numero prȩstantiorem Humanitatem vel tantillum remorari reipublicæ anxie illic habenas gubernanti[r] videar, colophonem epistolio extemporaneo adiiciam, id quod tabellarii importunitas atque abitio improvisa postulabat; alias latius utcunque fuissem eblaterare solitus. Novissimo haud exigui momenti obsequium mihi prȩstiteris, si candidissimum meum amicum, germanum tuum, magistrum Melchiorem, reliquamque universam et sodalitatem et familiam, Conradum item Grebelium, Ambrosium iuniorem, salutare ex me iuberes. Valeat tua Prȩstantia meque amet, votis omnibus opto, vicissim. Raptim. Ex Castilleio[2]) in Hispaniis[s]), XXI. Februarii, salutis anno MCCCCCX(X)VI(I)[3]). Tuȩ Dominationis

deditissimum mancipium *Andreas E(ck).*

Absolutissimo viro Ioachimo Vadiano, pœtȩ atque oratori a Cæsare laureato, a(pud Sanctum) Gallum (ad) ma(nus).

a) „exsicare". — b) „exul-". — c) „extiti". d) „desyd-„. — e) „ocu-". — f) „pœn-". — g) „minos". — h) „c" für „t". — i) „intercœptas". — k) „acomo-". — l) „hii". — m) Für „abstrabas" verschrieben? — n) „appeli-". — o) „defecato". — p) „aput". — q) „peccun-". — r) Für „gubernantem" verschrieben? — s) „Hyspaniis".

1) Vgl. II, Brief 153, auch die Anm. 1 zu III, Nachträge Brief 41. — Von *Andreas Eck* sind nicht bloss 3, sondern 8 Briefe vorhanden. — 2) Welche der vier in Spanien nachweisbaren Ortschaften dieses Namens gemeint sei, ist nicht zu entscheiden. Zwei liegen in der Provinz Cuenca, eine in der Provinz Salamanca und eine in der Provinz Segovia. — 3) Das Datum ist durch Beschädigung des Randes unvollständig, kann aber nach dem Inhalt des Briefes mit Sicherheit ergänzt werden.

II 291. 478.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Wintertur. 1527. März 20.

Verständigung wegen des Zehnten in Kloten. Sendung von Geld mit der Bitte, es dem Factor Florian Neumanns von Nürnberg in St. Gallen zuzustellen. Grüsse an Martha von Watt.

† Iesus Maria. 1527, adi 20 Marzo, in Wintherthur.

Mein gehorsam unnd genaigt willig dienst seyen euich, günstiger lieber her schwager, von mir allzitt schuldigs fleyß zuovor. Wie wir am

jüngsten mit einander verlassen (?) deß zenden ze Klotten, hab ich mit miner muotter entschlossen unnd verwilliget, mit euich gegen heren zuo Kappel ze losen.[2]) Sölichs[a)] Hans Conratt Äscher anzaygt; seyder muntlich mit im geredt, aber seyder nichs (!) an in gelanget. Bin seyder bey Sebastian Appenzeller gewesen, im den handel anzaigt. Was im weytter begegnett, soll er Hans Conratt melden unnd entecken, weytter uns haben darnach zuo richten. Weytter, lieber herr schwager, ich soll Florian Newmon (!) von Niermbergs factor, den er hatt zuo Sant Gallen, 150 fl. mintz ausrichten zuo Sant Gallen, unnd melt mir aber nit sein namen, wie er heyst. Das wüst ir wol zuo erfarn; welt es im antwurtten lassen. Es möcht wol Ůrich Schlump sein; doch so weyß ich es nit eygentlich. Ist als bey ein ander in eim sack; hiermit auch ein brieff darzuo. Sonst schick ich auch ein sack hier mit Jacob Zollikofer mit 150 fl. mintz. Soll im zaiger antwurtten. Sonst jetz nit mer, dan wan ich euich dienen kindt, bitt ich euich, mich nit zuo sparn, unnd gruetzen mir min baß, ewer hausfrow. Darmit bewar uns gott vor leyd. Datto ut supra per.

E. A. V. *Conratt Grebell.*

Dem fürsichtigen unnd weysen heren Ioachim von Watt, burgermeyster zu Santgallen, meinem gunstigen heren unnd schwager.

a) „sölichs" wiederholt.

[1]) Von *Konrad Grebel*, einem Vetter des Wiedertäufers gleichen Namens, ist nur dieser eine Brief in unserer Sammlung vorhanden. — [2]) Vrgl. Brief 485.

479.

B 25.

Balthasar von Waldkirch[1]) an Vadian.

Valladolid. 1527. März 25.

Anerbieten seiner Freundschaft. Empfehlung des Andreas Eck zum Bezug der ihm mit andern Teilhabern vom Kaiser gewährten Reichssteuer der Stadt St. Gallen.

S. P. Quamvis nulla mihi cum Præstantia[a)] tua familiaritatis consuetudo intercedat, fama tamen, quæ de præclaris eius virtutibus atque summa doctrina circumfertur, ita mihi cognita est, ut animi mei affectum, quo viros virtutibus præditos et præcipue vicinos ac conterraneos meos prosequor, eidem literis meis significare non dubitarim, unde me inter non vulgares eius amicos connumerare possit; atque ideo in omni occasione et meas et amicorum res Præstantiæ tuæ commendandas duxi, quo mutuis inter nos officiis certemus. Et quod nunc ab ea petendum se offert, est, quia Cæsarea Maiestas, dominus meus clementissimus, Andreę Eckio,

quem Excellentia tua probe novit, adjunctis quibusdam aliis participibus, propter fidelia et diuturna eorum servicia concessit et assignavit tributum, quod Maiestati suæ singulo anno debetur de civitate Sancti Galli. Is, ad consequendum gratię eiusmodi effectum Præstantiæ tuæ favorem sibi magno usui esse considerans, a me petiit[b], ut se tibi commendarem. Et quia ego dicto Andreæ ex corde bene volo, rogo eandem tuam Præstantiam, illi singulari favore et auxilio vel mea causa adesse velit, ut ipsi cum sociis suis iuxta Cæsareæ Maiestatis assignationem prædictum tributum in singulos annos numeretur; et insuper me quoque et episcopum atque ecclesiam Constantiensem[c], cuius membrum existo, in rebus occurrentibus[d] semper habere commendatum, quod ego digna vicissitudine compensare studebo erga Præstantiam tuam, quam dei benignitas diutissime conservet incolumem. Ex Vallisoleto, die XXV Marcii, anno domini MDXXVII.

Vester amicus
Baltazar de Waltkirch, præpositus in *Waltkirch* etc.,
Cæsareæ Maiestatis etc. vicecancellarius[e].

Ornatissimo viro, domino Ioachimo Vadiano, artium et medicinę doctori atque pœtę laureato, burgimagistro civitatis Sancti Galli, amico charissimo.

a) Durchgehends „e“ für „æ“. — b) „paciit“. — c) „-ciensem“. — d) „occuren-“. — e) Die Unterschrift von anderer Hand als der Text.

1) Von Balthasar von Waldkirch liegt nur dieses eine Schreiben vor.

II 222.

480.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1527. April 19.

Erkundigung nach einem Briefe, den er einem Boten von St. Gallen übergeben hat. Sein Mitstreiter Franz Kolb. Massnahmen des Rates. Grüsse an Bekannte.

S. Erat apud[a] nos, charissime Vadiane, ex vestratibus legatus novissimis[b] comitiis, cuius sinceritatem[c] nescio. At qualiscunque esset, per nostratem nuntium[d] illi commendandas literas commiseram. Interim quæ acciderunt? Iunctus est mihi in verbi ministerio magister Franciscus Kolb, olim apud[a] nostrates contionator[e], deinde ad decennium apud[a] Noricos Carthusianos, nunc autem ad quinquennium Christianus. Is in prædicando Christo, in scripturę iudiciis sua dona habet, procul dubio a quovis admiranda. Deinde non te latet mandatum hoc, partim pium, partim impium, quod magnifici nostrates anno superiore iuramento

firmaverant. Hoc nunc abrogandum decreverunt et primum, olim chalcographię[f] typis invulgatum, in illius locum acceptarunt; ea tamen condicione[g], ut tum totius dicionis[g] consensus adsit, tum ut privata auctoritate nemo quippiam immutare præsumat. Negotium eucharistię a Francisco coram senatu et ducentis confessum est, a me vero in suggestu; ea tamen modestia, ut nihil hinc tragœdię[h] vereamur. Ceterum currit sermo domini et ita adduntur congregationi, ut oligarchis paucum admodum deferendum sit. Salutabis Zilinum, Iufflinum, Iacobum. Salvus interim sit Cristannus Fridboldius; a suis quoque vitam incolumem agentibus, tum et a me ceterisque fratribus sit salvissimus. Vale, doctissime Vadiane, valeantque fratres singuli, qui urbi nostrę congratulentur et non sine precibus, ne inimicus hæc (?) zizania superseminet[i]. Speramus, Ioannem Bischoff vobis notum futurum ex primoribus urbis. Iterum vale. Bernę, 19. Aprilis, anno MDXXVII.

Tuus ex animo *Bertoldus Hallerus Rubevillanus.*

Prudentissimo viro D. Ioachimo Vadiano, apud[a] Sanctogallenses consuli, maiori suo in domino semper observando.

a) „aput". — b) „novissmis". — c) „sync-". — d) „c" für „t". — e) conc-". — f) „calco-". — g) „ti" für „ci". — h) „e" für „œ". — i) „-sęminet".

[1]) Vgl. III, Brief 434.

481. II 205.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1527. April 28.

Klage, über die laue Haltung des Rates. Beseitigung der Bilder aus der Kirche bis an das Holzwerk des Hochaltars. Anfechtungen und Nachstellungen. Vergeblicher Versuch, den st. gallischen Pfarrer Burgauer eines Bessern zu belehren.

Gratia[a] et pax per Christum. Commodum[b] tabellarium nactus, eximie vir, si meis ad te litteris vacuum dimisissem, frustra esset, ut dissimularem, quin ingratitudinis facinus in virum optime de re christiana meritum commisissem. Summam rerum nostrarum paucis scribo, non ut plane edocerem te, sed ut percunctandi potius ansam præstarem. Senatus[c] noster, nec invitus quidem, in re evangelii quicquam ædificat; sed tantum cum obstandum esse nullis artibus prospexerit, aliqua ægre permittit, ut nunc tandem eo promoverimus, ut idola omnia e templo nostro eiecta sint præter[d] ingentem lignorum struem, primariæ aræ incubantem, quæ propediem quoque eiicietur, ut spero. Dominicam cœnam exturbatis

missis cerdonicis substituimus. Leones, pardi, tigres ursique undique furiunt, ringuntur, ac utinam proximum sit, ut tabescant, si convertendi non sint. Basilisci, viperæ et serpentes sibilant, insidiantur ac in antris suis maximas nugas conflant, quas deinde in omnia montana et finitimos pagos data opera spargunt, unde se ipsos æque atque nos in magna pericula ponunt; sed putant forsitan suæ teterrimæ invidiæ consultum, si nos vel ad horam priores deperiremus. At deus optimus secundum suam misericordiam nobiscum agat! Ceterum de pastore vestro Burgouero te celare[e] non possum, qui, apud nos manens aliquot dies, frequenter me conveniebat, quem, ut in maximo deprehendebam errore, eruere conabar; sed frustra. Scripturas solvere non potuit, quæ a nobis stant, ac opinionis suæ tam ægram rationem prætexebat, ut vix credidissem hominem adeo delirare. Sed nunc tempus non datur, ut per singula nostram disceptationem describam. Tabellarius equo[f] insidens dehortatur. Sed quomodo se habeat pastor ille vester, litteris tuis ad me datis edoceas, precor. Vale. Ex Chur, 28. Aprilis 1527.

Tuus *Ioannes Comander.*

Præstantissimo doctissimoque viro Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi proconsuli, domino ac fratri suo plurimum observando.

a) „Gracia". — b) „comodum". — c) „sęn-". — d) „preter". — e) „cęlare". — f) „æquo".

1) Vgl. oben, Brief 468.

II 296.

482.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1527. Mai 4.

Zustimmung zum Urteil Vadians über die Schrift Luthers. Seine Absicht, darauf zu antworten, mit einer Widmung an den Herzog von Sachsen. Grüsse an Bekannte.

Gratiam et pacem a domino. Quę tu, carissime Vadiane, de Luteri libro tam sancte quam graviter censes, haud mediocriter dolet non etiam ab omnibus iudicari. Ut quid enim tam multa passim legimus et prędicamus, si iam non est tam acre in expendendis scriptis iudicium, ut non omnes videamus, quod Vadianus videt? nempe mendaciis, contumeliis, calumniis, sycophantiis, suspicionibus[a]) totum constare librum. Ipse quaternionem sextum isto momento legere incipiebam, cum tabellio tuus veniret. At, dii boni, quę perversitas! Verumtamen utcunque doleat, pietatis eruditionem non eo esse evectam, quin quidam nostram exigant

operam propter infirmos. Annuo petitioni tuę; nam et Argentoratenses et Oecolampadius sic convenerunt, ut ipse solide contra hostem publicum procedam, sive quod facilius est, alii communem operam obtrudere, sive quod malo nodo malum cuneum aptare cupiunt. Sic ergo est agendi consilium. Epistola pręliminari dicabo librum duci Saxonum, nisi tu aliud moneas, non quo illi me insinuem aut gratum facturum sperem, sed quo pudorem quendam incutiam circumspiciendi tandem, unde res pendeat; id autem faciam, quoad dominus dederit, sancte. Deinde et Oecolampadius scribet, ut hesterna die nuntiavit[b] per epistolam, immo[c] fervet quam celerrime opus illius, quamvis summam velit me ad longum aut fusius tractare. Hominem itaque gnaviter excipiam; ex oculis nusquam emittam tam lubricum hostem quique, ubi tenebitur, tam facile pręfocabitur. Crescit domino gloria, mihi animus in hac pugna. Absolvetur ad sesquimensem, spero, tam nobis quam chalcographo opus ac surget. Interea monebunt ubique pii, iamiam adfuturam responsionem. Ego etsi acer sum, istud tamen immane genus dicendi detestor. Cordate loquar, non contumeliose. Tu vale et salvos iube Cunhardum Meyer, Christianum et Sebastianum. Quę Bernę in legendo senatu sint acta, non est dubium ad vos perlatum esse. Res in eodem statu apud nos sunt per dei bonitatem. 4. die Maii MDXXVII.

H(uldricus) Zvinglius tuus.

Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, viro ut prudentissimo et doctissimo, sic piissimo et constantissimo.

a) „t" für „c". — b) „nunc-". — c) „imo".

1) Vgl. I, Brief 100.

483.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1527. Mai 11.

Bericht über die Vorgänge in Bern. Bitte, an Thomas Gassner nach Lindau zu schreiben, er solle im Abendmahlsstreit die Antwort Zwinglis abwarten, bevor er eine Entscheidung treffe. Gerüchte über die Ankunft eines grossen Heeres aus Spanien. Die Beschlüsse im Ittinger Handel.

Gratiam et pacem a domino. Bernę sic habet res. Consuli mansit officium. Caspar a Mülinen ex interiore senatu[a]) emissus est ad exteriorem sive magnum, non alia puto causa, quam quod in urbe neque natus est neque tinctus est, quam isti perpetuam habent legem, qua exteros a senatoria[b]) dignitate arceant. Scis et nostrorum temporum studia. Se-

bastianus a Lapide prorsus est motus, et duo quidam alii non magni nominis etiam (ex) interiore senatu[a] moti sunt, e magno vero sex, qui parum ęqui esse dicuntur evangelio. Franciscum, arbitror, scis Berchtoldo factum esse collegam, et mandatum vetus denuo auctoritati suę restitutum esse. Mirabilis deus in omnibus! — Commodum obtulit se viator vester. Id enim abs te peto, ut primo quoque tempore scribas ad Thomam Gasner, Lindoi evangelistam, ut in eucharistię negotio[c] non festinet, habiturum a nobis intra bimestre spatium[c] dissolutionem omnium, quę Luterus contra nos produxit. Fuit enim apud eum frater quidam, ad quem ille dixit, se nunc clare videre negotium[c]; Luterum enim debellavisse et victorem abire, nihil enim quemquam mortalium adversus tam solida et firma posse. Qui quidem sermo me non magnopere sollicitum reddit propter hominem, sed propter urbem; facile enim video, quanti sit ęstimandus, qui tam hebeti est iudicio. Sed omnibus modis cavendum est, ne pia alioqui urbs tam infelici[d] iudicio in transversum agatur. Id, inquam, curatum efficias, oro. Nugę circumferuntur: Ferdinando adventurum esse ingentem ex Hispaniis exercitum. Eę sic magnificantur ab iis, quorum salus omnis est in mendacio sita, ut comitia indixerint ad Thermas. Quid Eremi actum sit in causa Ittingensi, nondum novimus neque legatos rediisse arbitror. Vale et salvos iube amicos omnes. Tiguri, XI die Maii MDXXVII.

H(uldricus) Zvinglius tuus.

Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino et amico suo carissimo.

a) „sęn-". — b) „sœn-". — c) „c" für „t". — d) „infœl-".

1) Vgl. I, Brief 100.

II 298.

484.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

Lindau. 1527. Mai 14.

Dank für den Brief Vadians. Er erklärt, dass er im Abendmahlstreit noch keine Stellung genommen, bloss mit Benedict Burgauer über die Sache gesprochen habe. Er werde nach dem Rate Vadians die Antwort der Gegner Luthers abwarten und bis dahin mit seiner Meinung zurückhalten.

Gratia Christi tecum. Accepi litteras tuas, optime Ioachime, non sine magna admiratione, ne dicam stupore, recolens ipse mecum:

quidnam rei tecum habet prudens, doctus simul ac pius Vadianus? Pellectis percepi te mecum pie ac fraterne expostulare de eucharistię[a] sententia, de qua ais, me non ita pridem atque secundum scripturas sapuisse, iam vero commentario Lutheri perterritum aliter sentire. Paucis, clarissime Vadiane, accipe, ne rumorem de me sparsum silentio approbem. Arbitror enim indignum, te, virum eximium, tantis negotiis occupatum, meis ineptiis diutius morari, quamdiu invaluit hæc[b] molesta, ne dicam periculosa pugna; non enim sine magna Christianorum iactura est. Idem sentii (!) in eucharistię[a] sententia atque hodie; sentii (!) autem, ut potui atque ut tum dabat dominus, simplicissime. Detestatus sum huius abusum pro virili publicis contionibus[c] ac usum pium ex scriptura docui, nichil determinans, quid esset substantionaliter (!). Quam primum enim videbam hoc miserum certamen exoriri inter tam doctos viros, quorum opera multum iuvati (!) sumus ac plurima præstitit[b] dominus, perterritus silui, expendens interim utriusque partis argumenta; sed usque hodie stabiliri non potuit mea conscientia, ut certus essem alterius. Et quæ[b] apud me incerta erant, populum docere nolui. Qua in re non doctores, sed mei ingenii tarditatem accuso, forsitan non percipiens ea, quæ[b] bene ac pie dicuntur; obsecrans quottidie patrem misericordię, ut michi verum verborum suorum sensum impartiatur. Qui enim difficilius amoventur ab intellectu ex verbo domini percepto, ut putant, vero, magis dignos venia existimo quam eos, qui tam contumaces pro paternis atque humanis zelantur traditionibus. Præstiti[b] igitur hac in tragœdia[d] hactenus non alium, quam gemebundum spectatorem, exposcens desideratissime felicem[e] exitum. Faxit optimus maximus deus, ut demum videam, quæ[b] desidero. Merito autem, bone Vadiane, me domi retinui, noscens, quam curta sit mihi et pæne[b] nulla rerum theologicarum supellex[f], ut item sim iuvenis non ætate[b] solum, sed et eruditione, et mallem hodie (ni domino aliter visum esset) auditorem quam oratorem, discipulum quam magistrum præstare. Et nunc meditor, ut possim sine scandalo[g] ac non offenso domino ab hoc munere[h] meis humeris impari liberari. Unde tibi non timendum, optime Ioachime, ni dominus omnem michi subtrahat gratiam, quod aliter doceam meos, quam hactenus a me edocti sunt, seu quid temere asseram. Odi enim semper has quorundam assertiones temerarias, qui, quicquam (!) vel paulisper palato eorum sapit, hauriunt cupide atque ilico[i] coram vulgo evoment (!). Puto aliter in hac tam ardua re, ubi et de animę[b] nostrę[b] periculo agitur, agen-

dum, nempe non sine timore domini et diligenti præmeditatione[b]. Quæ si in omnibus rebus est adhibenda, ut olim docuit Cicero, in his[k] maxime. Porro librum Lutheri contra Zwinglium ac Oecolampadium utcunque legi. Nescio autem, quocum de hoc quicquam locutus sim, nisi uni Benedicto, vestro plebano. Qui cum nuper mecum esset, plurima de eucharistia[a] contulimus, idque ut magis innotesceret vel michi harum rerum cognitio. Concludebam ipse nichil nec cuiquam præiudicabam, quamvis ille suę sententię esset tenax. Hoc solum dicebam, michi videri, qui essem parvi iudicii homo, Lutherum non dixisse nichil, dum iudicat, qua sententia legatur hoc sexto Iohannis capite: caro nichil prodest, spiritus est, qui vivificat; generalem scilicet esse sententiam, non de carne Christi intelligendam, cum dominus, quotiescunque de sua loquatur carne, addat «mea»; tum non ineptum videri ac scripturę[b] sanctę[b] contrarium, quod theologicatur de dextera dei; item scripturas non esse[l] contrarias in spiritu, ut iudicat cęca nostra ratio. Demum non sic carnaliter edi corpus Christi ut pecoris[m], cum sit corpus quidem verum, sed sic deitate unitum, incorruptibile glorificatum, ut tactui nostro non capiatur, sed verbo tantum, ut cor sentiat, non os, quod sumitur atque editur. Hęc[b] et similia colloquebamur fraterne, nichil in utramque partem concludentes. Si aliter tibi relatum est, fefellit te delator. Sed ut tibi efflagitanti magis aperiam animum, ut antea nulli: non omnino putabam, hęc[b] futilia ac scripturę absona esse argumenta; quod si minus bene, condonandum michi infirmo, cui tamen aliter diiudicare non dabatur, temere certe nichil. Ceterum schemata calumnię sannę et nimia cognitionis iactantia et si qui alii sunt carnis affectus in Luthero, iam olim odio habui. Accidit enim sæpe[b] pugnantibus, ut sint parum memores christianę modestię; quo, si unquam alius, in hoc de eucharistia[a] bello multum peccatum est et, ni fallor, ab utraque quoque parte. Utcunque, tuo, eximie doctor, luberrime acquiesco consilio, cum aliter non possim. Suspensa scilicet sententia exitum litis operior taciturnus, ni aliam michi dederit dominus mentem et suo spiritu me certum faciat vero verborum suorum sensu. Quod ut fiat, sedulo nobis precandum. Nisi enim aperiat, qui habet clavem David, nemo agnoscet. Vult[n] sibi ipsi spiritus sanctus esse interpres. Sed quid multum te detineo? unum hoc addo, obsecrans obnixius: velis me, tibi facie quidem hactenus ignotum, tuorum amicorum ac familiarium fratrum albo ascribere, vel linea extrema.

Iam dudum enim ambigo (!) tibi innotescere. Vale in domino feliciter. Lindavii, XIIII Maii anno 27.

Thomas Gaßnerus, Lindaviensium
contionator,[c] ex animo tuus.

Erudito ac pio Ioachimo Vadiano, medicinę doctori eximio apud S. Gallum, civium præfecto[b]), suo domino observando atque in Christo fratri.

a) „eucar-". — b) „e" für „æ". — c) „c" für „t". — d) „e" für „œ". — e) „fœl-". — f) „supp-". — g) „scandulo". — h) „muneri". — i) „illico". — k) „hüs". — l) „esset". — m) „peccoris". — n) „vultt".

¹) Von *Thomas Gassner*, Prediger in Lindau, liegen in unserer Sammlung 18 Briefe an Vadian aus den Jahren 1527—1545 vor.

485. II 294.

Wolfgang Joner¹), Abt zu Kappel, an Vadian.

Kappel. 1527. Mai 16.

Zustimmung zum Berichte Vadians über den Zehnten in Kloten. Er verdankt die Einladung zum Schützenfest in St. Gallen und entschuldigt sich wegen einer Badereise. Er will über die Klotener Sache bei Gelegenheit mit Vadian in Zürich weiter verhandeln.

Min früntlich diennst mit erbietung alles gůten syent üch bereit allzit zůvor. Fürsichtiger, ersamer, wyser, lieber her unnd fründ, den bericht, so ir mir des zechendes halb ze Klotenn geben, han ich mit fröuden vernommen; han nit zwyfel, so ver wir mit einander in ein märckt komend, ir werdend nach üwerm vermügen helffen handeln, das unns ein zimlicher kouff begegne, nach gstalt der sach unnd diser zit löuffen. Dwyl aber vorhanden gewesen ist, die früntlich geselschafft der schützenn miner gnädigen heren von Zürich gan Sant Gallen ze züchenn, darzů ir unnd ander mine heren unnd gůt gsellen mich früntlich ladent, daby anzöugent, das wir dann diser sach halb wyter red wellend habenn: daruff sagen ich des ersten üch unnd anndern heren unnd gsellen grossenn danck, und fröwt mich der gůt will nit wenig, das ir mich gern by üch gehept hettend; bin ouch in der warheit von dem zit har, als die üwern Zürich gewesen, keins anndern willens gsin, dann mit den gsellen von Zürich zů üch ze ryten. So hat mich not des libs bezwungen (mit erloupnus üwer Eren) in ein bad ze sitzenn, das mir zů diser zit geschefften halb am fůgklichenn (!) gewesen ist. Darumb wellend mich im besten gegen üch lassen entschuldigot sin unnd gägen anndern ouch entschuldigen. Gott welle, das dise geselschafft zů jemer werender früntschafft dienen möge. Darby was ich üch unnd allen minen heren von Sant Gallen in früntschafft

bewysen kan, söllend sy mich willig unnd geneigt vinden. Des zechendes halb wellend wir also in stille behalten; unnd diewyl es nun an der zit ist, das man schier anhept die frücht ze samlen, kan man nit wol ee in der sach handlen, dann das yederman sine frücht samlet. Wenn es sich dann darnach fügt, das ir in andern gescheftten gan Zürich kämind, mogent ir mich beschicken; wellend wir wyter red mit einander han. Darzwüschent wird ich in stille handlen, ob ich mines gotzhus zechenden in der eydtgnossen gebiedten möchte mit nutz verkouffen, als ich gůter hoffnung bin, es beschäch; dann wo das selb nit, so wer mir ouch nit muglich ze kouffen. Was aber mir oder üch in diser sach wyter begegnet, künnend wir einandern allwegenn wol gschrifftlich berichten. Damit sinnd got bevolhenn allzit. Geben ze Cappell, Donnstag nach Jubilate 1527.

Wolffganng, appt zů *Cappell*.

Dem fürsichtigenn, ersamen unnd wysenn heren heren Joachim von Watt, burgermeister zů Sant Gallen, minem sonndern günstigen lieben heren.

[1]) Vgl. oben, Brief 439.

II 30.

486.

Diethelm Röist[1]) an Vadian.

Zürich. 1527. Juni 13.

Gegenüber dem Gerüchte, Zürich habe vom Könige von Frankreich Pension angenommen, versichert er, dass Zürich nur dasjenige Geld verlange, welches der Franzose der Stadt vor Jahren schuldig geworden sei.

Hochgelerterr, fromer, vesterr, wiser herr, min willig dienst syend üch alltzit von mir bereit. Ůrich, miner herren statlöuffer, hat mir anzögt, als er nechst verschiner tagen by üch gewesen ist, hab er verstanden, das ein gemeine red by üch sy, wie mine herren von Zürich des küng von Franckrich pension angenomen habind, und etwas gloubens in gemeinem man darvon gehallten werd. Uff das zög ich üch bester meynung an, damit die warheit nitt verhallten wert, das sömlichs keiner anderen gestalt durch unsern seckelmeister uff nechst gehalltnem tag ze Lutzern erforderet ist, dann allein das bericht gelt, so uns der Frantzos schuldig ist, so vor jaren ze Friburg in Öchtland gemacht ward, deren uns vier jar ußstand. Dann wer anders von minen herren ußgeb, beschech das mit der unwarheit. Das welind alles von mir im besten vernemen.

Und als ir wüsend, das leider die welt als lichfertig (!) ist, das sich etlich lüt nüt schemend, die unwarheit ze sagen, ouch glouben ze geben, ist min pitt, wo das oder anders von minen herren ußgeben wurd, dem kein glouben ze geben; dann ich keiner anderen hoffnung bin, diewil got sin gnad nüt von uns wende, wir welind alltzit handlen, das wir mit allen eren gegen got und der welt mit warheit wol welind verantwurtten. Darmit sind got alltzit bevollen. Datum Donstag nach pfinsten, an(no) im XXVII.

Diethelm Röest.

Dem hochgelerten, frommen und wisen heren herr Ioachim von Wat, burgermeister der statt Sant Gallen, minem günstigen lieben herren.

1) Von *Diethelm Röist,* Bürgermeister von Zürich, liegt nur dieses eine Schreiben vor.

487. II 301.

Johannes Öcolampad[1]) an Vadian.

Basel. 1527. Juni 14.

Freude über den Brief Vadians und den Fortgang des Evangeliums, trotz der Umtriebe der Gegner. Bericht über Beschlüsse des Rates in Basel wegen der Messe. Übersendung seiner Antwort an Luther. Die Disputation in Baden.

Gratiam et pacem a Christo. Clarissime vir, literis tuis per Bertzium nostrum allatis valde oblectavi me, partim quod me tam amice tamque familiariter salutas et amplecteris, partim quod evangelici negotii[a)] ecclesiarumque dei non mediocrem curam præ te fers, quo nomine et te veneramur ac venerabimur, mirum dei consilium et opus attendentes. Episcopi cæcutiunt et verbum dei persequuntur magistratusque non paucos, muneribus et obsequiis corrumpentes, impietatis suæ socios faciunt. Christus, ut se iudicem declaret rerumque omnium habenas sibi a patre concreditas, spretis hypocritis et in nihilum versis eorum consiliis, deligit et ex tribunalibus incorruptibiles viros, qui suam plebem opprimi non sinant a falsis prophetis, sed ipsi viribus, opibus, consiliis atque adeo se totos impendentes, pietatis negotium[a)] obeant. Quæ profecto, ut maxima sacerdotum nota est, sic a sacerdotii ordine, quo plurimum fidebant, excidere: ita fidelium patronorum, quos spiritus sanctus sibi initiat, egregia gloria est. Aconita miscent animarum medici, ea tantum, quæ ventris sunt, curantes; pharmaca salubria mentibus ægris parant corporum curatores, ne solum in humilibus istis versentur. Sic et infulatis tacentibus in

ecclesia, magnalia dei loquuntur laureati. Adeo nullus in oculis dei personarum est respectus; atqui ob hanc laudem iam olim nobis fuisti observabilis. Precamur itaque deum, ut diu nobis in Christo patrocineris et nunquam ab aratro retrospectes. Hic tepidiores esse videmur et sumus. Nuper senatus, perpetuis contionantium[a] altercationibus tandem fractus, decrevit in re missaria, ut intra mensis spatium[a] utrinque libelli offerrent[b], quibus suæ[c] quique rationes redderent doctrinæ: adversarii, quare missam suam asserant piam utilemque vivis ac defunctis in remissionem peccatorum; nos vero, quare eam ut abominabilem et perniciosam execremur. Et nos quidem, gratia dei, satis armatam orationem paravimus. Quid autem adversarii sint acturi, ignoramus; cessant plane et ad solitas vertuntur technas. Incertum, qualem se exhibiturus sit senatus; speramus pium fore. Rumor fortassis plura de ea re spargit, sed vana sunt, qualia divulgari solent. Mitto responsionem meam ad Lutheri furorem, quam, si vacat, leges, ut videas, quod antea etiam non ignoras, quam parum christiane ille nobiscum egerit. Ferunt, Zurzaci prostaturam depravatam illam Badensem disputationem; fortassis consultum fuerit, ut orbi, quid in ea desideretur, indicemus. Dominico igitur et Iufflino ac aliis fratribus rem propone, quod, si quid in ea re suorum[d] interesse putant et editum cupiunt, significent; quorum me precibus commendabis. Vale, vir pręstantissime. Basileæ, 14. Iunii, anno 1527. *Öcolampadius.*

Ioachimo Vadiano apud Sanctogallenses, viro pietate et eruditione insigni.

a) „c“ für „t“. — b) Ist in „offerentes“ corrigiert, zu welchem aber der Nachsatz weggeblieben ist. c) Scheint aus „suas“ corrigiert. — d) Eher „suarum“.

1) Von *Johannes Öcolampad*, dem Reformator Basels (1482—1531), liegen 4 Briefe an Vadian aus den Jahren 1527—1530 vor.

II 302.

488.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1527. Juli 3.

Zustände und Kriegsgefahren in Bern. Freude über das Auftreten Wilhelm Farels im französischen Gebiete von Bern. Streitigkeiten zwischen Bauern und Predigern. Franz Kolb. Grüsse an Bekannte.

Si qua salus usquam est, eam tibi precamur et optamus, charissime Vadiane. Et si Sebastianus ille, frater noster communis, ab ore omnia referre possit, quę apud[a] nos scitu digna aguntur, tamen nolui eum ad te redire nostris nugis vacuum. Accepisti[b] iamdudum, quo numine liberata

sit Berna captivitate sua plus quam papistica. At interim ridentibus et gaudentibus adhuc nobis Sathan sic nostrates circumvenit, ut iam non denuo sanguinem sitiant alienum. Veloces reddidit aurum liligerum pedes ad effundendum sanguinem. Turbatur procul dubio mirum in modum respublica christiana ex tam insano furore. In bella ruunt nostri, quos nulla religio, nulla gustati verbi suavitas, nullum periculum, nulla admonitio retrahit. At interim satis nobis sit, quod diligenter commonefecimus ad lacrimas[c] usque, quandoquidem in nobis situm non est. Quis scit, quid Christus in arcanis consiliis suis arbitretur. Purgatione mundus eget, quocunque pacto id fiat. Ceterum[b] in dominio Bernatum lingua Gallico, Aelen scilicet, hac die civium decreto Guilhelmus Farellus Gallus, nullis sacris profanis[d] initiatus, vir tamen linguis omnibus expeditissimus, verbo domini enuntiando[e] et pueris abcdariis instituendis præfectus est. Hunc veluti Męcenatem[b] exosculamur omnes. Nec voluimus te latere, ut vel hac parte nobis congauderes. Digladiantur continuo rustici cum pastoribus super negotio verbi, et eo res omnis mihi vergere videtur, ut tandem communem omnium Bernatum pastorum collationem, Tigurinorum more, observemus. Bone deus, quam feliciter cederet toti Helvetiorum patrię, ubi hęc fieri possent! Tu interim, qui calcaribus nullis eges, deum precare pro ecclesia nostra, ut feliciter[b] cedant et proficiant, quę dominus cœpit[b]. Franciscus meus Kolbius et impiis vere Kolbus totus totam vestram salutat ecclesiam et illius ministros, Zilinum nostrum, qui tam literis parcit, ut papirum carius venalem apud[a] vos existimarem quam paleas, rursum Iufflinum, Iacobum Reinerum, Christannum Fridboldium ceterosque omnes[b]. Valete charissimi fratres omnes. Pestis foras pulsat et vocat insperato, ut valedicere oporteat, dum commode datur. Rursum valete. Bernę, 3. Iulii, anno 27.

Bertoldus Hallerus, ex animo tuus.

Ut actum sit apud[a] nos literis fratris cuiusdam Mathęi ab der Rüti, Sebastianus narrabit; in posterum estote cautiores.
Commonefac tam Sebastianum quam et Fridboldium, quatenus pelliceum mittant pirretum[f]; modo sit amplum et capitis mei carnosi capax.

Viro iuxta docto ac prudenti, Sanctogallensium consuli, Ioachimo Vadiano, maiori suo in domino perpetim observando.

a) „aput". — b) „ç" für „c", „cęt-", „Męcęn-", „fęl-", „cęp-". — c) „ch" für „c" — d) „ph" für „f". — e) „c" für „t". — f) Oder „perr-"?

¹) Vgl. III, Brief 434.

II 305.

489.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1527. Juli 22.

Glückwunsch zur Wahl als Bürgermeister. Bitte, seinem Schwager in der Bewerbung um das st. gallische Bürgerrecht beizustehen. Bericht über seinen ungünstigen Gesundheitszustand. Übersendung seiner Anmerkungen zum zweiten Buch Mosis.

Gratiam et pacem a deo per Christum. Quandoquidem innumera tua in me sunt beneficia, vir egregie, quid mirum, si, toties a te provocatus, ad petendum alacrior iam factus, iterum te accedere audeam? præsertim publicum te iam populorum parentem factum, ut interim et tibi et populo urbis tuæ gratuler, consulem scilicet te non tua ambitione aut cupiditate, sed publico omnium bonorum consensu creatum. Hoc virtus tua, hoc modestia tua meruit. Immo[a)] hoc superum benignitate factum esse, nemo dubitat, qui te morum correctorem ac emendatorem reipublicæ præfecerunt. O felicem[b)] populum, cui talis consul contingat, qui libertate et salute civium quam servitute ac calamitate magis gaudeat, qui labore et vigilantia omnium utilitati consulere studeat, qui cum civibus suis quasi cum liberis parens vivat. Hæc non adulandi studio, sed gratulandi potius animo a me dicta accipe, vir excellentissime. Iam vero ad rem, unde cœperamus, redeamus. Rogat me sororius meus, ut pro se apud te intercedam; putat enim, nonnihil preces[c)] meas apud te valituras. Solvit apud nos, ad vos migraturus, cupitque (si liceat) civitate vestra donari, conducibilius (?) sibi istinc[d)] fore arbitratus. Qua in re ut patrem te ei præstes, non opus esse ratus sum, ut multis apud te impetrarem. Nam præterquam quod omnes pauperum te patronum prædicant, non dubito, omnia te mei causa diligentissime ac summa cum fide facturum, quæ[e)] quidem per honestatem et publicas leges licent. Scio autem tibi non solum considerandum[f)] esse, quantum eius paupertas, quantum ęquitas et publicum ius postulet, ne suo commodo privato respublica iacturam faciat. Tibi ergo, mei amantissimo, charissimum meum magnopere commendo, ut eum ea benevolentia prosequaris, qua soles amicissimos. Quoniam vero ad medicum scribo, non possum tibi non significare, me adhuc adversa valetudine laborare, quam pharmaca nulla tollunt, sed magis exasperant. Sed deo gloria, qui me suæ crucis[g)] nonnihil participem facit; det ipse tolerantiam, ne carnis imbecillitate victus succumbam! Hoc unum scio expertus, immodica lectione morbum vires resumere. At offi-

cio meo ut satisfaciam, oportet; neque enim mei sum iuris, sed minister Christi. Perpetuus ergo erit morbus; nam perpetua erit lectio, perpetuum studium. — Ceterum[b] ut grati animi in te mei indicium quantulumcunque ostendam, mitto tibi, quæ in Exodum ex ore Zwinglii nostri annotavimus, non omnia quidem, sed eam partem tantum, quæ excusa est, reliqua etiam, dum absolvuntur, missurus. Tu interim vale, optime vir, et munusculum hoc boni consule. Saluta[i] meo nomine fratrem tuum, Iuvelium, Vogelum, Zilium, omnes pios. Ex Tiguro, 22. Iulii 1527.

Leo Jud tuus ex animo.

Excellentiss*imo viro Ioachi*mo Vadiano, *Sangal*lensium *consuli*.

a) „Imo". — b) „fœl-". — c) „præces". — d) „isthinc". — e) „quo". — f) „consyd-". — g) „me" wiederholt. — h) „Cęt-". — i) „Salute".

¹) Vgl. III, Brief 370.

490. II 306.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich, 1527. Juli 26.

Bericht von dem Besuche Cratanders, der Bücher oder wenigstens ein Verzeichnis derselben aus der Bibliothek in St. Gallen zu erhalten wünscht. Übersendung einer Zuschrift von Öcolampad. Er verspricht zu prüfen, was gegen die Disputation zu tun sei.

Gratiam et pacem a domino. Fuit hisce diebus apud nos Cratander Basiliensis, vir colendissime, qui sic iter instituerat, ut ad te quoque profecturus esset, ni quottidiani nimbi aliud suasissent. Domum itaque sese recipiens obtestatus est, ut te moneam, quid aliquando spei sibi feceris de exemplaribus, quę forsan etiamnum in bibliotheca monasterii vestratis blattas pascunt. Orat itaque, quandoquidem videbat, sibi spem omnem per te indipiscendi a nobis esse pręcisam — non enim ignoro, quomodo tibi cum abbatibus conveniat —, siquidem aliud non possis, rationem saltem librorum, qui istic[a] habentur, transmittas; si vero arte quacunque tandem quid possis proficere, ne parcas. — Oecolampadius istas ad te dat; qui, quantum vos suadetis, ut aliquid contra disputationem mutiam, dissuadet, non imbecillibus argumentis. Attamen, ut primum in strophas catabaptistarum Elenchum (hoc enim erit libro nomen) absolvero, tum primum et disputationem legam et pro virili expendam, quid facto sit opus. Monitionem interim, immo[b] vim vestram, qua me plurimum abhorrentem (quid enim agas cum tam perversis hominibus?) non solum traxistis, sed ad operam istam ferme alligavistis, sic consulo, ut, si scribam, vobis debea-

tur, quicquid futurum est; sin minus, alia sim vobis parte pro tam anxia ecclesię cura gratificaturus. Vale per deum et fratres omnes iube per eundem salvos esse. Tiguri, 26. die Iulii MDXXVII.

H(uldricus) Z(vinglius), tuus ex animo.

Herren burgermeyster von Watt zů Santgallen.

a) „isthic“. — b) „imo“.

[1]) Vgl. I, Brief 100.

II 307.

491.

Jakob Bedrotus[1]) an Vadian.

Strassburg. 1527. August 1.

Unzufriedenheit über das lange Schweigen Vadians. Bericht über die Umtriebe der Wiedertäufer. Bitte um Bericht über die wiedertäuferischen Unruhen in St. Gallen. Mitteilungen über seine Lehrtätigkeit.

† Gratia et pax. Nisi tabellio hic prętер spem properasset abitum, charissime præceptor, fusius tibi scripsissem atque adeo etiam expostulassem nonnihil, quod ne littera quidem me toties te provocantem dignaris. Nam vulgaria hæc[a]) τῆς ἀπροσηγορίας argumenta, quibus officii neglectum excusare solemus, nullo negotio[b]) confutari possunt. Proinde haudquaquam istæc[c]) accipiam. Non enim tam utrique dissidemus neque, ut plurima sint negotia[b]), quibus distineris, tam es occupatus[d]), ut[e]) vel salutare amicum veterem aut non liceat aut non vacet. Ego sane te non desinam urgere, donec vel verbulo indices, meam tibi non sordere amicitiam. Nulla hic nova habemus, quorum meminisse referat. Ecclesiæ nostræ statum abunde satis exploratum tibi credo. Telam verbi dei, quod semel pure docendum susceperunt nostri, absolvere pergunt strenue non sine fructu. De eucharistia nihil dissentiunt a Zvinglio, utut ringatur Lutherus intemperiis suis, ne quid acerbius dicam, νεανικῶς ἐκτραγωδίζων. Catabaptistæ pharisęi non parum negotii[b]) ecclesiæ nostræ fecerunt, chorago potissimum Denkio, qui cum in aliquam multos dogmata sua instillasset, urbe exactus ad Vangiones cum Hetzero suo commigravit, subversurus indubie et Wormatiensem[b]) ecclesiam. Cuius rei et egregium edidit specimen contionatore[b]) istic[c]) primario in suam pertracto sententiam, adeo ut is publice disputanda proposuerit impiisima de Christo dogmata, quem et per contumeliam Iesum de Nazareth appellare gaudent. O impietatem, o mores, o tempora! Piget me atque adeo pudet vel meminisse hominum istorum, præsertim[a]) apud te, cui iam pridem, quid

monstri alat factio hæc perditissima, compertum est. Sed et commode incidit, cuius me non ita pridem Bucerus noster admonuit, ut, si quando ad te scripturus essem, suo nomine te rogarem, quo nobis certo perscriberes, catabaptistæ fuerint necne fratres hi[f], quorum superiori anno alter alterum, iussu patris scilicet, trucidavit. Cum enim nuper quibusdam maleferiatis catabaptismi sui fructus obiecisset Bucerus, fortiter negabant hi[f], fratres hos nequaquam fuisse catabaptistas, sed istæc[c] potius conficta ab adversariis, quo maiori degravarentur odio. Te igitur, mi Vadiane, rogo, ne pigeat de his[f] nos certiores facere, quo prҿfractos illos ἐπιστομίζειν commodius liceat. Salutant te diligenter Capito et Gerbellius. Ego, ne et nescias, quid etiamnum agam, Grҿce doceo, conductus stipendio magistratus. Τὴν περιήγησιν Dionysii nuper exorsus sum, in qua enarranda mirum in modum tuis adiuvor commentariis. Vale in Christo Iesu, præceptor atque amice multo mihi charissime, et litteras has tanta celeritate scriptas, ut relegere easdem mihi non fuerit integrum, boni consulito. Kalendis Augusti etc. XXVII.

Iacobus Pludentinus, tuus ex animo.

Ornatissimo viro Ioachimo Vadiano, medico et poetæ iuxta pio ac erudito, domino et præceptori suo observandissimo.

a) „e" für „æ". — b) „c" für „t". — c) „isth-". — d) „ocup-". — e) „ut ut". — f) „hii, -s".

1) Vgl. oben, Brief 471.

492. II 308 b.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1527. August 23.

Die Schwächung der Augen durch angestrengtes Studium des Hebräischen hat ihn vom Schreiben abgehalten. Ersucht um ärztlichen Rat. Klage über die Haltung der Magnaten. Gerüchte über den Gang des Krieges in Italien.

Gratiam[a]) et pacem per Christum. Multis iam diebus nullas ad te litteras dedi, etiam data opportunitate, vir candidissime; cuius rei causa hæc fuit. Ante annum ferme unum Hebraicis rudimentis navare operam cœperam eiusque studii plus, quam acies oculorum meorum ferre potuerit, avidus, eam adeo hebetavi, ut non tantum hebes[b]) caligansque, verum etiam, cum legero parum quidem, quodam humore fervido suffunduntur oculi; insuper et nebula continua occupantur, ac ante oculum dextrum velut muscula volutans cum pupilla quocunque vertitur. Hæc tibi ut medico per dei gratiam[a])

insigni conqueror; nam non tam oculis, quam animo languens timeo, ne tandem visu orbatus tristissimam vitam degam. Consule igitur, amantissime vir, quo visum qualecunque residuum teneam. De evangelio quid scribam? Serpimus humo, limace[c] lentiores segnioresque. Pars bellis studet infelicissimis[d], pars avaritiæ, pars papisticæ impietati, pars placidæ vitæ studiosa nihil, quod quieti officit, assumit. Ex his facile coniicies, qui simus, ore christiani scilicet, corde incircum(ci)si. Et quod pessimum: non est in magnatibus nostris studium aliquod pietatis nec honestatis nec iustitiæ[a] saltem ethnicæ[e]; sed flaccent omnia marcescuntque in dies, ut non parum ecclesiæ nostræ timeam, nisi deus optimus sua solita benignitate succurrerit fomentaque potiora præstiterit. Vestrum itaque erit orare ad dominum pro nobis, ne iactum semen spinis omnino suffocatum pereat. Ceterum[f] de rebus profanis[g] humano more miraris forsitan nonnihil. Ad nos pervenit rumor, captam Alexandriam ab exercitu Francico, occisis 1500 militibus imperii. Festinat exercitus, qui Romæ fuit, ad Mediolanum; festinant eo et Veneti. Sed interim utrinque morbis extinguuntur plurimi. Soli isti rumores nunc apud nos versantur; verum si quid, quod te scire dignum fuerit, acciderit, dabo operam, ut resciscas. Vale, vir eximie, et ignoscas ruditati meæ. Ex Curia Rhætorum[h], 23 die Augusti 1527.

Tuus ex animo *Ioannes Comander*.

Piissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, S. Gallensi, consuli præstantissimo, domino suo ac in Christo fratri observando.

a) „c" für „t". — b) „hæbes". — c) „limaca". — d) „œ" für „e". — e) „æthnicæ". — f) „æ" für „e". — g) „prophanis". — h) „e" für „æ".

[1]) Vgl. oben, Brief 468.

II 309.

493.

Andreas Eck[1]) an Vadian.

Augsburg. 1527. September 2.

Entschuldigung seines unbedeutenden Schreibens mit dem siebenjährigen Kriegsdienst im kaiserlichen Lager. Erklärung, warum er Kriegsdienste genommen und Verweisung an den Mitbürger Otmar Staiger für Auskunft über seine militärischen Leistungen. Hoffnung, dem Vaterlande mit seinen Erfahrungen dienen zu können. Versicherung der Dankbarkeit. Beschreibung zweier geschnittener Steine, die er als Geschenk für Vadian mitbringt und deren Wachsabdrücke er dem Briefe beilegt. Gratulation zum Antritt des Bürgermeisteramts. Versicherung der Ergebenheit gegen den Stadtschreiber Augustin Fechter. Verbreitung der Kenntnis von Vadians Ausgabe des Pomponius Mela in Spanien. Empfehlung für seine Rückkehr nach St. Gallen. Grüsse.

S. Scribebam iam pridem ad te (ornatissime prçceptor), quanquam impudentissime id sum ausus. Tamen tua inexhaustibili et benignitate et

humanitate fretus ineptire, quod tum in buccam veniebat, idque certe imprędmeditate, rubore non sum suffusus. Quum tamen optime sis gnarus, Musis ipsis melioribus tranquillioribusque cum impio ac sęvo, immo cruento Marte pessime convenire, quid, inquam, viro undiquaque pręclarissimo scribere ego dignum potui? ego, aio, nullius aut momenti aut auctoritatis[a] homuncio quique abhinc retro hoc continuum septennium invictissimi Cęsaris castra sum, utcunque, secutus[b]. Idque (ut probe scias) triplicem ob causam potissimum. Principio: quod me a natura quodammodo (ac si huic negotio natus fuissem) instigari atque ad id aspirare clare sentiebam. Secundario: quod probe scirem ex T. Ciceronis traditione cęterorumque aliorum classicorum auctorum[a], hisce duobus: puta disciplina bellica, nunquam satis laudata, atque literis melioribus summam assequi posse laudem; quum hę usque adeo semper habitę[c] sint in pretio[d][e], ut vel ne ullus unquam pręclarus seu experiens imperator sive dux exercitus ęstimatus[c] sit, si hęc minus calluerit seu omnino leviter versatus. Tertio[f]: vehementer mihi arridebat hęc omnium pręclarissima sententia: foris, quod dicitur, arma, domi consilium, qu(o)d absque bonis literis fieri rarissimum est, similiterque hoc, quod subsequitur, dicterium semper in ore habui: literis videlicet bonis lanceę sive gladii aciem non reddere retusum, sed acutius magis. Causam[g] habes, cur militem egerim, quamque, inquam, fortunate atque strenue seu impigre, pręsertim[d] novissima hac Mahometica sive, ut alias vocant, Maurorum in Hispaniis pugna acerrima, meum non est recensere. Dicant alii, quos tum ad latus habui, sive id exploratum ex aliorum relatu habent satis. Inter quos unus est Othomarus, cognomento Stayger, utriusque nostrorum concivis, qui etiam tum, quum tam strenue conpugnatum est (hisce pręfatis infidelibus), haud procul abfuit. Ita, aio, soleo omnem adhibere operam, quod laudatissimę patrię (quę vita ipsa charior mihi multo est) non sim aliqua ex parte dedecori; sed quod diu noctuque sedulo excogitem, quonam pacto huic sim profuturus atque adeo non ingratum alumnum me sim exhibiturus. Quis scit, quid aut decoris seu ornamenti vel olim huic per me sit accessurum? Possit enim contingi, quod huius haud postremus propugnator futurus existerem. A qua quanquam aliquandiu corpore abfuerim, attamen animo semper illic pręsens sum. Mussito enim iam mecum ipse nescio quid[h] encomii de utraque Helvetiorum libertate, tam evangelica, quam mundana, ut vocant; quod adumbrare utcunque incipio, stili scilicet

solum exacuendi gratia atque desiderii[i] eiusdem patrię leniendi. Sed quid, quod ego nihilo setius[e] meis Musulis, ut ita dicam, quibus dudum nomina tuo saluberrimo mihi consilio atque adhortatu dederam, eblandiri atque manibus palpare mansuetioresque denique reddere (soleo)[k], ut hę[l] vel raucisonę[c] tubę clangorem, taceo[m] horrisonę tympanę[n] sonitum atque adeo omnis generis armorum strepitum (id quod alias mirum videri poterit), vel tantillum non expavescant[o] aut exhorrescant[o]? Ob hoc, si quid in me superest eruditionis, nemini prorsus viro acceptum fero, pręter tibi unico. Quare me minime ingratum futurum experieris. Nihil enim ęque a deo immortali precibus efflagito atque tempus opportunitemque ac locum, quo animum erga te meum testificari queam. Non enim sum nescius, me tuę Pręstantię[e] plus debere atque ipsis parentibus meis, quum immodico me semper amore innumerisque beneficiis atque officiis sedulis prosequi solitus sis. Curabo itaque vehementer, ut non omnino vacuis (quum in patriam advolavero, id quod bimestri tempore fore spero) manibus sive ἄδωρος veniam pro facultatum mearum tenuitate. Est enim penes me lapillus unus et item alter, utcunque pretiosus[e]. Gagagatem vocant alterum, ubi perquam iucundum erit videre, quam venerandę antiquitatis insit sculptura; scilicet quam apposite Orpheus ipse nudus cytharam suam ab Apolline genitore datam docta pulset manu; ita ut certe lapides, quibus insedit, stipites item, ut a tergo videbis, arbores quoque, quos a fronte cernes, accersire ad sese credi possit et, ut ille inquit:

Orpheus arguto stupefactos carmine montes
Fluminaque et volucres allicit atque feras.

Alterum vero carniolum (ut vulgo vocitant). Huic insculptus plurimum imperiose, pube tenus detectus, Apollo ipse genitor, concomitatus[p] cygno suo, ei sacro, sive malueris corvum, eius dei nuntium[e] (id quod facilius crediderim), subsidentem ad pedes retroque, ac si dicto audiens, aspicientem sive hunc paululum aversum (ut quoque apparet) iussa seu imperata aut denique delegationem denuo detrectantem, nigrum, qui antea albus fuit, factum. Alterutrius exemplum cereum[q] tibi mittere hisce literis inclusum visum est, ut tu commodius, quum venero, possis seligere. At forsitan filium una cum patre se dignum accipies. Ad hęc gratulor tibi, reipublicæ apud divum Gallum maioris prefecturę dignitatem (ut maxime idoneo, adulatione tibi non palpo) accessisse. Congratulor, inquam, terque quaterque dulci patrię ipsę, non solum philosophum (qui

alias divino Platoni per omnia satisfecisset), sed et omnibus numeris absolutiorem virum moderatorem pręesse. O felicissima[d] atque omnium liberrima patria mea, quę tuum hunc dignissimum gubernatorem tibi ipsi genueris, edideris[r], enutriveris, educaveris denique et ad unguem efformaveris, tuo ut gubernioni hunc pręficeres; piaculum enim atque adeo indignum facinus commisisse rata, tanquam maximam glorię[c] partem tibi adimi atque detrahi, si vir tantus tibi aut alienaretur aut eriperetur; persuasissimum habens, quod sequitur: servari bonis artibus rempublicam. Pręterea quod de te hactenus pie ac officiose sentiebam, idem et de altero meo pręceptore laudatissimo, urbis scilicet vestrę archigrammateo Augustino Fechter[s], dignissimo et hunc (!) huic gravi administrationi viro, bene ominor, ad quem si(n)gillatim literas dedissem, nisi pro sua modestia hęc pauca sufficere plane scivissem. Eique pollicere audacter meo nomine, mihi nil tam in votis esse, ac ut ei aliquando inserviam gratumque (data occasione) faciam; ad hęc ne me vel punctum temporis in hoc exacto annorum curriculo tui clarissimi nominis fuisse immemorem[t], cuius rei id, quod sequitur, testimonio esse potest evidentissimo. Effeci mea opera, ut tuus posterioris editionis[d] Pomponius ferme universę Hiberię[u] sit notissimus. Quippe est gymnasium percelebre[v] Compluti, Hispanię[u] oppidum vetustissimum (hodie Alcalay vulgus nominat). Inibi ego aliquandiu commoratus virisque quum literatissimis tum humanissimis, quibuscum minime vulgarem consuetudinem atque necessitudinem contraxeram. Quum itaque seriore de literis melioribus collocutione loci forte (me citante) geographici incidunt, quos, qui tua docta traditione[w] memorię[c] (carebam enim exemplari) hęrebant[c][d], eis enucleaveram, sollicitius hi atque anxius: quonam auctore[a] edoctus hęc haberem, rogant. «Pręceptore meo Vadiano, omni pręconio maiore viro, adiutus», respondeo. Admirantur plurimum viri, quisnam esset is Vadianus, qui primus manus emendatrices undiquaque laceratissimo atque mendos(is)simo Melę porrigere ausus sit hancque difficillimam corrigendi provinciam susceperit. Vadianum itaque notissimum meo laudum pręconio eis facio; eius et opera et vigiliis exstare[x] commentaria super Pomponium affirmo. Incontanter hi ad reliqua[d] Hispaniarum[u] emporia non paucis expensis nuntium[e] percontatum emandarunt, si alibi apud bibliopolas prostaret. Ecce tibi fausto omine hunc Salamanticę (nominatissimum totius Hispanię gymnasium est) venalem reperit nuntius[e]. Hoc ergo

modo hac mea diligentia effectum est, ut tuus Pomponius et publice et privatim illic legitur (!) atque relegitur frequentissimusque in manibus eruditorum virorum et habetur et teritur; adeo ut quinquies milibus[y] plus minus bonarum literarum amatoribus prȩlegitur (!) atque interpretatur. Cum hoc minime sum dubius, quin idem et Salamanticȩ agatur. Vadiani itaque eximia laus omnium in ore est in Occiduis, Vadianum viri eruditissimi omnes propius ex commentariis norunt, VADIANVM vivere consono ore comprecantur[d]. Vivat ergo Vadianus Nestoreos annos. Sed ne longum faciam epistolȩque limites egredi videar, summa sit hȩc: Tuȩ Humanitati curȩ esse velim, quicquid in rem famamque meam fore perspexeris. Iussa enim peragam; etiam si capistro matrimoniali me vinciri apud vos, quum venero, iuberes. Id ioco dictum sit. At adeo non iocor, ut interim hoc in negotio me tuȩ Excellentiȩ commendatum esse velim. Hac enim condicione[z] perpetuum concivem habebitis me futurum, fortasse haud pȩnitendum[c], iucundissimeque tecum vitam posthac agere (quod Deus det) liceret. Iam, inquam (ecce quam acquiesco[aa], dum ad te scribo) cesso a calamo, ne non epistolam hanc bene longam et capite (quod dicitur) et pedibus carere dicas. Prius autem velim, meis verbis multum salutes emunctissimi iudicii virum magistrum Melchiorem, fratrem tuum germanum, Conradum item Grebelium tuis literis salutabis meis verbis[bb], utrumque alterum ego, simulque reliquos conphilosophastros meos, quibus omnibus et singulis privatim scripsissem, nisi nuntius[e] ita festinasset, et me brevi ipsum fore nuntium[e], adiiciam tandem ipsum. Vale, vale itaque, optime prȩceptor ac domine observandissime. Et ut hoc disticho claudam:

Denique quicquid agas, quicquid meditabere tecum,
Me, tua quem virtus iam tibi iunxit, ama.

Ex Augusta Vindelica, 2a. die Septembris, salutis anno 1527.

Tuȩ Excellentiȩ obsequentissimum mancipium
Andreas Eckius.

Universȩ familiȩ tuȩ me commendabis, multum rogo.

Amplissimo viro Ioachimo Vadiano, Helvetio, apud divum Gallum.

a) „auth-". — b) „sequutus". — c) „e" für „ȩ". — d) „ȩ" für „e". — e) „c" für „t". — f) „Tercio". — g) Folgt „audis", gestrichen. — h) „qui". — i) „desyderii". — k) „soleo" durchgestrichen, aber später nicht mehr aufgenommen. — l) „heȩ". — m) „tacio". — n) „timpanȩ". — o) Eher „-unt"; doch ist an der Endsilbe corrigiert. — p) „concommi-". — q) „cȩreum". — r) „ȩd-". — s) Folgt „sentio" gestrichen.

— t) „existimes“ oder ein ähnliches Verbum zu ergänzen. — u) „Hy-“. — v) „percęl-“. — w) „tradicione“. — x) „ext-“. — y) „mill-“. — z) „t“ für „c“. — aa) „accqu-“. — bb) Folgt durchgestrichen „Ambrosium“. — Ein regelmässig über der Vorsilbe „im“ angebrachter Abkürzungsstrich blieb unberücksichtigt.

1) Vgl. II, Brief 153, auch die Anm. 1 zu III, Nachträge Brief 41.

494. XI 188.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. (1527.) September 19.

Augenleiden. Vorgänge in Italien.

Salutem et pacem Christi. Subito accidit, vir præstantissime, ut tabellarium idoneum ad te habeam; sed tempus scribendi brevissimum. Causa ophthalmiæ, qua laboro, hæc est: Iam annus est, quo cœpi Hebraicæ linguæ insudare, nactus didascolon satis probum. Et dum ingenii mei tarditatem diligentia sarcire volui, aciem defatigavi et obtudi; ac deinde oculos sæpius[a)] terendo fluxulum induxi, ut[b)] quasi per tenuem nebulam videam. Iam video et videntur mihi muscæ volantes coram oculis, et si al(i)quando literis operam dare volo, ilico[c)] oculos aquæ replentes desistere cogunt. Consule igitur, ut facile potes, quos melius habeam. — Ceterum[d)] quæ nova circumvolent, ita incerta sunt omnia, ut citra mentiendi periculum non facile quis scribat. Hodie, quo hæc scribo, mecum fuit Florentinus quidam vir nobilis, iam recta ex Italia veniens. Hæc dicit: exercitum illum, qui Romam cepit[e)], ita evanuisse, ut nulli timendus sit; sed Venetorum exercitus partem esse in Tuscia, partem prope Mediolanum; item Alexandriam a Francis obtentam; item Italiam tribus premi malis: peste, fame et bellis. Quartum non curant, impietatem scilicet. Si alia quædam[a)] se obtulerint, dabo operam, ut resciscas. Castellanus de Müss ad imperium descivit, nunc parans, quo imperatoris milites per Veltelinam in Mediolanum etiam invitis nostratibus inducat. Exspectabimus[f)] igitur, quid fiat. Vale. Ex Chur, 19. Septembris.

Tuus *Ianus Comander.*

Præstanti viro Ioachimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino ac fratri suo observando.

a) „e“ für „æ“. — b) „et“. — c) „illico“. — d) „æ“ für „e“. — e) „cœpit“. — f) „Exp-“.

1) Vgl. oben, Brief 468. Die im Texte erwähnten italienischen Ereignisse verweisen den Brief in das Jahr 1527.

II 310.

495.

Ulrich Varnbüler[1]) an Vadian.

Speier. 1527. October 7.

Dank für ein Schreiben Vadians, das er durch Felix Raiter erhalten hat, und Bitte, ihn unter seine Freunde aufzunehmen. Er benutzt eine Sendung seines Schwagers Peter Scherr an den Rat zu St. Gallen, um Vadian dieses Schreiben zu schicken mit der Bitte, das Anliegen seines Schwagers zu unterstützen.

Mein vleißwillige und fruntlich dienst sein euch allzeit zuvor. Fruntlicher, lieber herr und vater; ich hab vergangner zeit bey Felixen Raither, meiner sonen præceptore[a]), ewer gantz fruntselig schreiben (das ich ytzund nit bey der hand haben noch darauff nach der leng antworten kan) emphangen, darinn ir mit lieblicher geschicklicheit kuntschafft gegen mir zu machen suchend, die mir doch billicher und zuvor bey euch zu suchen und zu pitten geweßen were; welhe khundtschafft und anfang unserer gemeinschafft und bekantnus mir von euch als meinem angepornen frundt hertzlich lieb und dancknëmlich geweßen. Byn auch hinwider nichts hohers begirig, dann in der zal[b]) ewerer bekanten und liebgehapten zu sein, auch ewer gunstlich und ganz fruntlich erbieten widergeltlich zu vergleichen. Ich hab auch alsbald nach solhem ewerm schreiben willen gehapt, euch zu antworten, auch allerhand new zeitung und gelegenheit zuzuschreiben und zu entdecken. Ich byn aber bißhere (wie nach) auß mangel gewisser vertrawter potten daran verhindert worden. Nam ipse scis, dulcissime consanguinee, quam parum sit tutum, in rebus hac tempestate controversis iudicium[c]) et quę inter amicos prętat semotis arbitris agere, literis peregre[d]) mittendis concredere. Und dwyl dann meinlieber swager Peter Schërr, romischer kay(serliche)r M(ajeste)t, auch konig Ferdinanden etc. diener, ytzund einen disen[e]) eigen potten hinauff gen S. Gallen verordent, hab ich nit underlassen wellen, an euch zu schreiben. Und sonderlich auch der ursach, dwyl derselb Peter, mein swager, euch und ander mein herren und frundt eines erbarn raths zu S. Gallen schrifftlich ersucht und pitt weilend mayster Conradt Malers halber, die erbschafft belangend, wie ir dann auß seinem schreiben vernemen werdet, so ist an euch mein gantz geflissen und fruntlich pitt, ir wellet gunstlich und mit vleiß helfen und furdern, darmit derselb mein swager das, darumb er schreibt und die pillicheit auff ime tregt, von euch und andern mein herren und frunden unverzoglich erlangen und diser meiner furbitt

bey euch genossen haben empfinden moge. Das umb euch, mein sondergeliebten herren und frundt, (dem ich hinfuro und zu aller zeit auch zu wilfaren und zu dienen hochsts vleiß begirig byn) wyl ich, wo ich kan und mag, beschulden und vergleichen; hiemit euch und den ewern vil seliger zeit von dem allmechtigen wünschend.

Datum in eyl zu Spyr, am VII. tag Octobris, anno etc. im XXVIIten.

Ulrich Varnbuler,

des kon(igliche)n[f] regimentes im heiligen reich cantzleyverwalter,

ewer allzeit williger vetter.

Dem hochgelerten, fürgeachten ersamen und fursichtigen herren Ioahymen von Watt[g], doctor etc., meinem fruntlichen lieben herren und vettern.

a) „e" für „æ". — b) „zäl". — c) „t" für „c". — d) „perægre". — e) „dis(en)", über der Zeile nachgetragen, sollte wohl „einen" ersetzen, das aber nicht gestrichen wurde. — f) Eher als „key-". — g) „Wätt". — Die Bedeutung der übergeschriebenen Zeichen ist sehr unsicher.

[1]) Von *Ulrich Varnbüler*, Canzleiverwalter, einem Verwandten Vadians, liegen 2 Briefe vor aus den Jahren 1527 und 1542.

496. II 311.

G. E. Brixinensis[1]) an Vadian.

Innsbruck, 1527. October 31.

Lob der zweiten Ausgabe des Pomponius Mela. Empfehlung des Überbringers, Andreas Eck.

Quamquam tui præclarissimi[a] nominis, ornatissime Vadiane, observatores maximi semper exstiterimus[b], attamen nunc plus quam alias admirari non desinimus, quum scilicet superioribus annis, adhuc tum nobis apud Hispanos degentibus, præsentium lator Andreas Eckius noster tuas eruditissimas ac elimatissimas secundę editionis[c] in Pomponii Melę geographiam annotationes[c] nobis obtulit, tum etiam quando amplissimi tui nominis defensionem tam mansuetam, mitem atque omnis humanitatis plenam legimus. Ceterum unum est, quo gratius nobis a te præstari[a] minime possit quoque nos devincias: si scilicet præfatum[a] nostrum Andream commendatum nostro nomine habueris eique studioso favore auxilium et consilium dederis, ut facilius literis sacrę Cæsareę[a] et catholicę[a] Maiestatis sibi generose et intuitu virtutis, morum ac probitatis, quibus undique est ornatissimus, concessis potiri et satisfactionem imperialis muneris adipisci possit et valeat. Est enim tam sincerus[d] tui maximi nominis apud omnes buccinator, ut sit dignus, quem omnibus suis in rebus iuves et promoveas. Fac igitur, humanissime Vadiane, sentiat is An-

dreas, hanc sui commendationem apud te non inanem fuisse, et nos, uti te per ipsius Andreæ prædicationem[a] amamus, redames. Vale, vir eruditissime. Ex Ynsprugk, pridie Kalendas Novembres MDXXVII.

Tuus ex animo *G. E. Brixin(ensis).*

Eruditissimo viro, sincere[d] nobis dilecto domino Ioachimo Vadiano, pœtę ornatissimo. Sanctigalli.

a) „e" für „æ", bezw. „ę". — b) „ext-". — c) „cio" für „tio". — d) „y" für „i".

[1]) Vermutlich der im Brief 314 — II S. 434 — erwähnte «*Caspar Brixinensis,* artium et medicinæ doctor». Von ihm ist nur dieser eine Brief vorhanden.

II 314.

497.

Kaspar von Usenwang[1]) an Vadian.

Innsbruck. 1527. October 31.

Preis der Gelehrsamkeit Vadians. Empfehlung des Andreas Eck als desjenigen, der ihn mit Vadian in freundschaftliche Beziehung setzen will.

S. P. Ex multorum litteris et pręcipuo ex relatione præstantissimi viri et fratris mei Andraę Eccii intelleximus, vir ornatissime, quam candide de optimarum disciplinarum studiis sentias; nec id mirum, cum tu omnium eruditissimus in tam fecundissima[a] omnium studiorum unica parente ac altrice et natus et educatus fueris, videlicet Helvetia tua, quę etsi præter ceteras[b] nationes in prisca libertate per se satis illustrata sit ac beata. Est tamen propter fulgentissima illa litteratorum lumina omnium illustrissima ac felicissima[a]; inter quę tu veluti sol inter reliqua sidera[c] pręcipuo elucescis. Id effecit egregius animi tui candor studiumque erga omnes singulare imprimisque lucubrationes illę tuę luculentissimę, quibus universum fere orbem illustrasti. Unde et nos, qui intra litteratorum turba minimus atque infimus sumus et potius umbra sive nubecula, non abhorremus in tam præclarissimi viri complexum honestamque necessitudinem demigrare, ad cuius quidem rei aditum nullum mihi commodiorem[d] ducem contingere posse existimavi, quam pręfatum Eckium nostrum, quem cum propter eximias animi sui dotes eiusque singularem in me amorem vehementer diligo et observo, tum quod Cęsari nostro propter suas præclarissimas virtutes ac rebus semper bene gestis fuit charissimus. Illum adhortati sumus, ut is inter tuam Pręstantiam et nostram Tenuitatem prima necessitudinis ac fraternę dilectionis fundamenta struat. Quare hunc ego tuę Pręstantię tali affectione commendo[d], quali du(l)cissimo pręceptori gratissimus atque obsequentissimus discipulus commendari[d]

debeat, qui de rebus nostris, quid undecunque[e] sentiam, uberius tuę Excellentię singula exponet. Interim ego tibi tuisque fortissimis Helvetiis ac omnibus sincere[c] litteratis a deo optimo maximo bene fausteque precor. Aeternum vale, vir præclarissime, teque et patrię et nobis omnibus diu incolumem conservato. Ex Aeniponte, pridie Kalendas[f] Novembris MDXXVII.

Excellentissimę atque pręstantissimę Dominationis tuę
deditissimus ac incorruptissimę fidei frater et servus
Gaspar de Usenwang.

Eruditissimo atque ornatissimo viro domino Ioachimo Vadiano, poetę laureato . . . . imperialisque civitatis de Sanctogallo pręfecto et consuli, domino et fratri meo colendissimo.

a) „œ" für „e". — b) „cęt-". — c) „y" für „i". — d) Einfaches „m". — e) „undequn-". — f) „Cal-".
1) Von *Kaspar von Usenwang* liegen 2 Briefe aus den Jahren 1527 und 1529 vor.

498.

XI 91.

Johannes Oecolampad[1]) an Vadian.

Basel, (1527.) November 2.

Schwankender Fortgang der Reformation in Basel. Zusendung einer apologetischen Schrift. Übersetzung der 10 Bücher des Cyrill gegen Julianus Apostata. Klage über Erasmus.

In Christo Ihesu gratia, pax et salus. Vir clarissime, successus evangelici hic impares sunt ac varii, nunc lętiores, nunc tristiores, ut probemur, an constantes simus. Nodum Gordiacum bipenne verbi speramus secandum, cui nec ipse potentissimus Antichristus resistet, cuius imposturę hoc magis deteguntur, quo[a] se vobis fortius opponit. Nondum hic, quatenus vellemus, progredi possumus. Fortes ac invicti nobis sunt adversarii, iidem tamen et victi ac imbelles atque adeo confusi. Veritas enim illis negotium[b] facit; sed non mitescunt propterea impii, ut istic[c], sed quotidie novis artibus impugnant. Apologeticon nostrum senatui oblatum mitto; sed fabulam surdo narravimus. Legi enim audivit, nihil inde assecutus[d], quam ut posthac minus excusabilis sit. Faxit Christus, ut ceteri[e] maiore fructu legant. Editum est nesciis quidem nobis, sed non stomachantibus. Ceterum[e] ego Latinos nunc facio Cyrilli contra Iulianum Apostatam decem doctissimos libros, exemplar Capnionis nactus. Cuperem ipse ab invidiosissimis aliquando apologiis liberari. Erasmus humilitatem nostram non agnoscit, regibus et pontificibus magis quam pusillo[f] Christianorum gregi[g] addictus esse volens; qua conscien-

tia, ipse viderit. Utinam tantum sileret et non etiam aperte impiis adularetur, qui nunquam persequi Christum cessant! Saluta ex nomine meo Dominicum et Iufflinum aliosque ministros verbi. Te Berzius salutat. Basileę, 11. Novembris. *Oecolampadius.*

Viro et pietate et eruditione claro Ioachimo Vadiano, amico præcipuo.

a) Folgt „magis" gestrichen. — b) „c" für „t". — c) „isthic". — d) „assequutus". — e) „cęt-". — f) „pussillo". — g) Eher „grege".

[1]) Vgl. oben, Brief 487. — Als Jahresdatum ist 1527 zu ergänzen und unter dem «Apologeticon» vermutlich die Ende August dem Basler Rat eingegebene Schrift über die Messe zu verstehen. Die lateinische Übersetzung der Briefe Cyrills erschien im Jahre 1528.

II 312.

499.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Überlingen. 1527. November 20.

Bei seiner neulichen Anwesenheit in St. Gallen hat er Vadian nicht angetroffen und seine Schwester Sapientia beauftragt, ihm zu danken für die seinem Diener Johannes erwiesenen Wohltaten und treue Umsicht. Er beklagt sich, dass von Onofrius Studers Erben auf seine Forderung an den verstorbenen Melchior von Watt Arrest gelegt worden sei, und erklärt sich bereit, gegen genügende Sicherstellung das von Onofrius Studer ihm anvertraute Geld dessen Erben auszuzahlen. Vadian möge das Nötige besorgen.

† Excellentissime doctor, domine quoque et amice observande, salutem et commendationem. Cum alias in discessu meo ab oppido[a)] Sancti Galli D(ominatio) V(estra) fuerit absens a dicto oppido[a)], commisi sorori dulcissimæ meæ Sapientiæ, priorissæ apud Sanctam Katerinam, ut meo nomine valediceret D. V., dum rediret, gratias quoque ageret suæ Humanitati de beneficiis[b)] ac fida diligentia servitori meo Iohanni præstitis et cum eo habitis, respective (?) aliis quoque et ipsi priorissæ, michi quoque ostensis; nihilominus eidem committendo, ut saltem[c)] pro demonstratione gratitudinis propter labores, curas et subventionem, præfato servitori exhibitos, remunerationem, licet forsan non condignam, sed memorialem offerret, quam primum pecuniis provideretur adhuc opportunum[d)]. Nondum tamen intellexi[e)] plenum effectum huiusmodi commissionum subsecutum, forsitan ob pecuniarum carentiam; sed quod differtur, non aufertur[f)] etc. Accepi etiam arrestum pro parte heredum Onofrii Studers appositum apud D. V. et suos, occasione debiti quondam magistri Melchioris, fratris sui, seu etiam mutui per me sibi facti, ut novit. Quo arresto opus non fuisset, quia me obtuli semper ad ea, quæ honestatis et æquitatis sunt,

prout a sorore ipsa et scabino Rytz (?), aliis quoque, qui hic mecum fuerunt, intelligere[e] potuit indubie. Tamen forsitan placuit illis mecum ludere in nomine domini, qui retribuere poterit benefacientibus[b] etc. Attestor autem in verbo veritatis, quod Onofrius præfatus voluit, 60 coronas michi consignatas, ut in cedula recognitionis, Annæ uff der Mur post eius obitum numerari, quare heredes et sorores Onofrii nullum interesse haberent, prout clare fratri Onofrii dixi. Postquam autem Anna, si sanæ mentis est, sua aliis dare vult, dummodo id legitime fiat et ego ab ea et heredibus suis, nemodo[g] ab impetitione heredum Onofrii sufficienter quietatus fuerim[h] ipsaque Anna consentiat legitime, ut suo nomine heredibus Onofrii 60 coronæ numerentur, et de consensu legitime constet, sim quoque relevatus indemnis erga Annam et heredes et quoscunque ipsius vel cuiuscunque nomine me occasione dictarum 60 coronarum[i] impetere volentes in futurum: sum paratus respondere iuxta cirographum meum Augustæ; videlicet quia arrestum fecerunt apud E(gregiam) D. V. suosque, fiat computus de residuo usque ad valorem sexaginta coronarum, et intellecta[e] summa residua ultra summam debiti magistri Melchioris, curabo et ordinabo solutionem residui, datis quietantia sufficienti cum relevatione indemnitatis[k] erga quoscunque occasione prædictarum 60 coronarum, prout etiam sorori priorissæ scribo et præsentium latori Martino Murer ac Caspari Blům dixi. Fuisset tamen multum expediens[l], quod expressus fuisset in literis consensus Annæ, ut ego 60 coronas suo nomine persolverem fratri et sorori Honofrii, heredibus et tutoribus eorundem et ipsius Onofrii, præsertim quia continentur hæc verba expresse in vulgari: der 60 coronen halb, so *Onofrius* von iren wegen mir *C. Wirtt* ze behalten geben hatt; ex quibus clare cognosci potest, ipsas 60 coronas ad Annam et non ad fratrem et sororem Honofrii[m] spectare, prout veritas est. Quare cum etiam ex utroque iure plurima privilegia concessa sint mulieribus, operæ pretium et necessarium erit, ut sufficiens cautio michi detur de indemnitate[k], si exbursandæ et solvendæ sint per me dictæ 60 coronæ alteri quam Annæ. In hoc D. V. providere et consulere velit etiam indemnitati[k] meæ, prout æquum est. Commendavi præterea persæpe D. V. sororem meam, charissimam priorissam, cum suo devoto conventu, tanquam me ipsum, ita quod ea, quæ sibi ac conventui suo præstantur et fiunt, michi ipsi præstita et facta fore existimo, immo[n] plus. Quare pietatis, charitatis quoque et amicitiæ

veteris maiorum nostrorum intuitu rogo, quantum valeo, E. D. V., ut suis sincero consilio auxilioque et patrocinio ipsis adesse easque, ut absque conturbatione, cum bona pace et gratia altissimo vota sua libere reddere valeant, tueri velit, quo gratius nil michi obtingere poterit. Cum his[o] et me et germanam meam Sapientiam Prudentiæ vestræ ex corde commendo. Ex Überlingen, die XX. Novembris 1527, calamo festino, cui ignoscat. Non fuit tempus relegendi, quia vocatus sum ad capitulum.

V. D. *C. Wirtt,* canonicus *Constantiensis.*

Excellenti et egregio viro domino Ioachino de Watt, artium et medicinarum doctori ac magistro civium oppidi[a] Sancti Galli, domino et consanguineo plurime observando. S. Galli.

Herren doctor Ioachim von Watt, burgermaister zů S. Gallen.

a) „opido, -di". — b) „t" für „c". — c) „saltim". — d) „opor-". — e) intele-". — f) „auffer-". — g) „nemo" mit Abkürzungsstrich über „mo"; für „nedum"? — h) Fast eher „fuero". — i) Folgt „me" irrtümlich wiederholt. — k) „indempni-". — l) „expi-". — m) „Honifrii". — n) „ymo". — o) „hiis". — Durchgehends „e" für „æ".

[1]) Vgl. I, Brief 52.

500.

II 315.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Überlingen. 1527. December 12.

Erörterungen wegen der Schuld des verstorbenen Melchior von Watt und des Guthabens der Erben des Onofrius Studer, über deren Rücksichtslosigkeit er Klage führt. Er ist unzufrieden über die Bezeichnung des Christoph Schappeler als Prediger im Kloster St. Katharina in St. Gallen und bittet Vadian, für seine Entfernung bemüht zu sein.

† Clarissime doctor, domine amiceque charissime, salutem et commendationem. Accepi literas Dominationis tuæ egregiæ responsales mearum, declarantes causas prorogationis solutionis debiti bonæ memoriæ magistri Melchioris nostri, quod cum commoditate persolvi exspectavi[a]. Eius quoque occasione nullam hactenus molestiam dedi, quamvis stante necessitate et egestate mea pluribus indiguissem. Existimabam autem, solutionem circa festum Sancti Bartolomæi iam præteritum paratam. Ob id commiseram charissimæ sorori meæ Sapientiæ, priorissæ, ut, dum huiusmodi solutio fieret, ex debito gratitudinis, respectu diligentiarum et curæ habitarum et factarum circa servitorem meum Iohannem, alias ægrotum, tuam Dominationem pro tuo arbitrio remuneraret cum plurima ac debita actione gratiarum. Postquam autem importunitate perversa (?)[b] heredum quondam Onofrii Studeris (!), de me diffidentium, debitum magistri Melchioris prædictum, quod ad triginta octo ducatos auri de camera circa et sex Iulios (qui florenos auri Renenses quinquaginta duos et ultra seu

circa 53 f(lorenos) constituunt, salvo calculo) ascendit, ut in literis missis repperi, illic vobiscum arrestatum et per arrestationem per eos acceptatum existit, obtuli me, de residuo usque ad summam sexaginta coronarum, habitis sufficienti assecuratione cum quietantia debitis (?), responsurum; neque curæ michi est, postquam ipsis Studeris arrestum semel placuit, si eis modo displiceret illudque relaxatum esse vellent; ***diewyl sy den hafft tůn habend, so ziehend sy inn.*** Hoc in summa, prout in aliis literis, quas in vulgari scripsi, ad finem et effectum, ut literæ ipsæ ipsis Studeris exhiberi valeant. Quod si præmissis non contentarentur, tunc sum paratus, ipsis prout de iure respondere coram iudice competenti ecclesiastico et quidquid[c] iure declaratum fuerit per me solvendum. Potero providere de solutione fienda Augustæ; nam hic non est michi facultas solvendi, prout etiam non sum obligatus ad respondendum cuiquam impræsentiarum alibi de prædicta summa. Si itaque litis eventum exspectare[a] habebunt, forsan incertum relinquo ipsis, qui modica urbanitate et honestate mecum hactenus usi sunt neque respectum honoris sui ac mei habuerunt, non habito etiam respectu ad innumera humanitatis et amicitiæ officia[d] per me Onofrio defuncto etiam in vitæ periculo præstita, quare ne de indiscretione eorum glorientur, non nisi prout iuris est ipsis respondendum; et si minus prudenter egissent vel præcipitanter, ut scribis, sibi ipsis imputent; nam stultus non debet esse melioris condicionis quam prudens. Satis. Quo autem ad personam D. T. sum, in quibus valeo, paratus gratificare et propterea casu, quo Studerij[e], præter et æquitatem et honestatem seu discretionem, debitum magistri Melchioris arrestatum rigorosius de facto extorquere conarentur sine dilatione nec aliter fieri posset: si michi facultas foret, pro Dominatione tua solverem, casu quo tua Dominatio cum suis solutionem commode facere non possetis. Deficiente autem facultate solvendi, offero me tuæ Dominationis contemplatione paratum ad fideiubendum una tecum tuisque pro huiusmodi summæ solutione, immo[f] etiam, si aliter fieri non poterit nec id sufficeret, salva semper remuneratione occasione servitoris mei fienda, curabo quærere mutuo summam pro rata, videlicet personam tuam contingentem in ea solutione. Cuncta quoque, quæ tibi honorifica et grata esse poterunt et utilia, me facturum nequaquam diffidas; sed non dubito, quin tua dexteritate et prudentia ipsis Studeris persuadere poteris, ut hoc negotium pro voto tuo terminetur. Non ignoras præterea, amicissime doctor, quam sincero corde charitateque firma prosecutus

semper fuerim supradictam sororem meam priorissam, quam una cum devoto conventu suo tuæ fidei ac patrocinio semper commendaverim, ita quod sperabam illas tutas ab omni perturbatione et molestia. Nichilominus novissime voce publica ad aures meas pervenit, quendam (si bene intellexi[g]) Schappalar nuncupatum ad prædicandum ipsis in monasterio Sanctæ Katherinæ deputatum, de quo mirum in modum et admiratus et conturbatus sum; eo quod nullo habito[h] respectu honoris, honestatis, ætatis et sexus conditionisque personarum ipsius monasterii præter spem et fidem (quæ hosti servanda est) ea eo tempore temptantur. Et quia huiusmodi statum, honorem, famam et salutem animarum fidemque catholicam concernunt, præsentibus Dominationem tuam, quoad possum, sincerissime hortor moneoque amicabiliter, ut pietatis æquitatisque et omnis amicitiæ nostræ maiorumque nostrorum intuitu, dei quoque et mei amore et pro conservatione honoris ac odoris bonæ famæ pudicitiæque virginalis efficere et cooperari velis, ut prædicator ille amoveatur, ita ut benedictus virgineus cœtus sanctimonialium illarum in bona pace et quiete vivere altissimoque vota sua reddere, persolvere quoque valeant, quo deo optimo inprimis, michi quoque et universis pietatis honestatisque et pacis amatoribus et præsertim qui illic coniunctas personas in sacrato loco habent, rem gratissimam seque dignam omnique laude et honore a cunctis perpetuo extollendum et memorandum efficiet, beneque, amplissime vir et amice, cum tuis vale et veri amici officium[d] in re tam necessaria et pia denegare non velis pro germana michi charissima et eius conventu, quas tibi iterum ex corde et cordialiter commendo.

Ex Überlingen, die XII. mensis Decembris, anni MV^{C}XXVII.

G. Wirtt, canonicus *Constantiensis* deditus.

Præstantissimo egregioque viro domino Ioachino de Watt, medicinæ artiumque doctori necnon magistro civium oppidi[i]), Sancti Galli, domino et amico plurimum observando.

S. Galli.

a) „expec-". — b) „pnsa" oder „pusa" mit Abkürzungsstrich über dem „n" oder „u". — c) „quitquid". — d) „t" für „c". — e) Mit Abkürzungsstrich. — f) „ymo". — g) „intelexi". — h) „habitu". — i) „opidi". — Durchgehends „e" für „æ".

l) Vgl. I, Brief 52.

501. II 317.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Überlingen. 1527. December 12.

Über seinen Streit mit den Erben des Onofrius Studer wegen der Schuld des verstorbenen Melchior von Watt. Er ist bereit, wenn keine gütliche Vereinbarung zustande kommt, die Sache vor seiner geistlichen Obrigkeit zum Austrag zu bringen.

† Hochgelerter, fürsichtiger, wyser herr doctor und burgermaister, min fruntlichen grüsß und alles gůtz zefor. Nachdem Onofriuß Studers saligen (dem gott genad) geschwüstergitt und derselben vögt sich der 60 coronen, hinder mich zů Rom in behaltnuß wyß im[a)] selbs oder der person, so er mir anzaigen wurd, zů Ogspurg ze bezalen gelegt, an sich zů ziehen geůbt und mit Annen uff der Mur von Schwitz, der nach Onofrius abgang das selb gelt usß sinem befelch zůgebürtt, desß-halb gehandlet und darumb nit allain by üwer wißhait und geschwüstergit maister Melchiors von Watt, üwern brůders säligen, schuld halben durch üch zů S. Gallen verhefften lassen habend, sonder och an andern ortten und enden, was mir zůgehörtt, och verhefften und angriffen haben wöllen, so wil ich es also beschehen lassen jetzemal, das sy den selben hafft, den sy tůn habend, ziehend. Daruff wil ich verordnen, das das ubrig usgericht werd uff genůgsam[a)] versicherhait und quyttung. So dann Onofrius geschwüstergit und vögt maister Melchiors sälgen schuld also angryffen, verhefft und angenomen habend und ich mit maister Melchiorn säligen und sinen erben und geschwüstergit alweg früntlich und gůtlich gehandelt hab und nach tůn wolt, soltend och billich Onofriusß gschwüstergit und vögt deß egenanten maister Melchiors erben nit überylen, sonder mit der bezalung och früntlichen halten, sölichs, so es kommlich sin wirt, ze entphahen, und darby fro und danckbar sin, das inen söliches zůgestelt werd; dann wann Ann uff der Mur zů mir komen wër, so möcht villicht inen nit vil worden sin desß geltz halben. So habend sy der 20 coronen, so sy Annen gegeben habend, kain beschwärd oder unkommlichait, diewil ich in dem fall, als obstät, die ubrigen summa verschaffen wurd, on das sy villicht gen Ogspurg darumb senden můßtind, so ich söliches nit schuldig bin hie zů bezalen. Darzu bin ich jetz och nit verfaßt mit vil geltz. Es ist och Onofrius selgen wyll und mainung gesin, das ich das gelt nach miner kommlichait legen solt. Wo aber sye das also nit danckberlich annemen wurdind

oder woltind, so erbiett ich mich rechtz und aller billichait vor miner gaischlicher oberkait. Da wil ich mit recht antworten und tůn, was billich und redlich ist. Damit was üch lieb ist allezyt. Geben zů Überlingen, uff XII. tag Decembris, MV^CXXVII jare.

Caspar Wirtt, tůmbherr zů *Costentz*.

a) Abkürzungsstrich über dem auslautenden „m“.

Dem hochgelerten, fürsichtigen und wysen herren doctor Ioachim von Watt, burgermaister der stadt Sant Gallen, minem besonderen lieben und günstigen herren und fründ. S. Gallen.

1) Vgl. I, Brief 52.

II 318.

502.

David von Watt[1]) an Vadian.

(Nürnberg.) 1527. December.

Nachrichten über den Stand und Fortgang der Reformation in Nürnberg. Beschickung der Berner Disputation. Versuch eines Bundestags zu Donauwört, Nürnberg von der Reformation abwendig zu machen. Bericht von Konrad von Watt aus Posen, dass König Ferdinand Ungarn eingenommen und den Herzog Johann Zapolya nach Siebenbürgen zurückgetrieben habe.

† Laus deo 1527, adi . . Dezember, inn N(ürnberg).

Mein ganntz willigenn diennst unnd fruntlichenn grůts. Lieber her docker, wenn ir mitt sampt denn euwerenn frisch unnd gsund wereind, wer mir lieb; meinet halbenn dainck ich gatt (!) dem herenn.

So ist dis mein schribenn ann euch auff dis mal nit mer; allain wist, das hie nach rech stat des ewangelis halbenn. Allain das mess haltenn nach machtt, das der altenn herenn sratz[a]) zům thail nach ann gfallenn drain habenn. Aber mit der zit wirtz aůch ab gsetz etc.

Item so hat der gemann mann ain gros woll gfallenn ain dem mandat, so die herenn vonn Bernn haind lasenn aussgonn der disputatz halbenn. Unnd alls ich verstonn, so wenntz 2 daffer mener dahein verordnen. Wer sy sind, wil ich wol erfarenn. Der Osiander ist nach fast auff siner manug, des sackerments halben; aber sid das mandatt vonn Bernn her komen ist, facht er ain, an sich zů hallten.

So wist, das zů[b]) Donnawer ann puntz ding ist gwäst. Darauff ist gwessenn bischoff vonn Babennberg unnd der vonn Wirtzburg; aůch ainder mer. Unnd alls hie endlich die saig ist, hand die bischoff meine herenn vonn N(ürnberg) schlechts wellenn darzů haltenn, das sy vonn irm fürnemen abstainden, ewangelis halbenn unnd denn alten brauch wider ainnemen. Unnd habenns hoch ermant unnd inn die puntnus fürgehaltenn; aber sy habenn nichs außgricht. Unnd als ich bricht bein,

so hat mann inn zů aintwurt gebenn, was weltlich sachenn anndreffenn, welens inn nichs ab schlachenn, dar zů sy recht habenn. Aber was gott anndreff, sig mann im mer schuldig gehorsam zů lastenn, dain den menschen. Unnd habenn so fil farnn[c] buntz retenn erlaingt: wo far ann bischoff 2 steim in retenn hat gehapt, der hat ietz nit meren dain 1. Das verdrůst die lut mechtig ubell, das ire ainschleg unnd pradich nit vonn stat wellenn gonn etc.

Item zaigt mir Konnrat vonn Posonn ann, das Ferdinando das lanntz Unnger inn hat gnomen unnd erobert, unnd hat denn hertzog Hanssenn zůrug dribenn; schetz ich auff 7 burg (!) zů. Unnd hat das land besetz unnd zůcht er auff Wienn zů. Da wil er das winterlager haltenn. Sunst auff dis mal nit mer; dain grůst mir euwer hausfrau unnd al gůt frund. Damit gott unnssern throst etc. *D(avid) vonn Wat,* E. W.

Meinem liebenn brůder docker Joachim vonn Wat zů Sant Gallenn.

a) = des rats. — b) Durchgehends „zw" mit übergeschriebenem „o". — c) = vor den. — Bei „n", bezw. „u", und „m" setzt der Schreiber nach Belieben 3 und 4 Striche, statt 2 und 3, ebenso bei „nn" 5 statt 4.

1) Vgl. III, Brief 426.

503. II 319a.

Andreas Eck[1]) an Vadian.

(St. Gallen.) 1528. Januar 8.

Bitte, seine Habseligkeiten für die bevorstehende Zeit seiner Abwesenheit von St. Gallen aufzubewahren, und andere Anordnungen.

Frundtlicher, lieber herr doctor, ich hab Barblen, uwer eehalten, meyn blunderlecht[a]), das ich hie hab glaßen, ze verwarin geben biß zu uwer zukunfft, mit hie beyligidem inventari. Bitt euch, ir welt mir solichs verwaren laßen, damit und es nit ze schanden kum oder verderb oder die schaben fresßend, bis zů meyner zůkunfft. Ich hoff, ich well uber halb jars frist nit außbleyben; wann ich gantz und gar nitt willens noch sins bin, mich ze endrin und meyn leben ze schleyßin, als zů S. Gallen. Gott geb gluck! Ob euch brieff geben wurd oder sundst mit mundt bevolhen, mir ettwas ze schribin oder brieff ze schickin, wan ir vernimen werdt, wo ich sin wirdt, — ich sprich: wo euch die person, von der ich euch gen Bern geschriben hab, nemlich Lisabet Herrmannin, ettwas sagen oder brieff geben wurd, mir ze schickin: so bitt ich euch, schickt oder schreybt mirs. Wird ichs umb euch kunen verdienen, ich wirds gern thun. Ich bitt euwer Excellentz: wann gedacti (!) person Elisabet an euch

was begeren wurd, mitt der dritten person eltern ettwas zredin und ze handlen, so thůt, als ich euch vertruw, und handlend sbest drin. Ich wils meyn leben lang umb euwer Excellentz verdienen; jedoch das es auffs stillest bleyb. Aber den Ramsower betreffend wil ich nit, das ir ayn wort sagt. Bin ich in Ungeri[b)], so schickend den brieff an mich oder in meynem abwesen Constantius Ecken, meynem brůder. Hi[c)] mit ich umb uwer und doctor Cristoffels und aller ze mal hayl in Christo bitt. Damit gott bevolhen. Datum Mittwuch post Trium Regum, im 1528. jar.

U(wer) Excellens altzeyt gutwilliger *Andres Eck.*

An herr doctor Jochim von Watt.

a) Oder „blunderlocht"? — b) Vorher „Osterrich" durchgestrichen. — c) Aus „Hir" mit gestrichenem „r".

1) Vgl. II, Brief 153, auch die Anm. 1 zu III, Nachträge Brief 41. — 2) Der Brief sollte wohl Vadian nach seiner Rückkehr von der Berner Disputation übergeben werden.

II 320. 504.

David von Watt[1]) an Vadian.

St. Gallen. 1528. Januar 28.

Bericht, dass in St. Gallen alle gesund seien und dass Nürnberg die Berner Disputation nicht, wie beabsichtigt, beschickt habe, weil man Uneinigkeit und Krieg befürchte. Verbrennung von zwei Frauen und einem Jüngling wegen des Sacrament-Artikels in Antwerpen. Grüsse.

Laus deo 1528, adi 18. Jenner, inn Sannt Gallenn by Melchioren Grübel.

Mein ganntz willigenn diennst unnd fruntlichenn grůts. Lieber her und brůder, wain es euch mit sampt euweren mitbrůderen wol gienng, vernem ich gernn; meinet halbenn dainck ich got dem herenn. So wist euwer kind Durlin unnd sy alle gesund sein. Sunst ist mein schribenn ann euch auff dis mal nit sunders. Allain wie ich euch vonn N(ürnberg) ann-zaigt, mann wurde 2 menner vonn N(ürnberg) genn Bernn verordnen auff disputatz, ist nit vor sich ganngen; allain auß deren ursach: es kam zitonng hinab, wie das die vonn Lucernn unnd ainndere örter durch ir laind nit gelatenn welenn, unnd besorgt mann sich unanikat unnd krieg. Das selb, kain ich dennken, hats hinderstellig und abwenndig gmacht. Doch hab ich verstandenn, das hamlich lut da habenn. So wist, das sich der ardickell sackerments halbenn sich ann allenn ortenn fast innrist, unnd sind globhafft zitonng gen N(ürnberg) komenn vonn Ainthorff, das mann inn Hollaind 2 frouwa and 1 jungen vonn 16 jarenn verbrannt hat, auch des ardickels

halbenn. Unnd hat mann munchen unnd sunst erber frouw(en) zů inn gelassenn inn die gefe(n)gnus, sy vonn irm furnemen abwenndig zů machenn; sunder es hat nit kunen sein, unnd sind bestendig blibenn. Sagt mann zů N(ürnberg) wunder, wie die wiber so haindfest sind gwessenn inn globenn unnd willig inn thot ganngen. Got wellenn euch zů Bernn auch genad verlichenn, damit sein wart (!) recht ann dag kom und erludert werd. Sunst nit mer, dain got unnsser throst. Sy lassenn euch alle fast grussenn, unnd innsunder Durlli sennd euch hie mit ann br(ieff), das ir des jarmarktz nit vergeseind etc.

D(avid) vonn Wat, E. W.

Meinem liebenn brůder docker Joachim vonn Wat inn Bernn zů hannden.

Für „zů“ durchgehends „zw“ mit übergeschriebenem „o“ und für „nn“ regelmässig 5 Striche oder „nm“.

[1]) Vgl. III, Brief 426.

505. II 321.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1528. Februar 3.

Ersucht um Bericht über den Verlauf der Berner Disputation. Klage über die unerfreulichen Zustände in Cur und Bitte um Angabe eines kräftigeren Heilmittels für sein Augenübel, da er aus Besorgnis vor Nachstellungen nicht nach St. Gallen zu kommen wagt.

Gratiam et pacem per Christum. Multa quidem admiratione agitor, vir ornatissime, quomodo collatio illa Berne(n)sium diducta sit ac in quem[a)] tandem portum diverterit. Nos enim præter rumores turbidos ac fallaces nondum quicquam percepimus. Tuam igitur Humanitatem rogito (etsi audacior sim, quam deceat), quatenus de circumstantiis disputationis me nonnihil instruas. Rem etenim, ut gesta est, in actis ipsis, cum excusa typis prodierint, discere non ambigo. — Nostri pontificii quanto se a veritate remotiores vident, tanto contumaciores[b)] ac insolentiores sese exhibent; adeo ut plane non aliud mihi persuadeam, quam ut hoc hominum genus (si homines sunt) nulla arte, quam extremo exitio domandum fore. Unum hoc tandem per dei gratiam obtinuimus, quod contionari[c)] desierunt; sed adulationibus[c)] et blandimentis maxime student, ignaviores quosque ad se pellicere. Sumptibus expensisque non parcent (!), quo suam ecclesiam ex opinionibus natam vanitatibus hominibusque inanibus foveant ac conservent. Confidimus tamen in domino, qui prope-

diem leni flatu eos penitus dispersurus sit. Abbas S. Lucii iam in nundinarum fine convivium magnum negotiatoribus apparavit. An ex civibus vestris quispiam interfuerit, nondum compertum habeo; sed isti homines ut sunt blandi et vani, ita cum similibus commercium[a)] habere delectantur. — Ceterum[d)] oculorum[e)] scotomia (!) continua laboro; quo tandem pharmaco liberari queam, nescio. Consule igitur, si quid habes potentius prioribus medicamentis, si deo propitio visus redderetur. Non enim senio accidit, nam tuæ ætatis sum; neuter alterum uno anno superat. Ego quidem ad te venirem Sanctogallum, nisi Helvetii, singulari odio maximisque insidiis in me sævientes, ad necem quærerent. Ea caussa, ut domi maneam, satius esse iudico. Vale, vir optime, per Christum Iesum. Ex Curia, 3 die Februarii 1528.

Tuus *Ioannes Comander.*

Piissimo præstantissimoque viro[f)] D. Ioachimo[g)] Vadiano, Sanctogallensi proconsuli benemerito, domino ac fratri suo observandissimo.

a) „quam". — b) „ti" für „ci". — c) „c" für „t". — d) „cæt-". — e) „occu-". — f) „viro" wiederholt. — g) „Iaochimo".

1) Vrgl. oben, Brief 468.

XI 121.

506.

Martin Bucer[1)] an Vadian.

Strassburg. (1528.) Februar 8.

Rückkehr von der Berner Disputation nach Strassburg. Stand der Dinge daselbst. Anwerbung eines Heeres nach Italien. Wiedereinlösung einer an Strassburg verpfändeten Stadt mit Zubehör durch den Bischof. Darlegung seiner Meinung vom Abendmahl zu Handen von Benedict Burgauer.

Gratia domini tibi augeatur, vir ornatissime. Quo te provocemus ad scribendum nobis, priores ad te dare literas, etsi nulla gravis caussa esset, voluimus. Quarto die ut Berna egressi eramus, huc salvi, etsi nonnihil fatigati, venimus ecclesiamque nostram et senatum non parum narrato successu[a)] gloriæ dei apud Bernates exhilaravimus. Spes quoque est, illorum exemplum nostris profuturum. Antichristiani nostri, quoad possunt, cursum gloriæ dei remorari student; catabaptistæ plurimum quoque evangelio Christi obsistunt; sed cum videatis, sit princeps mundi, cui isti, quanquam diversis studiis, metent, scimus, omnes utrorumque conatus ad illustrationem nominis Christi facturos. Conscribendum aiunt apud nos exercitum atque ducendum in Italiam. Dabimus

olim pœnas Germani, quod nulla fere natio est, cui populandæ non inserviamus. Nisi urserint res Italicæ, scimus esse, qui sperent, nos petendos et alios, qui Christo sese dediderunt. Sed non dormitat, nedum dormit, qui nos custodit. Oppidum quoddam cum pagis aliquot multis iam annis pignoris loco ab episcopo nostro urbs nostra possedit. Id his diebus 17 milibus redemit. Multi pridem sperarunt, vi adimendum. Dum igitur pecunia adhuc ista redimuntur, creditur nondum vim vel meditatam vel paratam. Præterea nihil est, quod scire te referet aut, si scias, oblectamento sit. Scripsi parocho vestro tumultuario[b], nam admodum sum occupatus, quæ potissimum mihi veritatem eucharistiæ primum indicarint. Petiit enim id a me. Mitto eius tibi exemplum. Si forte, quod non spero, non candide omnia acciperet, sciretis, quæ illi scripsissem. Tam inhumaniter multi illius farinæ nostra accipiunt, ut nescias, quid singulis fidas aut quid a quovis eorum exspectes[c]; quanquam credam, istum vestrum non adeo omnem, ut quidam, humanitatem exuisse. Salutant te impense Capito, Bedrotus, Hedio et cum multis aliis te orant, quod ego te oravi coram, de chorographia sacra. Vale et saluta nobis Dominicum diligentissimum aliosque Christi ministros apud vos et fratres. Argentinæ, 8. Februarii.

M(artinus) Bucerus tuus, quantus est.

Ioachimo Vadiano, poetæ, geographo et medico eruditionis raræ, consuli laudatæ rei publicæ apud S. Gallum, summe pio gravique observando præceptori suo.

a) „succesu". — b) Am Rande von anderer Hand: Lit. A. — c) „exp-".

1) Von *Martin Bucer* (Butzer), geboren 1491 zu Schlettstadt, seit 1523 Reformator in Strassburg, 1548 nach England geflüchtet und dort am 28. Februar 1551 in Cambridge gestorben, sind 29 Briefe aus den Jahren 1528—1546 in unserer Sammlung. Das unvollständige Datum des obigen lässt sich aus dem Inhalt mit Sicherheit ergänzen.

Die für Benedict Burgauer bestimmte, mit Lit. A bezeichnete Beilage folgt hiemit als solche:

(Lit. A.) XI 120.

Gratia domini. Erat occasio, ut dilaberemur citius, quam possem præstare, quod tibi promiseram. Iam id accipe. Dum licebat, quæstionem eucharistiæ reiiciebam, quod multos ea offendendos viderem. Cum reiicere iam non possem, occupatis[a] illa fere omnibus, primum oravi dominum, ne sineret me a vero errare; deinde quattuor loca, quæ eucharistiæ institutionem memorant, Matthæi, Marci, Lucæ et Pauli, in unam chartam conscripsi, ad verbum e Græco versa, ut iuxta considerare illa possem, et primum vestigavi, an necessario docerent corporalem præsentiam. Ibi inveni, cum multæ

sint orationes similes illi «hoc est corpus meum», quæ tamen non significent extremorum identitatem, ut «ego sum vitis, tu es petros», id est «saxum»: quod ista sola oratio «hoc est corpus» non evinceret, panem esse ipsum corpus, multo minus corpus esse in pane, quia ita non sonaret. Hic non satisfaciebat commentum Lutheri: Christum vere esse vitem, sed spiritualem, Simonem vere saxum, sed spirituale. Vitis corpus est, non spiritus, sic et saxum; et nemo negare potest, rectissime explicari prædictas orationes: ego sum instar vitis, tu Simon es instar saxi, neque sunt vites et saxa spirit(u)alia, sed sunt res spirituales, quæ in suo genere cum his similitudinem habent. Videbam ergo, aliunde probandum esse, substantive ut panis sit ipsum corpus. Veni ergo ad illud: panis, quem frangimus. Agnovi autem, qui fide communicant corpore Christi, vere eo communicare neque opus esse, ut simul corporaliter illum edant. Sicut ergo ethnicis communicatio erat dæmonum caro, quam simul edebant, nec erant tamen corporaliter dæmones in carne, ita et panis eucharistiæ potest nobis esse communicatio corporis Christi neque tamen opus est, ut sit in pane corpus Christi; pane communicamus corpore, mentibus Christo, sicut illi edebant ore corporis tamen carnes, animis communicabant dæmonibus. Qui baptizantur, Christum induunt, inquit Paulus; ergo in aqua corporaliter est Christus? Non dices. Demum accepi loca illa: reus corporis et non diiudicans corpus. Cumque[b)] viderem vere reum corporis domini esse, qui symbolum eius contemnit, eundemque non diiudicare corpus domini, vidi et hæc nequaquam cogere, ut credendum sit, esse corporaliter in pane Christum. Iam cum satis sciam, scripturam, quæ credenda sunt, abunde tradere, immo sæpius repetere, facile agnovi, commentum hominum esse hoc dogma de corporali præsentia Christi. Nam quæ vera et a deo tradita sunt, ita fuse et aperte illa tradit, ut necesse sit, manifestas negare scripturas, qui eiusmodi quid negare voluerit. Deprehenso igitur, quod hoc dogma humanum commentum esset, vestigavi, si satis reiici scripturis posset. Nam ut omnia vera illa evidenter evinci possunt, sic ea omnia falsa etiam irrefragabiliter possunt deiici. Consulens igitur scripturas inveni, fidei in Christum pro nobis mortuum et nunc in cælis regnantem omnia tribui. Dixit enim ipse: Habet vitam æternam, qui in me credit. Iam caro Christi, ipse Christus, ubiubi est, salvator est et prodest; nusquam potest frustra esse. At si in pane eucharistiæ esset, frustra esset. Habet enim vitam æternam, qui fide edit Christum. Quid igitur adiiciat manducatio carnalis? Si non, etiam eucharistia obest. Deinde iubemur memoriam eius celebrare, donec veniat; non addit scriptura «gloriosus», sed «donec veniat». Præterea in cena[c)] Christi, si in pane fuit realiter corpus Christi, habuit duo corpora vel non corpus humanum. Nam humani corporis non est, ut simul in sua forma visibile assideat et sit lit(eraliter) ac corporaliter in pane. Iam vero in cenis[c)] nostris si sit, iterum permiscebitur natura humanitatis divinitati. Eius solius est, ubique esse et omnia implere. Quem horrendum errorem, qui omnem nobis resur-

rectionis spem subvertit, Brentius cum suis palam docet. Deus liberet eos spiritu contentionis! Ex his et multis aliis hæc sunt, quæ modo occurrerunt. Certo didici, commentum hoc cum scriptura pugnare. Id et tu olim agnosces, simulatque quid Christus nobis factus sit et quid scriptura doceat, plenius agnoveris. Hæc occupatissimus scripsi. Boni omnia consule et diligenter omnia perpende. Excute humanam auctoritatem[d], fugam crucis, palinodiæ et receptas opiniones. Solum quære Christum eumque ex solo ipsius spiritu et solis ipsius literis et videbis, nos hac in re mentem eius consecutos. Vale in domino et saluta fratres. Argentinæ, 8. Feb(ruarii).

M(artinus) Bucerus tuus.

Benedicto Burgower.

a) Nicht völlig sicher, weil an der letzten Silbe corrigiert. — b) „Cunque". — c) „cœna, -is". — d) „auth-". — Fast durchgehends „ę", vereinzelt „e" für „æ".

507. II 322.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1528. Februar 15.

Bericht über die Verlesung der Briefe Vadians im Rate und über eine Zuschrift des Rates nach Appenzell, welche beigelegt wird, damit Vadian sie nach Appenzell schicke. Bitte um ärztliche Ratschläge. Die glückliche Rückkehr der Strassburger Boten. Zerstörung von Bildern und Altären im Gebiete Berns. Er verspricht die Zusendung der Beschlüsse des Rates und wünscht von Zili Bericht über den Unterricht in St. Gallen. Berufung von Lehrern nach Bern.

Salutem. Opportunissime tuas accepi[a] literas, charissime consul, ea siquidem hora, qua iam senatus cum diacosiis conveniebat. Tilmannus quęstor literas utrasque ad senatum detulit, quibus auditis non minus pileati impostoris impudentiam quam suorum simplicitatem, quod tam facile illis imponitur[b], admirati sunt. Inter consulendum item tibi gratię sunt relatę, quod Bernatum glorię detre(c)tari tam ęgre feras. Scribit itaque senatus ad Apezellanos, quo animo plebano literas condonarint. Verum ut omnia commodius expedire poteris, copiam literarum magistratus nostri adiunximus. Misissent nostrates proprium nuntium[c], sed id verebantur, ne forte coram paucis, et his oligarchis[d], literę legerentur. Unde consultius videbatur, ut hęc provincia tibi commendaretur, qui, dum simul congregati fuerint Abzellani, commode poteris per nuntios[e] aut pios pręsentare. Age igitur, ut soles, quo dei gloria promoveatur apud[e] istos bonos homines et impostura nebulonum detegatur. Visum item fuit nostratibus, ne ego scriberem; maioris enim auctoritatis erit, ut solus noster senatus audiatur. Ceterum de regimine salubriori, item et medela pedum tam facile tumentium totiusque molestię[f] meę corporeę commoditate tua

exspecto[g] consilia, dum per otium[c] licuerit. Scio, nihil negabis. Unum hoc me urget quam maxime, quod, cum ad integrum ferme mensem nobiscum fueris, ad saturitatem tibi colloqui negatum fuerit. Epistola igitur expediat aliquando, quod intervalla locorum negant. Argentinenses fratres felicissime[h] ad suos rediere a Berna ad Argentinam usque 6 horis et tribus diebus, etiam per medios hostes et hostium castra transeuntes. Bella nunc movent missis suis. Multi item in Bernatum dicione[i] omnia exstirparunt[k], ut vix vestigia altarium videres. Propediem habebis Tiguri excusa, quę domini consuluerint. Heri translatum est hospitale urbis ad conventum pedicatorum[l]. Cęsarei minantur Constantiensibus bella; sed dominus pro nutu suo omnia dirigat. Quicquid interim scitu dignum apud[e] nos acciderit, te non latebit. Quo vero pacto pædagogiam[m] apud[e] vos primum cœperitis[a], singulatim scilicet pueros aut congregatim erudiendo, ea, quæ prelis[a] excusa sunt, fac Zilinus meus depingat. Dominum Michâlen Schappeler, virum humanissimum iuxtaque pium ceterosque[a] fratres omnes salutabis. Vocarunt nostrates Megandrum, Sebastianum, œconomum et apud[e] Rhętos didascalum, qui et contionibus et lectionibus prosint. Vale. 15. Februarii, Bernę, anno 28. Tuus ex animo *Bertoldus Haller*.

Unum hoc te non lateat. Vocem meam audiunt[n] usque adeo gravem. Vidisti item templum nostrum, quam amplum sit, unde, cum puer eram, uno latere castratus, altero nunc latere ruptus. Maiora igitur vereor pericula. Consule igitur, quibus mediis ea prævenire possim.

Prudentissimo apud[e] S. Gallenses consuli Ioachimo Vadiano, maiori suo summe observando.

a) „ę" für „e", bezw. „œ". — b) „imponi" mit Abkürzungsstrich über dem „n". — c) „c" für „t". — d) „olyg-". — e) „aput". — f) „mol." mit Abkürzungsstrich. — g) „exp-". — h) „fęl-". — i) „t" für „c". — k) „ext-". — l) Ohne Zweifel absichtlich für „Prædicatorum". — m) „e" für „æ". — n) „aud." mit Abkürzungsstrich.

1) Vgl. III, Brief 434.

II 324.

508.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1528. Februar 28.

Bitte an Vadian, in Sachen des ihm zugefallenen Erbes nach seinem Gutfinden zu handeln. Zusendung von Schriften. Verweisung an seinen Neffen, den Caplan Columban Berschi in Rorschach, für andere Mitteilungen. Der Fortgang des Evangeliums.

Gratia et pax a deo per Christum. Mirum in modum gratæ[a] mihi fuerunt litteræ tuæ, ornatissime vir; non enim ignoro, quantæ sit mode-

stiæ, virum tam frequentibus cum publicis tum privatis distentum negotiis meis quoque nugis gravari. Admones me inprimis officii, ad quod mea sponte sum propensus. Putat forte nepos meus, se aliqua parte in hereditate dividunda esse fraudatum, quod equidem nunquam cogitavi. Verum multo diversum accidit, nempe ut ipse sim deceptus, fortassis (ut ego puto) non cuiusquam dolo aut malitia[b], sed mea incuria et inertia, quod harum rerum nulla penitus mihi sit peritia. Curabo tamen, ut resciscas, admonitionem tuam non fuisse frustraneam. Quod autem ea, quæ Bernæ tecum conferebam sub discessum, nondum animo exciderunt, mihi non minus necessarium est quam gratum. Video enim eos, quibus id negotii demandari oportebat, plus ęquo esse negligentes. Puto autem, sic rem esse tractandam: Primum tibi, tanquam singulari meo patrono, ex tua gratia trado et concedo optimo modo et iure, quo fieri debet et potest, omnem facultatem censum illum meum vendendi et alienandi tanquam rem tuam idque attestor hac mea propria manu. Deinde si libuerit, poteris uti opera domini Christophori Krenk, collegę tui. Nam Bernæ dicebat, senatum vestrum brevi aliquos census empturum pro sustentatione pauperum, cui tunc pollicebar, sicut et nunc polliceor, quinque aureis minus accepturum, quam sit sors, centum fl(orenos); hac tamen condicione[c], ut mihi residuos 95 aureos Basileæ faciant numerari sine ulteriori detrimento, quod et facile fieri posset per mercatores. Postremo te oro, ut cum emptorem aut emptores nactus fueris, litteras traditionis aut translationis — vulgo «ubergebbrieff» — fieri facias et tuo signeto munias, sine omni tamen tua aut tuorum iactura. Tu, quid facto opus sit et consultum, multo melius novisti; tuæ sollertiæ[d] totam causam committo. Annotationes Plinianas et Budeanas mitto per nepotem meum; de pretio non est opus, ut sis sollicitus. Facile fiet, ut compensetur. Apud nos præterea nihil novi excuditur quam replica illa aut responsio Oecolampadii nostri super libello suffuranei (lapsus sum, sed non male), suffraganei dicere volebam, quam mitto tibi et fratribus legendam. Litteras censuales require apud quendam sacerdotem cognatum meum Columbanum[e] Berschi, capellanum[f] in Roschach. Ille etiam indicabit alia scitu necessaria. Oecolampadius te salutat. Nomine Oecolampadii et meo saluta fratres omnes et tu quoque vale. Ex Basilea, 28. Februarii, anno XXVIII. Evangelium apud nos promovet, sed admodum

ęgre, renitente pro omnibus viribus potestate tenebrarum et Antichristi etc.

Tuus *Marcus Bersius.*

Clarissimo viro D. doctori Ioachimo Vadiano, domino suo observando apud Sanctogallum etc.

a) Durchgehends „e" für „æ", wo nicht „ę" geschrieben ist. — b) „c" für „t". — c) „t" für „c". — d) „solert-". — e) „Collumb-". — f) „capp-".

¹) Von *Marcus Bersius* (Berschi), Prediger zu S. Leonhard in Basel, geboren 1483 in Rorschach, gestorben 1566 in Basel, sind in unserer Sammlung 29 Briefe an Vadian aus den Jahren 1528—1550 vorhanden; ausserdem 1 an Ambrosius Blaurer, 2 an Johannes Kessler, 4 an Josua Kessler, 1 an Marcus Grynæus.

II 325.

509.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Überlingen. 1528. März 4.

Er ersucht Vadian um seine Verwendung für die Auslösung der Erbschaft des Onofrius Studer und wünscht von ihm eine Entscheidung über die Hinterlassenschaft des in Rom verstorbenen Melchior von Watt. Er klagt, dass ihm die Nutzniessung seiner Pfründe in Constanz noch nicht zustehe und empfiehlt seine Schwester Sapientia. Nach dem Wunsche Vadians sendet er seinen in Rom geschriebenen Brief über die Sache Melchiors und seines Kanonicats an Vadian zurück mit der Bitte um Verschwiegenheit.

† Doctor egregie, domine quoque et amice observande, prius salutem et commendationem plurimas. Accepi præsentium per latorem D(ominationis) V(estræ) literas, quarum continentiam intellexi[a]). Eisdem autem respondendo repeto priora scripta mea, quibus inter alia me obtuli paratum ad gratificandum personæ D. V., in quibus valeam iuxta contenta in illis, quodque casu, quo heredibus Onofrii Studer summa apud vos arrestata solvenda foret, ego, si michi facultas esset, in eventum, quo per D. V. suosque solutio huiusmodi commode fieri non posset, solverem. Sed quia solvendi facultas michi, Romæ omnibus facultatibus denudato et spoliato, non erat nec est, obtuli me nichilominus contemplatione D. V. ad fideiubendum, si prodesset seu opus foret, pro D. V. suisque pro solutione huiusmodi summæ, immo[b]) etiam, si aliter fieri non posset, curare velim et recipere mutuo summam personam D. V.[c]) pro rata illam concernente in huiusmodi solutione etc.; per quæ clare cognosci potest, me non habere facultatem, in numerata pecunia in tanta summa aliis subvenire posse. Verum quoad personam D. V., quod scripsi, scripsi, et sum paratus, facta æquali divisione summæ debiti magistri Melchioris bonæ memoriæ inter singulos et omnes fratres

et sorores eiusdem magistri Melchioris defuncti portionem pro rata personam E(gregiæ) D. V. contingente amicabili mutuo recipere et pro persona sua respondere. Pro reliquis autem fratribus et sororibus suis pronunc aliud facere nequeo, nisi si opus fideiussione una secum et cum illis usque ad tempus, quo per D. V. fratresque et sorores huiusmodi solutio commode fieri posset; licet ea non esset opus, quum absque fideiussione tempore congruo et commodo per eosdem solutio huiusmodi fieri valeret. Facta itaque æquali inter magistri Melchioris heredes divisione summæ debiti et ea intellecta[a], quod pollicitus sum me offero facturum. Pariter in aliis, ubi gratificare potero D. V., me voluntarium reperiet[d]. Quodsi ego impræsentiarum omnes fructus etc. præbendæ meæ Constantiensis haberem, possem forsitan pro maiori summa respondere; sed usque ad mensem Augusti vel Septembris exspectare[e] habeo plenam et integram fructuum distributionem. Interea cum gravi onere et familia secundum statum meum vivere cogor, prout melius potero et non prout vellem et desiderarem. Quare una mecum patientiam habeat michique compatiatur, rogo. Cum quibus et bene valeat D. V., cuius fidei et integritati sororem michi charissimam Sapientiam, priorissam, cum suo conventu devoto sincerius commendo. Ex Überlingen, die quarta Martii 1528.

E. D. V. *G. Wirtt,* canonicus *Constantiensis.*

Remitto præterea literas per me dudum ex urbe scriptas, a D. V. repetitas, quarum prima pars negotium magistri Melchioris, altera vero et posterior pars canonicatum Constantiensem et eo tunc occurrentia respicit; nec expediret continentiam posterioris partis illius aliis exhiberi, ne vulnera antiqua iam sanata iterum renovarentur, quod nemini prodesse, sed potius obesse posset. Quare divisionem feceram, excopiando huiusmodi, unde, si copia sufficeret manus meæ, possent hæ[f] literæ ad me remitti, retenta copia prioris partis, de quo etiam sorori meæ priorissæ scripsi etc. Quid autem his[g] velim, satis intelligit[a] D. V., quæ iterum bene valeat.

Clarissimo et præstantissimo viro domino Ioachim de Watt, artium et medicinæ doctori, magistro quoque civium oppidi[b] Sancti Galli, domino et amico plurimum observando.

Herren doctor Joachim von Watt, burgermaister zů S. Gallen.

a) „intele-". — b) „ymo". — c) Offenbar „concernentem" oder „contingentem" ausgefallen. — d) „reppe-". — e) „exp-". — f) „hee". — g) „hys". — h) „opidi". — Durchwegs „e" für „æ".

[1]) Vgl. I, Brief 52.

II 326.

510.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Überlingen. 1528. März 18.

Dringende Bitte um Übersendung seines Guthabens an Melchior von Watt.

Præstantissime et egregie domine doctor, amice observande, salutem cum commendatione etc. Significavi nuperrime D(ominationi) V(estræ) detexique necessitatem meam D. V., hortando eandem, ut, cum summa debiti quondam bonæ memoriæ magistri Melchioris, arrestata per Studeros pro solutione 60 coronarum quondam Onofrii Studers fienda, providere vellet, et ego residui satisfactionem curaturus essem. Quo non obstante nullo denique consilio vel auxilio per D. V. præstito, ego, ut charissimam sororem meam priorissam suo cum conventu devoto et præclaro ab iniqua Studerorum molestia quietas redderem, non absque meo magno præiudicio[a)] gravamineque indebito, aliis amicis meis interpellatis, de 60 ducatis etiam extra locum destinatum responderi facere habui. Unde plurima necessitate constrictus præsentibus iterum amice monere volui D. V. (cui, ut accepi, ab aliis domini magistri Melchioris coheredibus commissio satisfaciendi michi tradita existit), quatenus egestati meæ compatiendo efficaciterque consulendo ordinem dare seu curare velit, ut michi etiam de credito magistri Melchioris seu debito michi respondeatur citius absque indigna mora ulteriori, quo michi rem necessariam et alias æquam ac iustam præstabit fideique suæ et suorum satisfaciet. Cum his[b)] bene valeat D. V., cui me et priorissam charissimam cum conventu devoto suo fidei et dexteritati suæ plurimum commendo. Ex Uberlingen, die XVIII Martii 1528.

E. D. V.

G. Wirtt, canonicus *Constantiensis*.

Clarissimo medicinarum doctori domino Ioachino de Watt, magistro civium oppidi[c)] Sancti Galli præstantissimo, domino et amico plurimum observando.

Herr doctor Joachim von Watt, burgermaister zů S. Gallen ze handen.

a) „t" für „c". — b) „hiis". — c) „opidi". — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vrgl. I, Brief 52.

511.

II 327.

Ambrosius Eigen der alt[1]) an Vadian.

(Luzern?) 1528. März 29.

Bericht über einen Tag der 13 Orte. Das Burgrecht von Zürich und Bern mit Constanz. Massnahmen zur Beilegung des Streites zwischen Schwiz und Zürich. Ansetzung eines neuen Tages auf den 28. April.

Min underdengig, willig dientz. Lieber her bůrgermaster, nüwes lof halb, die mir ietzmalls hantt geheptt, lan ich uch wissen, das geman egnossen bin enandera sintt gesesen die drigzechen ortt. Do aber die kassera ir anbringen hantt donn, do hatt Zůrrich und Bern nitt bi ina wellen sitzen und sintt usdretten. Und ir anbri(n)gen ist gesin, das si gertt hantt an die alfaf ortt, das si mitt Zůrrich und Ber(n) ferschafen, das si von der burgerschaftt standen mitt dena vonn Kostentz, und hantt den egnossen hatter ussi gesatt, der kasser, desglichen der kůng uß Unger und hůs von Osterrich und der Schwebis Bůntt die kůnentt und mogen und wellen die bůrgerschaftt nit dallen. Aber Zůrrich und Bern die hantt dena egnossen zů anttwortt gen, si wellentt schlechtt nitt darfon ston in kan wis noch weg; darnach solentt sich darnach wissen zů richtten. Sůs ist nitt sonderlis gehandlett; den von dena ansprecher wegen der Lůtters handel ist nie gedoch worden. Des spans halb, Schwitz und Zůrich zemen hantt, da hatt man achtt botten verordenett, die ubrigen ortt: fier gen Zůrich und fier gen Schwitz; die sontt zů beden della mitt ina reda, das si sich schicken in die sach und den egnossen sollichs ubergebentt; so well ich underston zu handlen, das si zů betten dellen in Raben[a]) komen und frůndschaftt und anikatt werde gemachtt under ina allen. Ich bin och in hofnung, es geschegi; den ich han die egnossen in 10 jaren nie gesegen anhelliger und frůnttlich leben, den uf dissen dag. Gott sigs geloptt! — Lieber her burgermaster, grůtzen mir alli mina heren, und was ich mag don von wegen anr statt oder minen heren, das lontt mich wissen, so wil ich alzitt gůttwillig sin. Lon uch wissen, das an andera dag ist gesetz; uf XXVIII. dag Aberel sol man wider an der herbrig sin. Nitt me. Gott sig mitt uch. Geben an Sandag[b]) nach Lettdari, im XXVIII. jar.

Ambrosi[c]) Egen, uwer williger diener zů allen zitten.

Dem fůrmenem (!) und wissen her Jochen von Watt, fogtt desrichs, minem gůstigen lieben heren.

a) Oder „Rabin“: — b) „Bandag“ oder „Bondag“? — c) „Ambrori“. — Ein öfters über „n“, einmal auch über „p“ angebrachtes Zeichen — Verdoppelungsstrich? — ist unberücksichtigt geblieben.

1) Vgl. oben, Brief 458, dazu Eidg. Absch. IV, 1, a, Nr. 517, S. 1291 ff.

XI 106.

512.

Konrad Som[1]) an Vadian.

Ulm. (1528.) März 30.

Dank für die Anknüpfung schriftlichen Verkehrs. Feindliche Absichten und Rüstungen des Schwäbischen Bundes gegen das Evangelium. Die Wiedertäufer. Gerücht über Freilassung der gefangenen Evangelischen in Wien.

Gratia et pax a domino per Christum. Dici non potest, pręstantissime[a)] Vadiane, quam me delectarint literę tuę gratulatorię, quibus et te multo setius[b)] affectum esse declaras ac reliquos huius sęculi[a)] magnates, quorum tantus est fastus tantumque supercilium, ut obscuriores viros (qualis ego sum) vix dignentur vel alloqui. Tu vero, qui et ingenii fecunditate[c)] et civili prudentia ceteris[c)] longissime pręstas[a)], non modo alloqueris, verum et inter tuos connumerare soles, id quod et Bernę et Tiguri pręsens[a)], iam vero gravissimis literis tuis absens expertus sum. Hoc autem tanti facio, ut, si aliud nil ex Helvetiis reportassem, quam tanti viri benevolentiam, satis felicem[c)] ęstimarem[a)] profectionem meam. Oro igitur, ut, quod pollicitus es, pręstes[a)]: hoc est, ut crebro ad me scribas, si prę[a)] occupationibus licuerit. Ego tua humanitate fretus non verebor, vicissim meis literis tibi obstrepere potius quam scribere. Te enim mea omnia, qualiacunque sint, boni consulere non ambigo. Sed de hoc satis. Ego domi omnia in statu suo inveni, ita ut grave adhuc certamen restet. Ęquum[a)] esset, ut in restituendo christianismo totus desudarem et magistratum ad nil aliud hortarer. Verum ad alia rapior. Habet et nostrum sęculum[a)] suos Nerones, Domitianos, Diocletianos et Iulianos, emergenti verbo furiose obluctantes. Quod ut planius intelligas, paucis accipe. Squamę illę Behemoth, hoc est Svevici Pacti primores, squamarum instar sibi ipsis cohęrentes[a)], evangelio bellum indixerunt. Eorum institutum est, Christum non setius[b)] ac lupus culicem deglutire. Iam enim Augustę comitia[d)] celebrantes impiissime decreverunt, quadringentos equites conscribendos esse, et his in quattuor cohortes divisis demandarunt, ut catabaptistas omnes, quotquot interceperint, igni puniendos tradant; deinde eos, qui pręsentiam[a)] carnis Christi in pane negant, indicta causa condemnant et in pœna[a)] catabaptistis ęquant[a)]. Contra hos tam manifestarios Christi hostes iam bellum gero et impiam eorum tyrannidem tanta acerbitate traduco, ut maiore nequeam. Catabaptistas proscribendos, non perdendos esse censeo ob solum catabaptismum, nisi

et iuramenti violatio et alia crimina accesserint. Qui vero Christum non in pane, sed a dextris dei quęrunt[a], in nullo prorsus peccarunt. Satanicum igitur est, tales velle perdere. Ad hęc[a] peculiariter me urit, quod Ulma cum ceteris[c] civitatibus Svevico Pacto insertis in hanc impietatem consenserunt, putantes se vi pacti ad hoc astrictos esse, cum tamen iura pontificia testentur, iuramentum non esse vinc(u)lum iniquitatis, ita nec pactum aut fœdus[c] ullum. Huc (!) omnia tentabo, quod pietati conducere existimavero, cum privatim, tum publice. Communibus votis oremus Christum, cuius nomine infensi sunt nobis impii, ut causę nostrę ęquitas[a] feliciter[c] succedat nec sinat impios pręvalere et nos ad internecionem[e] perdere iuxta eorum votum et sententiam. Amen! Fama apud nos volat, sed incerta, Ferdinandum eos, qui ob verbum in vincula coniecti fuerant Viennę, liberos dimisisse et demandasse, ut anabaptistę scripturis in viam reducantur. Quod si fecit, ex Fabri officina non hausit. Ego hostibus meis aliud genus catabaptistarum monstravi, monachorum scilicet, qui nocentissimi catabaptistis exsistunt[f]. Ordinem catabaptismum vocarunt et crebro alia nomina indiderunt iis, qui professionem fecerunt; se solos fratres appellarunt et nos ceu ethnicos aspernati sunt; bonorum communio apud eos fuit; verbi ministros contempserunt et sese apostolicos prędicatores esse iactarunt, cum per orbem circumvagari soleant; magistratui semper rebelles exstiterunt[f] et a publicis oneribus sese exemptos asserebant, in quo catabaptistarum malitiam longe superant. Si ergo perdendi sunt catabaptistę[a], cur illos (dixi pro publica contione[b]) non perdimus? Quod si quid nimium a me dictum ęstimas[a], admone, quęso[a], per literas. Adieci tamen, nec hos nec illos ferro aut igne perdendos esse, sed verbo ab errore revocandos. Satis superque de hoc. Optime vale et me commendatum habe. Ulmę, XXX. Martii[b]. Resalutat te Strölinus noster officiosissime etc.

Chunradus Som, tuus ad vota.

Gravissimo simulque prudentissimo viro Ioachimo Vadiano, Sanctigallensium consuli, domino suo semper observando.

a) „e" für „ę", bezw. „œ". — b) „c" für „t". — c) „ę" für „e", bezw. „œ" in der Stammsilbe. — d) „comm-". — e) „internit-". — f) „exist-", „ext-".

1) Von dem ulmischen Reformator *Konrad Som* (Sam, Saum), geb. 1483 zu Rottenacker an der Donau, im würtembergischen Oberamt Ehingen, gest. 30. Juni 1533, sind 4 Briefe an Vadian aus den Jahren 1528—32 vorhanden. — Vorstehender Brief ist offenbar kurz nach der Disputation in Bern geschrieben, die im Januar 1528 stattfand und der auch Som beiwohnte; fällt also ohne Zweifel auf den 30. März dieses Jahres. Der Titel «consul» auf der Adresse trifft dabei allerdings nicht genau zu, da Vadian 1528 das Bürgermeisteramt nicht bekleidete.

II 330.

513.

Wolfgang Capito[1]), Martin Bucer[2]), Jakob Bedrotus[3]) an Vadian.

Strassburg. 1528. April 14.

Dank für den Brief Vadians und Freude über die Beseitigung des unzuverlässigen Pfarrers (B. Burgauer). Bitte, seine Ortsbeschreibung des heiligen Landes möglichst bald zu vollenden. Freude über die Einigkeit der Eidgenossen. Unveränderter Stand der Dinge in Strassburg. Berichte über Truppensammlungen. Krieg zwischen Geldern und Brabant. Gerüchte über bevorstehende Bewegungen in Deutschland. Heftige Kritik der Schrift Luthers vom Abendmahl Christi. Bucers Schrift über Johannes. Grüsse.

Gratia domini tibi augeatur, doctissime atque pientissime Vadiane. Literæ tuæ mirum in modum nos delectarunt cum eo, quod te nostri amantem testantur, tum et iis, quæ de successu evangelii narrant. Gratias tibi magnas habemus, quod rescribere nobis dignatus es, et precamur, ut idem sępe facias. Etenim et Paulo vicissitudo literarum visa est magnum ad fovendam Christi amicitiam habere momentum. Liberatos vos parocho, quandoquidem non potuit agere constantius, gaudemus. Dolet autem, quod infirmis oviculis -- schaf -- infirmior ipse pastor præfectus est. Sed dabit forte tandem solidum robur illi Christus, nisi non sit eius; quod nolumus credere. Chorographiam illam sanctam, cum poteris, absolvas, adhuc precamur; sed ut possis, magis oramus tibi dare Christum. Nobis siquidem inęstimabile est, quantum ea lucis scripturarum studiosis affulgebit. Scimus occupationes tuas sanctas, quia publicæ utilitati deditas. Ab iis absit, ut te revocemus, nisi cum dominus ipse dederit, ut videas, te et huc vocari. Unice recreavit nos, quod ex literis tuis didicimus, non esse dissidium confœderatorum exspectandum[a]). Tyrannis nihil accideret gratius eoque confœderatorum reipublicæ[b]) nihil perniciosius[c]). Nobis tamen semper spes fuit, dominum haudquaquam permissurum, ut innocua Helvetiorum plebs pœnas daret perfidiæ quorundam ea pietate præditorum, qua solent, qui castra sequuntur; id quod omnino fieret, si glisceret inter vos dissidium. Nostræ res fere sui similes sunt, nisi quod nuper cœpit[d]) certior quædam spes affulgere, tandem senatum nostrum reliquiis superstitionis manum admoturum. In vicinia nostra milites pridem convocati his demum diebus coronato inauctorati Augustam -- aut Meronam, nescio[e]) -- ablegati sunt. Aiunt Marcum ab Embs, Wilhelmum Furstenbergium et alios quosdam duces circiter 10 milia peditum et ducem Brunsvicensem super mille equites ducturos in Italiam

Interea belligeratur inter Geldrios et Brabantos atrociter. Ante paucos dies depopulati sunt Geldrii Grevenhag, sedem primi concilii Hollandici. Sic dominus ultus est necem præclaræ martyris suæ, quam paulo ante igni adiudicarant, eo quod de eucharistia et aliis rebus christiane sentiret. Ortum fuit dissidium inter sacrificos et episcopum Traiectensem; illi iunxerunt se Geldris, hic Brabantis. Geldros iuvant Franci et Angli. Ita regionibus istis sunt sancti isti sacrificuli, quod semper et omnibus esse solent: ate[f] quędam et certa pernicies[e]. Apud Hessos magni quoque motus sunt. Quicquid monstra alant, feruntur coniurasse dudum in nuptiis ducis Saxio***num*** (!), filii Iohannis electoris, cui Friderichus mortuus frater erat, dux Cliveum, cuius filiam ille duxit, Hessus, duces Lunenburge***nses*** et plerique alii, quidam etiam episcopi; nam ferunt Minde***nsem*** atque Padelbornensem episcopos uxores duxisse. Vulgo sparsum est, Saxonem invasurum Germaniæ regnum, sed vanum credo; quanquam sint, qui putent, Coloniensem et Maguntinensem episcopos non adeo magno negotio posse adduci, ut, si spes esset do***mina-ti***ones suas retinendi, ut episcopos ponerent et pro præsu***libus*** principes fierent. Quibus si accederet Ioachimus elect***or*** et non refragaretur Palatinus conniveretque Trevirensis, facile posset in regno fieri ingens permutatio. Georgius tamen, comes a Wirtenberg, nuper ab Hesso reversus, nobis dixit nihil tale futurum; quanquam motus aliquis indubie instet,quicquid sit. Ego valde timeo, ne, si Hessus et alii principes, qui ab evangelio sunt, arma sumant, eundem experiantur successum, quem expertus est Franciscus a Siccingen. Nobis patientia, non armis pugnandum et vincendum est. Non autem solo ferro pugnatur, optime Vadiane. Edidit libellum Lutherus contra nos, cui titulum fecit: Vom abentmal Christi bekendtnuß M. Lutheri, triginta quaternionum opus, quo nihil orbis unquam vidit magis sophisticum et calumniosum. Et fatetur tamen, cum dicitur: panis hic est corpus Christi, non esse prædicationem identicam neque esse inter panem et Christi corpus unitatem naturarum, sicut inter patrem et filium, neque personæ, sicut divinitatis et humanitatis in Christo, neque operationis, sicut inter columbæ spiritum et spiritum sanctum, cum in specie columbæ apparuit, sed sacramentalis; quæ quid aliud est quam unitas signi et signati? An non idem et nos docuimus? Sed insanit et furit miser, plus quam dici queat. Hæc nostra nova sunt. Brentius cum suis definit, humanitatem Christi semper fuisse ubique, sicut dei-

tatem. Vide, quæ monstra pariat nobis ἡ φιλαυτία. Mitto hic, quæ nimis quam tumultuario in Iohannem congessi[4]) eoque et mea et chalcographi culpa valde inemendata. Cum Bernam adirem, primum caput nondum absolutum erat; reliqua omnia reverso a Berna præcipitanda magis quam scribenda fuerunt. Statueram de disputatione Bernensi plura in præfatione memorare; sed nundinæ instantes et citius quam oportebat advenientes coegerunt concise adeo et mutile narrare, ut modo vellem aliud argumentum in præfatione tractatum. Sed Christiani sunt, quorum res agitur et quibus labor meus desudavit; ii omnia ferent ac boni consulent. Vale, vir optime, et saluta nostro nomine Schapplerum et Dominicum ac alios Christi præcones. Argentinæ, 3. paschæ 1528.

V(olfgangus) Capito,
M(artinus) Bucerus,
Iacobus Bedrotus, tui quanti sunt.

D. Ioachimo Vadiano, poetæ, mathematico et medico doctissimo, consuli Sanctogallensi gravissimo et pientissimo, domino suo observando.

a) „exp-". — b) „R. P." — c) „t" für „c". — d) „cęp-". — e) Die 3 letzten Worte am Rande nachgetragen. — f) = ἄτη? ; es kann nicht anders gelesen werden. — Der Brief ist am rechten Rande aufgeklebt; daher die cursiven Ergänzungen.

[1]) ***Wolfgang Fabricius Capito*** (Kœpfel), geb. 1472 zu Hagenau im Elsass, gest. 1541 in Strassburg, war neben Martin Bucer und Matthæus Zell der Hauptförderer der Reformation in Strassburg. Von ihm sind ausser dem vorliegenden, übrigens von Bucers Hand geschriebenen Briefe, 12 Briefe an Vadian in unserer Sammlung vorhanden aus den Jahren 1528—1538. — [2]) Vgl. oben Brief 506. — [3]) Vgl. oben Brief 471. — [4]) Es ist gemeint die Schrift Bucers: Enarratio in Evangelion Iohannis.

II 331. 514.

Jakob Bedrotus[1]) an Vadian.

Strassburg. 1528. April 14.

Seine Freude an der Unterhaltung mit Vadian. Besorgnis wegen der Unruhen in Deutschland. Klage über den üblen Stand der Schulen. Bericht über seine Lehrtätigkeit in Strassburg. Mahnung, die Ortsbeschreibung des heiligen Landes zu vollenden.

S. Adeo mihi fuit iucundum, pręceptor optime, tuum hoc τὸ προσειπεῖν, quod Buceri litteris adnexuisti, ut non possim me cohibere, quin te non modo resalutem, sed et integra epistula obstrepam, quamlibet importunus. Eius siquidem neque modum neque finem facere potuissem, nisi te magis seriis καὶ μείζονος τῆς φροντίδος δεομένοις occupationibus distineri certo scirem. Usque adeo cum Vadiano fabulari libet vel ad satietatem usque, si modo τις τῶν καλῶν κόρος, atque ego inter honesta vel primas dare nihil verebor honestæ de rebus honestis cum amico confabulationi.

Amicum autem cum te voco, haud inique feres, opinor, nisi tua me fallat humanitas, quam olim Viennæ expertus multo maximam, nunc Bucero teste ultra id, quod summum est, auctam facile persuadeo. Quem igitur in discipulorum albo conscriptum habes, inter amicos iam recenseri et gaudeo et glorior. De rebus novis, quando non tam καινὰ sunt pleraque[a] quam κενά, scribere multa non libet, cum Bucerus noster idem fecerit diligenter. Divinant cordatiores plerique, ex his[b] motibus Germaniam magno suo malo commistum iri, partim propter impotentem hanc rasorum et vero cedere nesciam tyrannidem, partim propter principum certorum conatus haud satis forsan prudenteis, horum, inquam, qui sub evangelii prętextu magis forsan suam quam Christi gloriam quærere[c] videntur. Nostri hic, quantum equidem intelligo, eventum exspectabunt[d], nihil temere molituri. Faxit dominus, ut, quod ad sanctificandum nomen suum est facturum (!), cadat feliciter. Interim vero, cum nemo non suum negotium agat atque adeo dolium volvat suum, dolet mihi vehementissime, litteris nostris nullum esse honorem reliquum. Quota enim quæque respublica scholas instauratas aut curat aut cupit! Nam, ut de aliis sileam, nostra, quæ tamen in primis habetur, paulo segnius, quam par est, rei huic honestissimę manus admovet, quum tamen abunde satis, ut ego quidem iudico, esset occasionum. Et quamvis Hedio, Bucerus, Capito impigre in hoc adhortentur magistratum, semper tamen est, quod causantur, quominus sanctum hoc consilium hactenus sit inceptum. Ego certe non possum non vehementer timere pietatis herbescentis naufragium, nisi studiorum humanitatis ratio habeatur; ut enim his[b] debemus bonam lucis evangelicæ partem, quæ hac nostra ætate magno fidelium bono inclaruit. Sic rursus, ubi litteras meliores — tanta socordia dicam an ingratitudine — negligere pergant nostri homines, quid aliud nobis sperandum est quam novos sophistas et veteribus multo perniciosiores? Iam vero quum video, quanto tum usui, tum ornamento sint rebus publicis οἱ συμφράδμονες humanioribus litteris expoliti: dii boni, quam admiror, quam deploro tantam sæculi nostri erga litteras incuriam! Sturmii profecto nostri, tui atque tibi similium exemplum expergefacere plerosque[a] deberet, ut liberos quisque suos litteris imbuendos curaret, quo non tantum opibus, sed eruditione varia arcium et propugnaculorum vice essent civitatibus. Si enim Pindarus πλοῦτον ἀρεταῖς δεδαλμένον ἀστέρα ἀρίζηλον καὶ ἀληθινὸν φέγγος dicere est ausus, quanto nos iustius virum pium, qui et idem melioribus

litteris sit tinctus, non stellam, sed solem ipsum dixerimus? Istæc[e], quia non dubito, quin et ipse dolenter feras studiorum neglectum, in sinum tuum effundere libuit, ne non vel ista ratione dolorem meum lenirem. Doceo Gręce hic, sed non admodum frequenti auditorio, quod quia commune est et aliis professoribus, eo iniquius fero. Tu, quod in chorographia Terræ Sanctæ absolvenda Bucero es pollicitus, per Musas, rogo, memineris. Mire enim scripturæ studiosis res hæc commodabit. Vale, vir doctissime idemque pientissime, et nugas has nostras pro tuo candore boni consulito. Ex Argentorato, XIIII. Aprilis, anno etc. XXVIII.

Iacobus Bedrotus Pludentinus.

Domino Ioachimo Vadiano, poetæ et medico eximio, Sanctogallensium reipublicæ senatori primario, domino et præceptori meo observando.

a) „plęraq-". — b) „hiis". — c) „e" für „æ". — d) „exp-". — e) „Isthæc".

1) Vgl. IV, Brief 471.

II 332. 515.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1528. April 18.

Dank für die erhaltenen Briefe und Freude darüber, dass Melanchthon mit seinem Bekenntnis auf Zwinglis und nicht auf Luthers Seite stehe. Unerfreuliche Zustände in Bünden und traurige Nachrichten aus Italien.

Gratiam et pacem Christi. Ornatissime vir, litteræ Humanitatis tuæ ultra, quam credi potest, me exhilararunt, tum quod ab te missæ sunt, tum quod multa desiderata pręstant, nempe Bernensium profectus ac Sanctogallensium; etiam Melanchthonis[a]) confessio, qui hactenus silentio suo quasi cum Luthero sentiens præ[b]) se tulit. Nunquam tamen animum induxi, ut crederem, virum istum a Zvinglio dissentire; nam scriptis suis, ut mihi videbatur, ad hunc sensum allusit. Laus deo sit! Non dubitandum, quin plures per illum ad nostras partes gressuri sint. De rebus nostris quid scribam, ferme ignoro. Inculta sunt omnia nec assunt, qui dirigant; sed qui conturbent, non desunt. Sæpius[b]) tibi in sinum, ut amico optimo, conquestus[c]) sum, quo pacto corrupti homines integritati consulturi sunt. Si malum hoc bellorum ac fœderum avaritia[d]) natorum erueretur radicitus, spes esset reformationis. Quamvis statuerint proximis comitiis, Ilanti habitis, se ex omnium principum contractibus redempturos ac[e]) libertate sua fructuros; sed contra grassantur et fremunt permulti. Spero

tamen, dei auxilio no(n) effecturos impios, quod affectant. Davass, provincia[f] nostræ Rhætiæ[g] non ignobilis, abominationem missarum penitus exterminavit ac quæcunque ad gloriam dei spectantia in locum surrogare satagit. Ex Insubria nulla sunt digna, quæ[b] scribantur. Calamitates ineffabiles cruciant[f] miseros. Audivi ego ipse ex capitaneo Veltlinensi, in Mediolanensi ducatu ultra 30,000 hominum fame defecisse ac in dicione[f] Bergensi ultra 7000 hominum. Nunc rumor est, imperatorem Karolum Italiam applicuisse. Si hoc verum est, restant mala maiora; sed deus optimus maximus bene vortat. Castellanus de Musch iterum a rege Francorum defecit ad Hispanos[h]. Vale. Ex Curia nostra, 18. Aprilis[i] 1528.

Tuus ex animo *Ioannes Comander.*

Piissimo præstantissimoque viro Ioachimo Vadiano, consuli *Sangal*lensi ac domino suo *inter* primos observando.

a) „Melanchtonis". — b) „e" für „æ". — c) „æ" für „e". — d) „c" für „t". — e) „a". — f) „ti" für „ci". — g) „Rhe-". — h) „Hysp-". — i) „Appr-".

[1]) Vgl. oben, Brief 468.

516.

Berchtold Haller[1]) an Vadian. II 333.

Bern. 1528. April 20.

Klage über seinen Gesundheitszustand und seine Überhäufung mit Arbeit. Verschiedene Gefährden. Feier des Abendmahls nach neuem Ritus. Erneuerung des Rates und dessen Massnahmen für das Evangelium. Die fratres currentes. Brief des Rats an die Appenzeller. Bitte um ärztliche Ratschläge.

S. Tam fideli nuntio[a] has tuas commendaveras, charissime Vadiane, ut a Berna omnino discedere nollet, quin in meas reddidisset manus. Deinde quoque, cum iam illi redeundum esset, has extorsit, quibus suam testaretur diligentiam et integritatem; non quod difficilis sim ad effundendam erga quosque meam barbariem, qui eam boni consulunt; sed quod, iam denuo morbo correptus, totus valetudinarius sum et usque adeo negotiis[a] obrutus, ut vix respirare etiam bene valenti liceat. Accurrunt undique tot fratres, ingerunt se multi, cumque videant, se non mox ad sidera[b] vehi, plaustra in me iniuriarum effundunt. Occupatissimus est senatus, ut vixdum initia rerum ordine innovandarum iacta sint. Urget Sabaudus Gebennenses, et hi urbem nostram invocant, etiam Sabaudo fœderibus[c] iunctam, ut nihil videres quam in omni rerum turbine præsentissima bella. Et quod omnium gravissimum est, villani quo-

que et qui in agro degunt, cum monachismus cum missa abrogatus sit, de repetundis bonis multa machinantur. Interim sermo domini currit suo more. Cenam[c] celebravimus pro commoditate ecclesię nostrę; totus accessit magistratus populusque Bernatum, paucissimis demptis. Scultetus panem domini e manu mea suis accepit manibus; faxit deus, sincero[d] id fecerit animo. Deinde magistratus noster feriis his pascalibus renovatus est. Büttschelbach una cum omnibus adulteris repulsam tam a minori senatu quam a diacosiis passus est, lexque sacramento sancita est et firmata, ut qui adulteri deprehendantur, mox e senatu proscribantur; si artificio vivant, id ipsum illis inhibeatur; ubi minus resipuerint, ab urbe et agro amandentur. Sic 20 ex diacosiis repulsam passi sunt, quattuor e senatu, Emanuel a præfectura in senatum vocatus est et bonorum piorumque virorum numerus sic adauctus est, ut incredulos superet. Speramus omnino aliam ecclesię nostrę faciem, modo bella nos non impediant. De sanguinaria illa pecunia ableganda speramus optime, modo dominus perficiat id, quod cœpit[c]. Ceterum[c] in commendandis fratribus velim te pro tua integritate hanc observare tessaram, quam et Zvinglius et Oecolampadius nobiscum communem habent. Veniunt enim quique et a te commendari desiderant; quod cum, ut humanus es et plane ipsa humanitas, negare nolis nec possis, mox abutuntur et quidvis expostulare audent, impudentissime etiam, Vadiani testimonio freti. Tessara itaque nostra est secreta, ut calci literarum subscribas: Soli deo honor et gloria; quam cum vel ad te dedero vel tu ad me, iam certi erimus utrinque, quid faciundum. Senatus noster tardus est ad amovendos impostores parochos; sed dum pacatiora reddita fuerint, quæ nunc turbatissima sunt, calcaria dabo. Adfuerunt ferme 70 currentes fratres, non missi, e quibus omnibus duo aut tres tessara dumtaxat insigniti erant; interim tamen omnes ferme commendati. Hi plus mihi negotii[a] fecerunt, non impensis, sed importunitate currendi, quam omnia, quibus insudare cogor. Deinde misimus ad te senatus nostri literas ad Abzellanos cum copia earundem propter parochum illum. (Quas si acceperis[c], scribas[2]). Postremo quæ infirmitas corporis mei sit, hac scheda lingua depinxi nativa, ne quid negligam. Tu igitur pro tua in medica arte dexteritate consule pro remediis conservativis, curativis ac præservativis, quibusve cibis et potibus abstinere oporteat, dum per otium[a] licuerit. Interim felicissime valeas. Doctorem Sertorium, virum mihi charissimum, cuius etiam unas accepi[c] literas, nomine

non meo solum, sed totius ecclesię salutabis. Item et Dominicum, Iufflium, Avienum, Christannum Fridbold, qui nullam a nobis exspectabit[e] papyrum[f]; sic enim levir suus commiserat. Salutant te quoque comministri mei Franciscus, Megander, Sebastianus Rellicanus, urbis a secretis, Nollius, Hagius, Spillman ceterique[c] omnes. Tillmannus nunc Tiguri est. Vale igitur et me tibi unice commendatum amplectere. Bernę, XX. Aprilis anno 28.

Tuus ex animo *Hallerus,* minimum scilicet numisma[g].

Prudentissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli urbis inclytę Sanctogallensis, maiori suo in domino cum primis observando.

a) „c“ für „t“. — b) „y“ für „i“. — c) „ę“ in der Stammsilbe. — d) „syncero“. — e) „exp-“. — f) „papirum“. — g) „nummisma“.

1) Vgl. III, Brief 434. 2) Vgl. dazu dazu: Strickler, Actensammlung I, Nr. 1901, S. 593, und oben Brief 507.

* * *

XI 93.

Das ist mir zum dritten mal begegnet: Ein grosse kelte begrifft mich, das ich erzitteren, und sticht mich an dem bein, ietz am rechten, dann am lingen, als ob es ein pestilentz wäre, und wirt ob den knüwen einer hand breit als rott als ein für. Demnach schüst es under die knüw in den gantzen fuß und consumiert sich, das die hut abgat. Nun das sorgen ich nitt. Allein das, das mine bein so gar gneigt sind zů der gschwulst; und wo ich sy nitt alltag mitt schirligbinden satt bunde bys in die knüwbüge, sorg ich, wurde es mir übel ergon. Essen und trincken im tag zwei mal mag ich fast wol und schlaffen darzů; so bin ich lidig gschickt, medicin ze nämmen. Allein bedorfft ich ein täglich remedium und regiment ze läben. In summa: ir habend wol gsähen, was ich für ein kund bin. Demnach wissend, das um miner schwären red, grösse dess libs, öch unser pfarrkilchen, in deren ich nun im 10. jar predigen, herniam in dextro latere erliden, wiewol ich sorg von iugent uff, aber erst ietz zeigt es sich herfür. Nun lid ich kein schmertzen; aber ungschicklicheit empfind ich. Das sind nun zwei krütz, die ich üch als minem vatter uffthůn. Helffend und rătend mir, als ich üch so trůw. Das dritt krütz ist propter Christi verbum; hatt sin remedium Christum selbs. Ecce, mi Vadiane, sic me tibi totum aperio et commendo, nihil diffisus de tua in me sedulitate. Tantum age, ut, si quæ[a] mittere statueris consilia, certo nuntio[b] id facias. Rursus vale. Idem *Hallerus.*

a) „e“ für „æ“. — b) „c“ für „t“. — Ein häufig vorkommender Abkürzungsstrich auf auslautendem „n“ in deutschen Worten, besonders einsilbigen, blieb unberücksichtigt.

II 334. 517.

Nikolaus Briefer[1]) an Vadian.

Basel. 1528. April 21.

Berufung auf ihr Zusammentreffen an der Berner Disputation. Schenkweise Übersendung von Schriften des Wilhelm Budæus. Mitteilung über Bücher, die der Buchhändler Johannes Böhm in Feldkirch aus Basel bezogen hat. Grüsse an Bekannte.

Salutem dicit. Quoties in mentem venit eius temporis, quo disputantibus apud Bernam ambo assedimus, vir eruditissime, toties felicem[a)] me fuisse cogito, cui contigerit Vadiani familiaritate et contubernio tantisper uti. Neque enim mihi tam molestum fuit quorundam nimium prolixos et sæpe repetitos sermones audire, quam suave erat, privatim tuis lepidissimis et eruditissimis frui colloquiis. Qui itaque perpetuo tui sum memor, nactus modo latorem commodum, mitto ad te dono Guilhelmi Budæi duplices annotationes: alteras in opusculum De contemptu rerum fortuitarum, alteras in epistolas ipsius tam priores quam posteriores, quum intelligerem ex Beato Rhenano ac aliis eruditis, annotationes easdem nedum ad dictarum Budæi lucubrationum, sed ad auctorum[b)] veterum quorumque intellectum conducere et esse necessarias; nam ex ipsius Budæi officina prodierunt, tametsi titulus palam hoc non indicet, quod puduerit, tantum virum ad hæc humilia descendere. Sed utut taceat titulus, stilus tamen et elegantiarum[c)] ac mysteriorum[d)] Latinæ linguę doctrina Budæum auctorem[b)] arguant, ut etiam edocti sumus a nonnullis, qui his diebus e Lutetia Pharisæorum (!) huc venerunt. Iohannes Bohemus, bibliopola in Feldkilch, præter dictos libellos hinc venales Bucerum in evangelium Iohannis cum præfatione, quæ summam disputationis Bernensis complectitur, Capitonem in Oseam prophetam, Anatomiam Benedicti Veronensis ad Maximilianum Cæsarem, Flores ex Sallustio[e)] et Curtio per Huttenum collectos, L. Florum castigatiorem factum, opera Tertulliani, dialogos Erasmi: alterum de recta pronuntiatione[f)] Latini Græcique sermonis, alterum de optimo genere dicendi, Paulum Iovium Novocomensem de Moscovitis et orbe nobis hactenus incognito et codicem Theodosianum cum aliis multis libellis ad oppidum Veldkilch nuperrime advexit. Qua de re monitum te volui, ut si qui apud vos studiosi quicquam horum desiderarent, scires, unde petere debeant. Bene vale, vir clarissime, et exiguum munusculum

non tam respicias, quam animum meum perpetuo tibi devinctum. Basileæ, XXI. Aprilis, anno MDXXVIII. Tuus ex animo *Nicolaus Brieffer*.

Salutem ex me dicito doctori Christophoro, Benedicto Burgower, Dominico Zyly ac tribuno plebis, viris doctissimis ac integerrimis, mihi amicissimis. Salutat te admodum *Beatus Rhenanus*.

Clarissimo viro D. Ioachimo a Watt, consuli civitatis S. Galli, amico ac domino observando.

a) „fel-". — b) „aut-". — c) „eleng-". — d) „mist-". — e) „Salustio". — f) „pronunc-". — Durchgehends „e" für „æ".

[1]) Von *Nikolaus Briefer* in Basel ist nur das vorliegende Schreiben vorhanden.

518. II 335.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

(Basel.) 1528. April 21.

Übersendung einer neuerschienenen Schrift: Anmerkungen zu den Pandekten, auch eines Ratsmandates. Die Beseitigung der Bilder und Altäre aus den evangelischen Kirchen. Grüsse.

S. D. Ego nonnihil addubito, an te probe intellexerim, de quibus annotationibus mihi scripseris. Nam iis diebus, cum in Foro Piscatorio, ubi libri habentur venales, deambularem, ostendit mihi Beatus Renanus adhuc alteram editionem[a]) Annotationum in Pandectas, quas nunc mitto, et eo libentius, quo tibi inserviendi sum propensior. Domino decano, collegæ tuo, gratissima fuit salutatio tua. Mittit nonnulla eiusdem auctoris[b]). XVI. Aprilis omnes imagines cum altaribus ex templis nostris, in quibus evangelium prædicatur, puta S. Leonardi, Martini, Hospitalis, apud Augustinianos, Minoritas, sunt sublatæ; sed non omnino sine motu. Tamen senatus pro sua prudentia omnia composuit et compescuit, licet adhuc gravibus et periculosis laboremus et odiis et intestinis dissidiis. Orate pro nobis cum tota ecclesia vestra, ut deus omnia bene vertat. Me et causam census mei vendendi tuæ industriæ et fidei committo. Saluta nomine meo fratres omnes; salutant et te et fratres omnes Oecolampadius et Volfgangus. Vale et tu cum omni familia tua felicissime[c]). XXI. Aprilis, anno XXVIII.

Mitto et mandatum, quod ex iussu senatus Dominica iam præterita lectum est in omnibus zunfftis etc. *Marcus Bersius* tuus.

Omnibus numeris absoluto viro domino doctori Ioachimo Vadiano, domino suo observando apud Sanctogallum.

a) „ædit". — b) „aut-". — c) „fæl-". — Durchgehends „e" für „æ".

[1]) Vgl. oben, Brief 508.

XI 129.

519.

Martin Bucer[1]) an Vadian.

Strassburg. (1528.) April 26.

Betrachtungen über den Stand der Dinge mit Verweisung auf den mündlichen Bericht Christian (Fridbolts?).

Salve in domino, vir ornatissime. Etsi immersi modo negotiis simus et, quicquid scire te referat, d. Christianus hic noster longe melius narrare queat, quam nos scribere, attamen, ut videas, si quid esset, quod ad te scriberemus, quam prompto id animo faceremus, has ad te literulas dare libuit, præsertim id exigente admodum amice, hoc est magnopere contendendo, d. Christiano, viro tam observando et amabili. Nostræ res vel Christi potius lento quidem hic gradu pergunt, at nondum steterunt, nec est timor, ut cedant retro. Dominus det, ut quæ non ignaviter sane cœpimus[a)], fortiter perficiamus. Et daturum id magis spero, quam unquam antea, postquam, dum nos valedicere hostibus eius non potuimus, effecit, ut illi valedixerint nobis. Agnoscent se iam invicem filii dei melius et, quæ domini sunt, magis cordi erunt, ut aliquando ad eam vitæ emendationem aspicere[b)] liceat, quam vos in exemplum omnibus sanctis et insignem Christi gloriam tam severiter profitemini. Sic solet suam exercere virtutem servator, ubi sinceriter pietati deditos dederit verbi sui præcones. Benedictis si usi fuissetis[2]), huc haudquaquam pervenissetis. Dominus vestros ecclesiastas ac vos, tam pium senatum totamque plebem, spiritu suo cottidie ditet amplius; ei nos precibus vestris commendate. Saluta nostro nomine Dominicum et fratres reliquos omnes. Salutant vos Capito, Hedio et alii fratres, quorum nomine hæc quoque scripsi. Argentinę, 26. Aprilis.

M(artinus) Bucerus.

Eximia pietate, eruditione et prudentia viro D. Ioachimo Vadiano, poetæ, medico et urbis Sanctogalli consuli integerrimo, domino suo inprimis observando.

a) „cęp-". — b) Eher als „aspirare".

1) Vgl. oben, Brief 506. — 2) Geht ohne Zweifel auf Benedict Burgauer. Diese Anspielung auf den eben als Pfarrer in St. Gallen beseitigten Mann lässt den Brief mit Sicherheit in das Jahr 1528 versetzen. Unter dem «Christianus» mag Christian Fridbolt gemeint sein, der vielleicht die Ostermesse in Strassburg besucht hat, von welcher am Schlusse des vorhergehenden Briefes die Rede war.

520. II 337.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1528. Mai 26.

Bezahlung eines Buches von Zasius. Nachrichten über Bücher. Heftiges Zerwürfnis in Sachen des Glaubens. Unsichere Kriegsgerüchte.

S. Doleo nonnihil, prudentissime vir, te alioqui occupatissimum meis quoque nugis degravari. Diligentiam autem tuam probo atque commendo. Deus det, ut tuis in me beneficiis digna aliquando gratia respondere valeam. Velim te de pretio libellorum non tam esse anxium; sed quando non aliter pro tua integritate æqui bonique consulis, nisi te hac anxietate liberem, si placet, potes nepoti meo Anthonio Sartori pro libro Zasii[2]), quem nunc mitto, (1 dicken pfenning) numerare; tanti ego emi a bibliopola. Quos prius miseram, dono dati sunt; quamvis, si opera tua, quam nomine meo perdis, æstimetur, maximo constent. De Athanasii opusculis in ipsa Frobenii officina, quæ peculiariter Erasmo est consecrata, investigavi; nihil autem invenire potui, quam quædam Chrysostomi[a]) ab Erasmo versa, quibus adiunxit nonnulla, quæ Athanasio hucusque adscripta sunt, non sine suspicione tamen eruditorum, tum Erasmi, tum Oecolampadii. Si illa habere cupis, fac me scire, et ego sine cunctatione mittam. Venditur totus codex forte pro altera parte floreni. Pietatis causa hic gravissime simul et periculosissime laborat: nam multi dii, multæ fides, multa baptismata, multi domini et patres apud nos strenue prædicantur, non sine maximo et in dies crescente totius ad Ephe. 4 populi dissidio. Sed bone deus, quomodo[b]) possent coire animi in tanta spirituum et doctrinarum varietate, cum sola spiritus unitas pacis sit vinculum! Interim tamen, deo gratia, evangelium fortiter emergit, sed cum persecutione[c]). Nobis omnibus sine intermissione orare incumbit, ut deus negotio suo non desit. Præterea magna hincinde vagatur militum copia, varii bellorum feruntur rumores. Omnia tamen adeo sunt incerta, ut de iis nihil scribere libeat. Fratres meo nomine salutabis omnes. Vale. Basileç[d]), 26. Maii, anno XXVIII.

Marcus Bersius tuus[e]).

Pietate et eruditione præstanti viro, domino doctori Vadiano, domino et præceptori observando apud Sanctogallum.

a) „Chris-". — b) „quo" mit Abkürzungsstrich. — c) „persequutione". — d) „Basilęe". — e) Gestrichene Nachschrift: Bonus iile tabellio. Videtur satis esse fidelis et commodus; petit et tibi esse commendatus. — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. oben, Brief 508. — 2) Die in Brief 518 erwähnten «Annotationes in Pandectas»?

II 338.

521.

Erasmus Ritter[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1528. Mai 30.

Bericht über die zweideutige Haltung des Benedict Burgauer.
Grüsse an Bekannte.

Gratiam[a)] et pacem a deo per Iesum Christum. Petiisti[a)], ut quam primum te literis certiorem redderem, Vadiane doctissime, qualisnam Benedictus evangelii præco foret. En paucis accipe. Petrum formidulosum, qui a longe sequebatur Christum, videre cupiens, quem finem acciperet, si nosti, Benedictum habes (et o utinam non Iudam, proditorem Christi, ageret!). An talis dignum agat episcopum, tu iudica. Omnia facit, ad omnia connivet, ut ipse ventrem repleat; missarum quoque abusum minimo digitulo non attingit, cum ipse sibi non constet, quid adhuc sit acturus. Quid plura? Dictum est michi a fide digno viro, illum duos dedisse aureos ceteris sacrificis (ut illorum mos est), quo particeps sit eorum sodalitate, sub his verbis: Nescimus, in quem finem se vergit res illa. Habetis hic duos aureos, ut, si quando accideret, particeps essem præsentiarum[a)], quas vocant. Et quamvis vigiliis interesse noluerit, — ita sonant eorum vocabula —, ut nomen sibi apud vulgus vendicet, quasi immunis[b)] esse velit ab ista mercimonia, statim tamen in initio[a)] census quosdam privatos, qui parochiano[c)] sunt constitutæ (!), ut eo diligentior[a)] vigilias exsequeretur[d)], expostulavit et habere voluit accipitque eas (!). Et hoc verissimum est; de duobus vero aureis non ita certus sum: sed tamen firmiter credo. Si igitur est: quid sibi misellus populus de tali pastore polliceri debet? num hostem profligaturus erit, qui ita fugam molitur? num ille is fidus pastor erit, animam ponens pro ovibus, qui lupum a longe venientem sibi conciliat? Non possum tibi satis hominis vafritiem[a)] describere. In me agit illum Benedictum, quem se fore apud S. Gallum promisit[e)]. Proposui sententiam[f)] meam de eucharistia (immo[g)] non meam, sed Christi potius[a)]) populo, quem[h)] ille publice et occultim carpsit struitque illas insidias et technas, quod mecum conflictum inire nititur coram senatu et ante illos, qui antea exosam hanc habent sententiam[f)]. Quid igitur in hac re agendum sit, tuo consilio opus erit. Vale[i)]. Ex Scaphusia, 30. Maii 1528. Saluta fratres nomine meo.

videlicet doctorem Cristophorum Schapeler, Dominicum, Wolfgangum, Iacobum Riner, quorum precibus me commendo.

Erasmus Ritter, verbi minister indignus apud *Scaphusiam*.

Dem hochgelerten, vesten herren doctor Joachim von Wat, sinem lieben herren.

a) „c“ für „t“. — b) „imun-“. — c) „parreciano“. — d) „exe-“. — e) „promissit“. — f) „ci“ für „ti“. — g) „imo“. — h) Wohl für „quam“ verschrieben. — i) „Valę“.

[1]) Von *Erasmus Ritter*, evangelischem Prediger in Schaffhausen, liegen 7 Briefe aus den Jahren 1528—1541 vor.

522. II 330.

Berchtold Haller [1]) an Vadian.

Bern. 1528. Juni 1.

Bericht über die Streitigkeiten in Bern. Die erwartete Verteidigung aus Appenzell. Die Vereblichung des Franz Kolb. Gesundheitszustand. Grüsse an Bekannte.

Gratiam et pacem a domino. Literas tuas certissimis omnis humanitatis symbolis refertas et eas quidem postremas a Memmingense quodam a te commendato accepi[a)]; quibus, quod bene se res vestrę habeant, cum intellexerim, immodice congratulor. Nam etsi Sathan a nobis nonnihil videatur explosus, tale tamen virus tantumque fœtorem post se reliquit, ut cerneres ipsum ferme præsentissimum. Quinque partes ex agro seditiosę erant; cum quattuor res omneis compositę; quinta pars etiam iuri stare renuit, nisi coram pagis aliquot selectioribus Helvetiorum. Interim tamen nemo armis quicquam attentat; sed quid Sathan interim moliatur, nemo non cogitat. De missa reduce clamant, sed frustra. Domi quoque accerrime divexamur pensionum ablegandarum gratia. Sunt siquidem pensiones optime de multis meritę; quibus domos et aras novas struxerunt, quibus vestes sericas, census, prædia adauxerunt, quibus mensas et adornarunt et variis ferculorum delicatiorum generibus oppleverunt: quomodo hi tam salutares pecunias tam facile evangelii gratia amandarent! Hic nunc labor est, hic sudamus, hic cruciamur ab una parte. Ab altera sunt, qui fidem pro Gallo præstiterunt pro innumera pecuniarum summa; reliquis desunt nescio quot stipendia. Sic tandem fæx[b)] hominum est. Minima Christi relinquitur pars, qui nihil omittunt, quo sanguinarius ille quęstus ad Indos usque profligetur. Atque hoc die huius rei gratia diacosii cum senatu conveniunt. Faxit deus, ut pro gloria nominis sui et commodo patrię singula agantur; nam in comitiis

Lucernanis cum Helvetii quique nostratibus respondere dicerent de pensionibus amandandis, in risum verterunt omnia. Postquam Bernates, dicunt, in fidei sanctę negotio[c] resipuerint, audiemus eos. Scis itaque, charissime Ioachime, necessitatem nostram; unde fratres verbum domini apud[d] vos ministrantes sępius adhortare, ut et ipsi sępius plebem vestratem adhortentur ad preces effundendas pro ecclesia nostra apud[d] deum. Ceterum[e] currit sermo domini et nemo est amplius, qui palam adversetur. At si postliminio per practicas nonnulli omnia reducere possent, nec impensis nec laboribus parcerent. Consistorii iudices ad instar Tigurinorum deputati sunt, item et elemosinarii. Sed tantis in dies obruitur senatus negotiis, ut nihil turbulentius unquam viderim. De apologia Abzellani asini nihildum contigit. Utinam eam mitteret et dedolatam mox typographis commendaremus!

Nova alioqui nulla sunt apud[e] nos, quam quod doctorem Sebastianum Zofingę præfecimus. Interim nos in linguis versamur et nunc sacra biblia quattuor linguis ordiemur. Franciscus vero Kolbius, factus novus maritus, beguttam duxit coætaneam[f] et honestam et de bona familia, 300 fl. divitem. Precaberis ergo et illi thorum felicem. Postremo de medicina corpori meo præstanda etsi calcaribus non egeas, tamen sic persuasi mihi de te, dum monuerim; non male consulas. Addidi zedulam, in qua tertio[c] nunc me pungentem morbum depinxi[2]). Interim salutabis mihi Zilinos, Iufflinos, Reineros et præ omnibus illum sincerissimum[g] fratrem nostrum Cristoferum Sertorium. Salutant et vos quoque, quotquot Bernę Christo nomina[h] dederunt. Vale itaque, charissime Vadiane, et me tibi obnixe commendato ad aram usque utere. Bernę, prima Iunii, anno MDXXVIII.

Tuum ex animo minimum numisma[i]
B(erchtoldus) Hallerus.

An den ersamen, wysen, hochgelerten doctor Joachim von Watt, burgermeister zů Sant (Gallen), sinem günstigen (zů ver)erenden herren.

a) „accępi". — b) „fex". — c) „c" für „t". — d) „aput". — e) „Cęt-". — f) „e" für „æ". — g) „syncęr-". — h) „Chr. no" mit je zwei Abkürzungsstrichen. — i) „nummisma".

1) Vgl. III, Brief 434. — 2) Vgl. oben S. 107.

523. II 340

Johann Tschertte[1]) an Vadian.

Wien. 1528. Juni 5.

Freude über gute Berichte von Vadian.
Bitte, ein Brückenmuster für ihn aufzunehmen.

I. C. N. S.[a]

Der got des frides, der von den toden ausgefürt hat den grossen hirten der schaff, der mache euch geschikht in allen gůten werkhen ze tůn seinen willen, mit wünnsch (!) aller annderen glückhlichen zufellen. Hochgelerter, günnstiger, lieber her doctor zuvor etc.

Ich hab gesundthait und sonndere erleuchtung der genad gottes von meinem günnstigen, gueten front Kobler von euch vernomben, des ich mich nit clayn erfrewt. Dem herrn sey lob, das sein nomen (!) bey unnsern zeiten durch sein wort erkennt, dardurch wir in zuvor und unnseren nächsten lieben und aus ungeferbter tat die werch des glaubens erzaigen etc.

Hochgelerter, lieber herr, ob euch mein schreyben etwas frembd, dieweil ich euch so in lannger zeit, seit ir von Wienn wegkhgezogen, nie geschriben hab: ist ursach, das nit christliche lieb, vertrauen und annders geübt, wie diser zeit der sonnenglantz die hertzen erleucht. Hab auch nit also ocasionem zu euch haben mügen. — Aber ich hab meinen gueten front Kobler auf sein antzaigen mir ain prugkhmusster aus seinem land zu bringen gebeten. Der mir zu versteen geben, wie ir euch selbs gegen ime erboten, mit sambt ime der annder zu gen und abzutzaichen verholffen sein. Des ich umb euch nye verdint. Dieweil aber ich als diser zit königl. Maiestät etc. und der herren von Wienn der prugkhn verweser, wellte ich auch gern das besste thun. Hab desshalb ain musster, des (!) dann Kobler gesehen, gemacht; wellte darneben annder koph und ingenia gernn sehen. — Ist demnach[b] an euch mein sonnder vleissig bitt, wellet mir zu gefallen dieselb prugkhen besehen und mir alain die lineamenta, was die tragung in ime hat, abzeich(e)n lassen, ob ich etwas bessers, dann ich fürgenommen, daraus gemainen nutz dienenndt heben oder vassen möchten. Wellet mich auch wissen lassen, was die selb prukh für ainen lasst oder swer tragen mag. Das wil ich umb euch als meinem günnstigen, lieben herren und brueder in Christo, womit ich sol, kan oder

mag, zu verdinen geflissen sein. Damit wennde der herr sein angefangne genad von uns nit ab. — Geben in eyl, zu Wienn, adi 5. Juni, anno etc. 28.

Johann Tschertte,
purger (?) zu *Wienn*, manu propria.

Dem hochgelerten herren Vadiano, der siben freyen chunsten unnd ertzney doctor, meinem gunnstigen herren.

a) Ist wohl „In Christi Nomine Salutem" aufzulösen. — b) „dennach".

1) Von *Johann Tschertte*, Brückenmeister zu Wien, liegt nur dieses Schreiben vor.

II 342.

524.

Georg Tannstetter[1]) an Vadian.

Wien. 1528. Juni 8.

Er entschuldigt die Kürze seines Schreibens und bittet, ihm die in einem Briefe Vadians erwähnten Schriften zuzuschicken. Erdbeben in Konstantinopel. Belagerung von Trentzin durch das österreichische Heer. Übersendung einer Schrift des Ursinus.

S. Constitueram tuis humanissime scriptis literis epistola respondere longiore; sed id cupienti mihi et vehementer conanti insperatis casibus atque impedimentis et maxime ophthalmia[a]), qua nunc laboro, est negatum. Ne autem scribendi officium in me desideres[b]), volui vel paucis, idque per amanuensem, tecum agere, quod te pro eximia tua humanitate æqui bonique consulturum non dubito. Literis tuis tam humaniter ad me perscriptis exhilaratus sum mirifice. Libros, quorum meministi, videre quidem cupio; sed hoc in loco — quod facile ipse coniecturare potes — non sine periculo licet. Verumtamen, si qua ratione tuto atque occulte transmittere ad me posses, esset id quidem mihi longe gratissimum. Quid rerum novarum hic sit, ex hoc communi amico plenius clariusque, quam a me nunc scribi possit, cognosces. Certis nuntiis[c]) nuper accepimus, magnum terræ motum Constantinopoli, Peræ et Gariopoli esse factum, quo istarum urbium bona pars corruit. De Turcæ adventu nihil adhuc certi habemus. Exercitus noster Trentzyn nunc obsidet, arcem quidem munitissimam, sed quæ diu tam bene instructo exercitui resistere tamen nequeat. Convolarunt in eam totius Germaniæ latrones insigniores: Thoma de Abspergk, dominus Albertus de Sternbergk cum filio, dominus Streyn, Cynespain, Schlesinger, Kauffangk et plerique alii, quorum numerus ad duo milia excrevisse fertur. Mitto libellum, quem nuper Ursinus noster evulgavit; hunc, rogo, læta fronte accipias[d]), daturus occasionem mihi mittendi aliquando ad te

plura. Vale, mi charissime Ioachime, et me, quod vere facis, amare perge. Cursim, Viennæ, anno huius sæculi XXVIII., die VIII. Iunii.

Tuus *Georgius Tannstetter*.

Regina nostra nunc Pragæ in Bohemia agit, istic[e)] brevi paritura.

Adresse fehlt.

a) „opth-". — b) „desyd-". — c) „c" für „t". — d) „accipas". — e) „isthic".

1) Vgl. II, Brief 288.

525. II 343

Johannes Comander[1)] an Vadian.

Cur. 1528. Juni 12.

Erklärung seiner Schreibträgheit. Berichte über den Fortgang der evangelischen Bewegung, über politische und literarische Angelegenheiten.

Gratiam et pacem Christi. Ornatissime vir, litteras tuas multam iucunditatem[a)] adferentes accepi, in quibus segnitiem meam in scribendis litteris increpas. Pro qua re non est, ut magnam apologiæ molem struam. Fateor equidem ac causam dudum dixeram eam esse: ingenii inopiam, stili sordes; adeo ut plus laboris insumam unis litteris, quam tua Humanitas perquam multis. Sed respondes in his verbis, scio: putas, quod hæc in te vel tuis litteris considerem vel attendam? Ego pietatem et charitatem specto ac desidero; utcunque scribas, saltem scribas. His fretus ego libens et ex animo ad te litteras do, licet pauciores, quam velis, et breviores. Sed quicquid hucusque negligentiæ commissum[b)] est, condonabis. Ego ut frugalior fiam diligentiorque, operam dabo; tu interim iuxta candorem tuum erga me, ut soles, pergas. De evangelii negotio hæc habeto: in dies augescit externe, abolentur missæ, confringu(n)tur idola. Tamen in civitate nostra duæ abominationes adhuc erectæ stant. Una: in excelso sacrificatur, eo quod civitati nullum sit dominium super ecclesiam kathedralem; altera: Francicæ factionis legatus sui principis partes fovet, corruptionibus scilicet, ut nosti. Cum igitur senatus plerique his infecti sint, quid candidi solidique inde sperabis, obsecro? Ex Insubria nihil certi habeo. Fallunt quandoque rumores nimis credulum. Frumenta minoris incipiunt vendi, quam pridem. Exercitum imperialem Pergam obsessurum aiunt. Præterea nihil novi, quod audiam. Lutheri opusculum quoddam circumferunt adversus antistites nostros, Zvinglium et Oecolampadium, quo ad nauseam usque scommata sua exspuit[c)].

Ego vero, sumptui parcens, non emi nec usque adeo necessarium putavi. Puto enim, quod in Zvinglii responsione mihi satis fiat. De Melanchthone[d] si quid certi nactus fueris, fac, obsecro, ut resciscam; nam de viro illo nihil sinistrum aut impium suspicari possum. De Saxonum duce multa fabulantur; sed tu, si quid habes certi, ad me scribas. Vale, vir egregie, et me, ut soles, foveto et consolare. Ex Curia, 12. Iunii, 1528.

Tuus *Ioannes Comander.*

Præstantissimo doctissimoque viro doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi, proconsuli, suo inter primos observando.

a) „iocunditatem". — b) „neglientiæ comissum". — c) „exp-". — d) „Melanchtone".

[1]) Vgl. oben, Brief 468.

II 344. 526.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

Lindau. 1528. Juni 12.

Er entschuldigt sein spätes Schreiben und berichtet über die Unruhen der Wiedertäufer in Lindau. Umtriebe der Bischöfe. Gerücht über Erfolge der Fürsten von Sachsen und Hessen und von einem dem Abschlusse nahen deutschen Städtebunde. Bitte an Vadian, dem Rate in Lindau zu schreiben. Freude über die Einigkeit der Evangelischen in der Schweiz. Die neue Schrift Luthers gegen Zwingli. Grüsse an Bekannte.

Pax Christi tecum. Quod tantisper ad te scribendum distuli, non alia subest ratio, doctissime Vadiane, quam quod meis litteris indoctis te doctum legendo onerare nolui, quem scio tot tantisque proficuis Christianorum reipublicæ studiis vacare, interim de mente tua in me candida nichil addubitans et firma amicitia[a]), quam plane multis argumentis in hac profectione Bernam expertus sum; tum quod ipse hisce diebus molestissimis negotiis et exili ingenio meo nimium gravibus cum anabaptistarum secta, ut meo quidem iudicio[b]) impia, sic et pertinacissima et spiritu suo nimium superba oneratus fuerim. Arbitror, rem eam a nostris iam olim tibi notam; sin minus, paucis percipe. Dum tecum Bernę essem, evenit, quod mihi tum suggerebat animus et nonnullis conquestus sum, nescio an tibi quoque: suum conceptum venenum sic sparsere in vulgus insipiens totque sua hypocrisi[c]) seduxerunt, ut tumultum quoque timerem, dum a magistratu nostro horum antistites caperentur e civibus nostris tres rebaptizatos, alienigenis e dicione[b]) proscriptis et iuramento prohibitis. Qui tandem vix septimana elapsa temerarie navigio noctu redeunt ductu sui ver-

tiginis spiritu. Non solum in civitatem, sed ad publicos quoque carceres currunt, acclamantes captivis, ne sententia sua cederent. Capiuntur ilico[d] et ipsi, ut sua ipsorum temeritas meruerat. Ego iterum atque iterum cum cooperatoribus meis invisi illos iussu senatorum in vinculis, edisserens iuxta mei spiritus mensuram scripturas et sui erroris protestans et convincens, ut ne unum quidem possent contradicere scriptura; sed tantum per spiritum sibi revelatum gloriabantur, ut solent. Tres pro publica contione revocarunt, at parum, ut audio, constantes. Vereor, ne novum parturiant incendium. Quattuor sua sententia pertinacissimi iam in octavam hebdomadam[e] in vinculis sunt. Quid cum illis magistratus noster statuat faciundum, ignoro; et illi quoque suspensi hęsitant[f]. Sepositis igitur hoc tempore omnibus sedulo pro posse meo admonui ecclesiam nostram, ne his[g] spiritibus seductoribus credatur, ne se in sectas scindi pateretur. Et gratia deo plurimorum corda hoc pestifero veneno infecta resipuerunt, quamvis et supersint, de quibus male suspicamur. Tu cum tuis nos adiuvato consilio et precibus, obsecro, ut dei patris benignitate servemur integri ab his[g] spiritibus malis. Vix dicam, quanta angustia et dolore affectus sim hoc genere hominum, malo timens ecclesię[f] meę, quam dominus plantavit hactenus bona pace in verbo virtutis suę[f] etc.

E civitatibus vicinis rerum novarum habeo nichil, quas te nescire putem. Diu pręterea[f] est, quod nullus meorum amicorum mihi quicquam scripsit. Machinationem hanc quorundam episcoporum impiorum in Christi professores abominamur omnes simul et gratias deo agimus, quod manifestaverit technam, ne inscitii obrueremur. Spero et hoc eorum consilium, immo[h] conciliabulum, irritum fore propitio deo, ut quam plurima antea. Rumor apud nos est hodie, principem Saxonię cum Hesso iam alterum episcopum vincisse. Pręterea[f] redierunt pridie legati duo ex senatoribus nostris ex conventu civitatum iam Ulmę[f] congregato, qui in cetera dicunt brevi communem fore omnium civitatum Germanię[f] congr(eg)ationem et synodum[i]. Hęc[f] melius tibi omnia frater narrabit ipse, quam ego scripserim. Si quid deinceps rescivero, diligentius scribam, dum plene iam percipio, id te velle et tibi gravamine non esse. Porro Blaurerum tuo consilio admonui, ut senatui nostro scriberet adhortariam, et obsecutus est sua sponte homo pius et bonus. Tu, si quando vacaret, idem faceres, Vadiane; non inanem operam navares, scio. Observant te enim præ ceteras omnes nostri. Gaudemus Helvetios posu-

isse arma in Doggenburgenses. Adversarii enim nostri multum gloriabantur[k], hoc dissidio fore, ut deleretur lux evangelii in regionibus vestris. Piissime et Tigurini et Bernenses faciunt, qui hoc unum curant maxime, ut inter vestros consistat pax bona. Admiror præterea, num legeris extremum Lutheri libellum contra Zwinglium. Sunt non parum multi nobiscum, quibus maxime placet et pro christiana veritate affirmant. Ego nancisci hactenus exemplar non potui, ut legerem. Vale et me meamque ecclesiolam commendatum habeas, precor. Sis non vicinus tantum bonus, sed patronus et pater iuxta animi tui christiani candorem et pietatem. Gratias habeo quoque tibi quas possum maximas, ut me, tibi multo imparem, iam alteris excitas (!) ad scribendum litteris tam amice et fraterne. Utinam tandem opportunam habeam occasionem mei animi in te gratitudinem declarandi! Iterum vale. Lindavii quam ocissime[l], quare parce ineptius scribenti; copia relegendi non dabatur. 12. Iunii, anno 28.

Thomas Gaßnerus, tuus deditissimus.

Saluto fratres omnes: Schaplerum, Dominicum, Rinerum et Iufflium etc.

Clarissimo et integerrimo viro domino Iochaimo (!) Vadiano, apud Sanctogallenses medico et præfecto[f] fideli, domino suo observando.

a) „amiticia". — b) „t" für „c". — c) „hippocrisi". — d) „illico". — e) „p" für „b". — f) „e" für „æ", bezw. „ę". — g) „hiis". — h) „imo". — i) „i" für „y". — k) „glorieb-". — l) „ocyss-".

[4]) Vgl. oben, Brief 484.

II 345.

527.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1528. Juli 7.

Klagen über die Intriguen der französischen Partei und die Laxheit der Frommen. Nachrichten über den abgehaltenen Bundestag und den Krieg in Italien.

Gratiam et pacem per dominum nostrum Iesum Christum. Clarissime vir, nactus tabellarium commodum[a], meis litteris vacuum dimittere non decuit. Accipe ergo pauca quædam, quæ scriptu digna nunc censueram. Francica factio apud nos nondum exstincta[b] est, quam severius increpare cœpi, quam antea. Sed illi homines ut sunt corruptissimi et ad pietatem plus omnibus papistis ineptissimi, graviter in me irasci cœperunt. Pontificiis se adiungunt potius pietatem persequentibus, quam ut,

quæ prospere deo auxiliante cœpta sunt, promovere studeant. Dein et is, qui regis Franciæ partes fovet, legatus eos, qui bellis vivunt, sibi adiungit, qui ipsum etiam seditionibus tueri parati sunt. Est et catabaptistarum colluvies, qui sese illis omnibus potius reconciliant quam evangelio vero. Pii interim, quorum exiguus est numerus, flaccescunt et quęrunt quisque, quæ sua sunt. Ecce sub his oneribus et ærumnis[c] anhelo, a solo Christo consolationem exspectans[d]. Ego quidem, si carni meę obsequerer, omnibus dimissis et infectis abirem quocunque. Sed deo propitio vocationi suæ parere statui et in ea vitam amittere satius esse putavi. Fiat voluntas domini! Optimates nostri iamiam comitia celebrarunt, ex quibus hæc sunt prępicua, quæ prodierunt: Bella indixerunt, quantumcunque strenue potuerunt. Pontificiis nostris consistorium abstulerunt. Episcopo dietam ad petitionem[e] suam in primam Augusti Dominicam statuerunt. Ex Insubria hæc audivimus: Bergomates sese auro ab obsidione, quæ necdum cœpta fuerat, redimerunt. Exercitus de hinc Laudam obsedit, quam nondum percepimus obtentam. Duo iuvenes mecum fuerunt his diebus, quorum alter eques fuerat; qui dixerunt mihi, nullam pecuniam[f] dari militibus nec primi mensis adhuc plenam solutionem factam; unde ad magnam inediam[g] coacti multi ægrotentur ac moriantur, etiam equitum, quorum numerus sesqui milia[h] fuerint, vix mille supersint, si et viri equites non tot perierint, sed equi usque adeo moriantur; hæc insuper addentes, regnum Neapolitanum penitus esse subactum a Gallis et quod triginta duo ex primatibus capitaneis captivi ducti sint in Galliam; unde angusta spes obtinendæ Italiæ iam Cæsari sit reliqua. Hæc sunt, optime vir, quę te scire volui. Tu vicissim fac, ut resciam, quæ[c] apud vos recentiora fuerint, præsertim de Saxonibus, de Philippo Melanchthone[i] et Luthero, quomodo de eucharistia concordent. Vale, vir eximie. Ex Curia Rhætorum[c], 7 die Iulii 1528.

Tuus ex animo *Ioannes Comander*.

Præstantissimo ac doctissimo viro d. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi proconsuli, domino ac fratri suo observando.

a) „comod-". — b) „ext-". — c) „e" für „æ". — d) „exp-". — e) „petic-". — f) „pecc-". — g) „æ" für „e". — h) „millia". — i) „Melanchtone".

1) Vgl. oben, Brief 468.

II 346. 528.

Johannes Vogler[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1528. Juli 8.

Vereinbarung zwischen Zürich und Bern über das christliche Burgrecht. Verlängerung seines Aufenthalts in Zürich. Antwort Zwinglis an Luther. Zusage von Glarus.

Gratiam et pacem etc. Min günstiger unnd lieber herr unnd vatter, ich mag üch nit verhaltten, wie kurtz mir zschriben zitt worden ist, der bottschafft halb. Uff nächst Mentag sind miner hern von Bern bottschafft zů Zürich vor klain und gross rätten erschinen und den aid genomen, die nüw verbindung und burgerschafft nach lutt der artiklen ze haltten ewigklich; des ich üch in kurtzem ain copy zů senden verhoff. Uff söllichs rittend maister Blüwler und seckelmaister Werdmüler des tags dato hinuff gen Bern, da selbs inen och schweren; glicher wis si gethon und besiglett, werden si och versiglen. Gott si hoch gelopt des cristlichen furnemens; der gebe sin krafft! Uff nächst Sontag, hatt mir ob tisch der Iacob Werdmüller gsagt, werde sölichs der gantzen gmain zů Zürich verlesen. Die werden also anhellicklich och schweren. Was witter sin würde, wil ich üch nitt verhalten, sondern als erst müglich wissen lassen. Ich wird noch ain monat beharren můssen der schůler halb. Tůnd das best in minen sachen, als ich hertzlich vertruwen zů üch trag, och das vil und offt empfinden. Ich gon zů m(aister) Ulrich zů tisch. Es sind hütt 10 tag, als er dem Luther antwurttett; als uff morn werden vollendett baid epistel Cor(inther) im truck. Glariß ist handtvest des zůsagens Züricher und Bernern gethon. Nit mer. Ylentz, 8. Iulii 1528.

Jo(hannes) Vogler, üwer gantz williger.

Fragen disen botten, waß si der zitt zů Zürich gehandlett haben und ir anttwortt empfangen.

An minen günstigen hern D. Joachim von Watt zů sinenn handen.

Mit den übergeschriebenen Zeichen verfährt Johannes Vogler ziemlich willkürlich.

[1]) Dieser *Johannes Vogler,* von dem 4 Briefe aus dem Jahre 1528 vorliegen, fällt doch wohl mit dem früher schon oft erwähnten Diakonus dieses Namens zusammen — vgl. das Register zu II und III —, jedenfalls nicht mit dem vom Jahre 1532 an mit zahlreichen Briefen vertretenen gleichnamigen Altstätter Ammann.

529. II 347.

Johannes Vogler[1]) an David von Watt.

Zürich. 1528. Juli 13.

Übersendung neuer Büchlein und Bericht über bevorstehende neue Veröffentlichungen. Vogler hat viele Schüler im Saitenspiel, hat schöne Zimmer bei den Barfüssern und glaubt, auch nach Basel verschrieben zu werden.

Min gantz früntlich und willig dienst bevor. Geliepter fründ unnd gunstiger juncker, üwer schriben mir nächst gethon, hab ich mit fröden empfangen, gott si lob! Und bitt üch minem hern und brůder anzaigen, wie ich uff Frittag nächst die bůchly hab genomen uß der truckery, in willen söliche im ze schicken, so erst ich bottschaft haben möchte; doch mit dem geding, das si nit in frömde hend komen vor Franckfortter mess. Er hatt sonst nüt nüws. Uff morn wirtt er anfachen ze trucken die antwurtt über das letst bůch Luthery. Ecolampadius hatt sin verantwurtt yetz nächst Fritag by sinem diener heruf gschickt und werden beide zesamen getruckt vor Verene. Eß statt treffenlich ruch zů Basel; der gwaltt ist gantz unrüwig. Das bůchli ist allain in Zürich gsin, sunst kains. Hatt mir es Cunratt Rollenbus geben. Der hatt es von Änderli Gessler gehept, das ich üch etwas nüws ze schicken hette. Darin wol ze mercken ist, der bär von Sant Gallen sye dem MurNarren och ain bankhartt. Im wird bald geantwurttet. Es statt sonst nit übel, gott hab lob! Die Berner werden sölich bůchli nit lon onveranttwurttet, minder wan die von Zürich. Ich laß üch wissen, wie so früntliche gselschafft by mir lernet allerlay saitenspil und hab die besten, lustigesten gmach inn zů den Barfůssen. Es sind iren 28, die da lernen. Noch sind ir vil willens ze lernen nach dißen monat, daß ich nit gewiß bin, wan ich ledig wird. Ich besorg mich, ich werde gen Baßel bschriben werden, des ich gebetten und gforderett worden bin. Kains wegs wurd ichs thon.

Bevelhend mich üwerm hern und brůder als sin gantz willigen diener mit minem armen dienst, das er mir schribe, ob im worden sye die Brediger von Bern[2]) und ander gschrifften an in gethon. Hie mitt sind gott bevolhenn. Actum Zürich, 13. tag Iulii 1528.

Johannes Vogler, üwer williger.

Dem erenvestenn junkernn David von Watt, sinem insonders lieben und gůtten fründ zů Sant Gallen.

1) Vgl. vorstehenden Brief 528. — 2) Vgl. Strickler, Actensammlung V. S. 44. Nr. 333.

II 348.

530.

Jakob Reutlinger[1]) an Vadian.

Nürnberg. 1528. Juli 20.

Bericht über ein Gastmahl ehemaliger Schüler Vadians in Wien und Übersendung von Schriften des Kaspar Ursinus. Allfälliges Antwortschreiben Vadians.

Anno domini 1528, a di 20. Juli, in Nurmberg, per S.[a)] Huldin, potten.

Mein willig deinst und alles gûtz zuvor. Erber, guntstiger, lieber her, ewer gesunttheit mitsambt allen den ewer errfur ich hertzlich gernn; meinthalb daink ich got etc.

Erberer, lieber her, dyß mein schreiben wellet mir nit verargen. Diewil yetz konigl. Mtt. von Ungern und Behem zû Prag hoff heltt, hatt sich zûtragen, das mein wirtt ettliche doctores zû[b)] gast gladen hatt. Untternn ainderenn reden ist main der disputation zû Bernn zû red worden, die mir dain ain gûtter freundtt von Franckfortt auß der fastmeß geschik hatt etc.; welliche ich meinem wirtt gelichen zû uberlesen, hatt sich darby auch eweren abschaid gelessen mit daink sagen etc. Auff soliche kunttschafft hatt doctor Caspar Ursinus, doctor Logus und magister Johannes, schûlmaister k. Mtt., ewer in allen gutten gedachtt und erneuwertth alltte freunttschafft, die ir in gethon habtt zû Wien, dieweil ir rector da gwest seit und si ewere schûler. So aber doctor Casper Urssius (!) ist historiogrophus k. Mt., hatt er in kurtz begriffen in ein pûchlin alle kaisser, derglichen alle romische pischoff biß uff den yetzigen Clementen; darbey zû lob k. Mtt. ain pûchlin, wie sein Mt. zû Stûlweyssenburg in Ungern gekronet ist; weliches alles ir wol vernemen werdtt, die ich euch hiemit zûschik, von doctor Casparn gepetten euch zûzûschiken alls ain geschank, auch sein haintgschrifft weist etc.

So dain E. E.[c)] ettwas wolltt wider schreiben den selbigen, mogtt irß mir zûschiken oder meinem vatter anttwortten nach ewer wollgefallenn (aber disse gûtten doctores und freund sind dem wort gottes, welliches bey euch ghaindlett, enttgegen). Euch zû deinen bin ich gaintz willig. Die gnad gottes sey mit uns allen, amen! Actum wie ob, per Galler potten.

Ewern E. W. W.[c)] *Jacob Reutlinger.*

a) Oder „G“? — b) Fast immer „w“ mit übergeschriebenem „o“. — c) Etwa „E(wer) E(rwirden)“ und „E(rsam) W(ishait) W(illiger)“ zu ergänzen.

Dem erbren, hochgelerten und weyssen doctor Joachim von Watt, burgermaister zů S. Gallen, meinem besonder günstigen lieben herren detur littera.
S. Galln.

1) Von *Jakob Reutlinger* liegt nur dieses Schreiben vor.

531. II 350.

Johannes Vogler[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1528. Juli 22.

Abschluss des christlichen Burgrechts zwischen Bern und Zürich. Antwort Zwinglis an Luther; er schreibt an den Herzog Johann von Sachsen und den Landgrafen von Hessen. Bucers Dialogus adversus Lutherum de Eucharistia.

Min underthänig, gehorßam dienst und alles vermögen. Insonders min günstiger herr, uff datto dißes hab ich üwer schriben, gesunthait aller andern cristlichen brůderen deßglichen vernomen. Daß göttlich fürnemen der gottloßen und falsch genanten gaistlichen ain groſße fröd, daß ain wurckung gottes ist. Dem sy lob in ewikait! Der verpüntnus halben der burgerschafft hatt m(aister) Huldrich die arbait über sich genomen, die zewegen bringen, üch die minen gnädigen hern zů schicken. Wie wol vorhanden was und fürbracht, sölichs ze trucken, hatt nit mügen fürgang haben. Doch nit on ursach. Gott wil es recht fügen. Es hatt sich witter gstreckt und hart verknüpft. Als mine herren zů Bern haind gschworen, wie die von Bern vorhin zů Zürich schwůren, habend aigenlich angenomen, ewiklich ain anderen darby ze handhaben, waß iren bürgeren zůstand, dem mindesten als dem maisten, das wortt gottz betreffend ain anderen helffen ire burger schützen, als vil gott gnad gibt, mit lib und gut. Darzů hör ich manchen erenman, miner herren gross günner, verhoffen, sy söllen die ersten sin in der verbüntnus. Gott füge es, das es bald gscheche. Die antwurttungen Luter[a]) stond ain klin still. Min herr vermaint nit vil ze schriben; so kan und mag er nit alles fürgon und schript es den zwayen fürsten hertzog Hanßen und dem landtgraffen von Hessen. So erst es absolviertt wirtt, sol es üch werden. Es ist ain bůchlin vorhand, wellt ich üch gschickt hain, vom Butzero, ain dialogus adversus Lutherum de eucharistia. Werden ir wunder hören. Zwinglius besichtigett es; so wirtt es mir. Ich hoff in 4 wuchen ußgelertt haben, das und anders mit ze bringen. Ich hab 31 schůler, erßam,

erlich herren und gsellen; darneben der jungen schůler arm. Es ist nüt bsonders vorhanden mer. Grutzen (!) mir alle hern und brůder. Ylentz. Magdalene 1528.

Üwer williger *Johans Vogler*.

Dem hochgelertten, ersamen hern D. Joachim von Watt, richsvogt der statt Sant Gallen, minem insonders günstigen herren.

[1] Vgl. oben, Brief 528.

II 351.

532.

Johannes Vogler[1] an Vadian.

(Zürich.) 1528. Juli 22.

Übersendung einer Copie des christlichen Burgrechts zwischen Bern und Zürich.

Wissend, als ich ob tisch maister Ülrichen radts fragett, wie ich minen herren und üch vorab ain copy der verainigung zewegen bringen möchte; batt in, daß best darin ze handlen: also hatt er haim gsůcht burgermaister und räth etliche, in anzaigt üwer begeren. Ist im nachgelassen abzeschriben, das by üch minen herren lassen beliben biß uff witter handlung, nit lassen abschriben, nit verbotten der burgerschafft ze lesen oder andern nachpuren. Sölchs uß bevelch maister Ůlrichs üch ze schriben; dan er überuß beladen ist mit gschäften, wie wol vacancie sind 14 tag. Es hatt Alexius ain halben tag gewarttett daruf. Ich han uß ratt und ghaiß m. Huldrichs den substituten ain ticken d(enar) geben zů vertrincken und hatt es doctor Mangolt selbs corrigiert, das es gerecht und war ist dem original. Lassend mich, üwern armen diener, bevolhen sin; dan ich trüwlich ainer loblichen stat und fromen herren als ain gschwornen burger fromen und nutz fürderen und schaden wenden, so witt min lib vermag, gnaigt sin. Datum ylentz ze nacht, Marie Magdalene 1528.

Ü(wer) gantz williger diener
Jo(hannes) Vogler.

Dem hochgelertten, fürsichtigen und wisen hern D. Joachim von Watt, minem insonders lieben herren und günnern.

[1] Vgl. oben, Brief 528.

533.

B 392.

Andreas Cratander[1]) an Vadian.

Basel. 1528. Juli 25.

Entschuldigung für seine Bemerkungen zu einer lateinischen Wendung Vadians. Neue Ausgabe des Mela und andere Veröffentlichungen. Bittet um einen Katalog der St. Galler Bibliothek.

S. Primum omnium, vir eruditissime, rogo ruditatem meam, qua te in tuis interpretandis gravatum sentio, boni consulas, ingenii mei inopiam spectans; nam ingenue fateor, te non solum Latine, sed et elegantissime «dari» pro «permitti» posuisse. Tantum abest, ut quantumvis parvi erroris Romanæ linguæ te, hominem eloquentissimum, barbarus ego et pæne elinguis insimulare unquam cogitaverim. Bone deus! quis vel parum prudens id suspicari auderet? Verum quod initio et in transcursu non tam exacte intellexerim, facile, ut spero, ingentes et fere intolerabiles et laborum et curarum moles, quibus modo obruor, apud te, æquissimum iudicem, excusationem merebunt. Ad hæc rarissime soleo literas eas in manus resumere, ad quas per nuntium[a)] obvium ex insperato respondere cogor. Deinde quod ingeniorum monumenta omni auro cariora antiquioraque ducis, more sapientissimorum agis. Nihilo tamen setius per me non stabit, quominus quantulacunque compensatio tuum laborem sequatur. Ceterum[b)] tempus, quo Mela noster iterum transscribendus sit, certo definire præscribereque non possum. Forte imminenti hieme[c)] prela[d)] Galeni vel Dioscoridis operibus occupabuntur. Vehementer namque[e)] iam in medicis non quibusvis, sed doctissimis restituendis delector eruditorum opera et consilio. Neque illiberale neque infructuosum ingloriumve duco, vetustissimos medicinæ auctores[f)] ab internecione[g)] pro virili vindicare. In quo iam desudo; quoniam Soranus cuius Galenus plus semel meminit, C. Plinius Secundus, ut titulus habet, item Apuleius de herbarum virtute, antiquissimi et citra controversiam doctissimi medici, coniunctim ex nostra officina in medium prodibunt. Denique Cyrillum, Alexandrinum theologum, multa accessione per Oecolampadium nostrum auctum, propediem studiosi accipient. Sed ad rem. Si Pomponium interim relegeris, adornaveris et rursus emendaveris, ita ut sequenti æstate abs te emaculatus sub incudem revocandus sit, satis tempestivum opinor nec ulla alia festinatione præcipitationeve opus. Postremo diligenter eius admoneo, quod olim pollicebaris:

te videlicet omnium librorum vestræ bibliothecæ, quam instructissimam audio, catalogum mihi missurum. Id si Humanitas tua præ aliis, quæ ex officio, quo tuis non sine laude præes, quotidie incumbunt, præstare poterit, gratissimum erit. Vale in domino. Basileæ, XXV. Iulii, anno MDXXVIII.

Andreas Cratander tuus, quantusquantus est.

Excellentissimo et eruditissimo viro domino Ioachimo Vadiano, prudentissimo Sangallensium consuli, domino atque amico suo optimo etc.

a) „c" für „t". — b) „Cæt-". — c) „hyeme". — d) „præla". — e) „nanque". — f) „authores". — g) „internitione".

¹) Vgl. II, Brief 183.

II 352.

534.

Johannes Comander¹) an Vadian.

Cur. 1528. Juli 31.

Klage über verwirrte Zustände und Verleumdungen. Einfall eines französischen Heeres in Italien.

Gratiam et pacem a domino. Vir spectabilis, nactus iterum tabellarium, scriberem libens quidem; sed temporis angustia admodum artor, ut brevius, quam cupiam, finire coger. (!) Quæ ad evangelium pertinent, ita inculta ac turbida sunt, ut nihil boni sperem, nisi deo optimo melius desponente (!), quam facies rerum ipsa præ[a] se ferat. Tamen, ut sæpe[a] fit, quæ multum spei prima fronte pollicentur, tandem non adeo usque respondent, ut sperabatur, ac contra res dirutæ, incomptæ, fragiles ac desparatæ fere quandoque admirando fine deo propitio potiuntur. Sic, si divinare licet, nostræ partes aptissimæ censendæ sunt, ut grandi miraculo deum celebraturæ sint in sæcula[a]; nam tot sunt, qui diruunt et rumpunt, ut structorum opera velut nulla censeatur. Ego tantis calumniis incessor, ut iam scribere locus non sit; sed in posterum cor meum effundam tibi. De rebus profanis[b] tabellarius sanius sermone cominus edocebit, quam turpiter scilicet exercitus ille superbissimus evanuerit, solo deo expugnante. Sed hucusque omnibus evenit, qui adversus veritatem quicquam moliebantur. Deo confessio, laus et gloria! Exercitus regis Galliæ montes superavit numerus 13000 peditum et 600 equitum. Spe magna Insubriam capiendi ducitur; sed deus scit, quid futurum sit et quid ipse destinarit. Vale. Ex Curia nostra, ultima Iulii 1528. Tuus *Ioannes Comander.*

Prestantissimo doctissimoque viro d. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli ac in Christo fratre suo charissimo.

a) „e" für „æ". — b) „prophanis".

¹) Vgl. oben, Brief 468.

535. II 355.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1528. September 3.

Bemühungen von Mülhausen, in das Burgrecht von Zürich und Bern aufgenommen zu werden. Die Haltung von Glarus im Glaubensstreite.

Gratiam et pacem a deo. Misissem nunc, tabellionem nactus, responsiones nostras ad Luterum, nisi nihil dubius essem ad vos dudum perlatas esse. Aliud est, quod nunc volo. Agunt privati homines Milhusani, quamvis non privata auctoritate[a)], sed eorum iussu, quorum maxime refert, ut in civitatem Tigurobernam recipiantur; id autem obscure adhuc, hoc est caute et clam. Nos a secretis et ego rem nondum retulimus, hanc potissimum ob causam, quod et vestram petitionem exspectamus[b)] et nullo negotio[c)] confectum[d)] iri speramus. Atque interim illis bona pollicemur, quodque ad proxima trium urbium comitia, si eis videatur, velimus referre, et quicquid e re sua putaverint fore, summa fide facturos. Hęc nolui, ut vos laterent. Rescierunt enim Milhusani, vos in hoc esse, ut in civitatem coeatis, sed non ex perfidis, verum ex fidelibus, qui sciunt, fœdera urbium vestrarum, Sanctogalli et Milhusii dico, ferme esse simillima. Vos igitur, quicquid consultissimum credetis, sequamini. Vale. Tiguri, 3. die Septembris 1528.

Claronensis populus in fide verbi perstat.

H(uldricus) Zvinglius tuus.

Dem ersamen, wysen etc. herren von Watt, burgermaister zu Santgallen.

a) „aut-". — b) „exp-". — c) „c" für „t". — d) „-tam".

1) Vgl. I, Brief 100.

536. II 356.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1528. September 5.

Der Streit mit den Wiedertäufern ist die grösste Schwierigkeit für die Freunde des Evangeliums. Übersendung einer Schrift des Jakob Wirben in Biel gegen die Wiedertäufer. Veräusserung seiner Tafeln.

S. D. Novarum rerum, quæ scitu aut scriptu dignæ sint, parum apud nos est. Bellorum ac minarum rumores, quibus contra veritatis verbum se erigunt filii ac huius sæculi principes, nihil nos movent, persuasum habentes, capillos capitis nostri omnes numeratos. Ceterum dissidium

illud intestinum, quod catabaptistæ nobis parant (hominum genus in perniciem evangelicæ sinceritatis[a] et natum et iuratum) omnium, quas ferimus, molestiarum molestissimum est. Iacobus Wirben, ecclesiæ Bielensis minister non contemnendus, iis diebus præfationi cuidam *Ludovici* Hetzer[b] in Baruch catabaptistico spiritu[c] plenæ respondit. Nos hic fecimus[d] inprimi, quo fratres alii huic pesti medendæ reddantur instructiores. Libellum ad te mitto. De tabulis meis nihil est, quod scribam, quam ut quantocius eas distrahi velim, etiam cum iactura, si secus fieri non potest. Fratres omnes meo nomine saluta. Vale. Ex Basilea, V. Septembris, anno etc. XXVIII.

Marcus Bersius tuus.

Eximio viro, domino Ioachimo Vadiano, Sanctogallensium magistratui, domino suo observando.

a) „sync-". — b) Der Name ist mit Verweisungszeichen am Rande nachgetragen, aber leider ohne solches im Texte. — c) „plenam". — d) „fœc-". — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. oben, Brief 508.

II 357.

537.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1528. September 11.

Erbietung seiner Dienste für den Rat in St. Gallen. Mahnung zu raschem Vorgehen für die Aufnahme ins Burgrecht. Lügnerische Berichte über das Vorgehen des Ammanns Vogler in Altstätten. Beschluss über Beseitigung der Prädicanten in Arbon und Altstätten, welche zur Ruhe gemahnt werden müssen. Ermutigung des Arboner Boten zum Schutze des Prädicanten. Abmahnungen vom Kriege. Verhandlungen mit den Boten des Abtes wegen der Toggenburger. Aufhebung des bischöflichen Ehegerichts in Rätien. Schrift des Lazarus über Ulpian L.

Gratiam et pacem a domino. Scis, quę me moles in ipsa panegyri adobruant, quo fit, ut brevibus tibi et per capita et nunc respondeam ad tua et de aliis moneam. Interim senatui vestro obsequia mea per omnia pollicetor. Contuli cum nostro a secretis de petenda civitate. Is putat, primo quoque tempore agendum esse; nulla enim urbium comitia brevi fore. Addidit, ex comitiis Badensibus, ubi cum Tummysen legatione functus est, ad Milhusanos idem consilium scripsisse, ut non exspectent[a] proxima comitia, de quibus incertum est, quando indicantur, sed felicibus[b] avibus rem ordiantur. Cessi ego eius sententię atque sic vobis esse venandam occasionem autumo, ut priores adveniatis. Scis Iulii verbum: se malle primum esse in tenui oppido etc. Atque ubi aderitis, tum consilium capietur de profectione ad Bernam etc. Interim cum primoribus istis rem agam, ut actum agi sperem.

In comitiis Badensibus novissime celebratis scriptum est ad Helvetios, ammanum Vogler ad quoddam sacellum, ubi magnus populi concursus fuerit ad contionem[c] perversę doctrinę, stetisse atque album in manibus tenuisse inclamavisseque: si qui volent civitatem cum Tigurinis iungere, nomina dent. Legati nostri impudens mendacium diluerunt. At significandum bono viro arbitror.

Istic[d] constitutum est, ut ministri verbi, qui nunc Arbonę et Altstetten prędicant, amandentur. Gratię deo! Exspectabam[a], ut excoriarentur; tantum mansuefiunt feroces animi. At illi utrinque monendi et confirmandi sunt, ne quicquam moveantur.

Urbes Tigurum et Berna edixerunt reliquis pagis, se non laturos, ut, quod in negotiis[c] fidei suffragiorum multitudine statuerint, ratum sit; fœdera enim de fidei rebus nihil continere, quod eę ea ętate non fuerint in controversia. Discessum est imparibus animis: hinc hilaribus et alacriter, istinc[d] fractis et amariter.

Arbonensi nuntio[c], qui apud me fuit, consilium dedi, ut quotiescunque et quantumcunque instent aut Helvetii aut Pontificii, ut hoc semper tenore respondeant: se omnia, quę iure debent, facturos, sed orare, ne adigantur ad expulsionem verbi dei; de hoc enim nihil cautum esse neque legibus neque moribus. Ac simul constanter ministros et servent et tueantur. Sic enim favorabilem sibi facere arbitror etiam crudelissimum iudicem aut saltem minus sęvientem. Idem arbitror Rhenivallensibus esse faciendum.

Urbes ambę Tigurum, Berna his verbis hortatę sunt reliquos pagos: Wir bittend üch vast, das ir des gotzworts halb ghein uszug tůegind; ja wir ratends üch. Postremum et pagi nostros oraverunt, ut semper in hoc sint, ne bellum oriatur. En tibi fractam contumaciam!

Abbatis vestri, immo[e] τοῦ ᾅδου τῶν κακοδαιμόνων legatus egregie tractatus est a legatis nostris propter Lichtensteigenses et Doggenbyrgios meos. Sed longum esset. Vale, et, quod soles, cor illorum esto cum senatu vestro, qui circum vos fusi sunt tanquam reliqua membra circum pectus. Tiguri, 11. die Septembris 1528.

Huldricus Zvinglius tuus.

Rhæti[f] consistorium pontificium prorsus antiquarunt in causis matrimonii et per tres civitates suas tria huiusmodi causarum tribunalia constituunt.

Lazari librum de vestibus super Ulpiani L. Binderus ad quędam alia complicuit; sed ut primum Christophorus Francofordio attulerit, ipse Sanctogallum laturum (!) recepit.

An herren burgermeister von Watt zů Santgallen, sinen vererenden herren.

a) „exp-". — b) „fœl-". — c) „c" für „t". — d) „isth-". — e) „imo". — f) „e" für „æ".

1) Vgl. I, Brief 100.

II 358.

538.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1528. September 12.

Verweisung auf Andreas Eck wegen der Verhandlungen Capitos und Öcolampads in Zürich. Mitteilung der an Bucer gesandten Antwort in Sachen des Abendmahlsstreites. Gesuch des Grafen Rudolf von Sulz.

Gratiam et pacem a domino. Ab Andrea Eccio iam accepisti, quid Capito et Oecolampadius apud nos egerint; attamen summam ipsam nescio an secum attulerit. Ea est in hunc modum ad Bucerum perscripta fusius:

Credimus, evangelistarum et Pauli verba de cena[a)] domini vera et simpliciter accipienda esse, ut per spiritum dicta sunt.

Hinc fit, ut credamus, Christum vere esse in cena[a)], quomodo dictum est, quod in medio duum aut trium sit, qui in nomine eius convenerint, non tamen in pane neque in adsumpto pane neque in se converso pane adeoque neque naturaliter neque corporaliter unitum pani, sed religiosę, nudę, purę ac innovatę menti, idque sacramentaliter sive mysterialiter.

Eadem summa concisius:

Fatemur Christum vere et sacramentaliter in cena[a)] pręsentem nudę animę puręque menti, ut Chrysostomus loquitur, sed non in pane neque pani unitum.

Porro cum Lutero et illius ecclesiis in verba Niceni concilii, quę super cena[a)] domini sancierunt[b)] et nunc in dialogo Oecolampadii nuper edito exstant[c)], conspirare eademque palam nostris ecclesiis adseverare haud gravabimur, modo liberum permittatur, ut quisque ea interpretetur pro captu ecclesię iuxta acceptum donum; nam de industria semper uti inexplicatis et obscuris, ut non facit ad ędificationem, ita in ecclesiis ne fiat, spiritus domini per apostolum Paulum cavit[d)]. Hęc igitur condicio[e)]

diserte adponatur, si Nicenum decretum idoneum concordię medium visum fuerit. Cętera vale et vigila. Hoc solus scito: Rudolphus comes a Sultz oravit Heboldum Salodurensem, in hoc sit, ne ulla a nostris oriatur insurrectio; nam alias Germaniam tumultuaturam et actum esse de Cęsare etc. Vera scribo. Vide quid sit, quod Bucerus timet. 12. Septembris.

H(uldricus) Z(vinglius).

Domino Vadiano etc.

a) „cœna". — b) „sanccier-". — c) „ext-". — d) Am Rande — zum ganzen Absatz gehörig —: „Consensimus et in hanc condicionem". — e) „t" für „c".

[1]) Vgl. I, Brief 100.

539. II 361.

Konrad Gäldrich[1]) an Vadian.

Ravensburg. 1528. October 9.

Bericht von der Vereidigung des Apothekers Christoph Widmann und seiner Hausfrau über das Eigentumsrecht an einen verhefteten Becher.

Dem würdigen unnd hochgelerten herrn Ioachim vonn Watt, der rechten doctor, stathallter der stat zu Sannt Gallenn etc., empüt ich Conrat Gäldrich, der zit statamman zu Ravenspurg, mein früntlich willig diennst zuvor und thun E(wer) W(ürden) zu wissen, das uff hüt vor mir unnd gesessnem rate der stat Ravennspurg erschinen sein Cristoff Widman, appentegger, sampt seiner elichen husfrawen Sophia, burgern alhie, unnd haben erstlich einen gerichtsurtailbrieve von euch, auch clein unnd groß räte der stat daselbs zu Sannt Gallen versigelt ausganngen, derglichn ein ewer missif, des datum Mitwuchs nach Michaelis im acht unnd zwaintzigisten jar, daruff zu verhören eingelegt. Unnd als nu sölichs alles gelesen worden, haben sy inen redenn lassen, sy möchten inhallt der erganngen urtel und sovil die irthalb thete, warlich und wol betüren und nachkomen, mit bite, ain rat welte sy deshalben, wie sich gepürt, vertigen und sy dann demnach des mit gloplichem schein versehen. Also in ansehung der billichen recht hat inen ein rat die urtel widerumb offennlich verlesen lassen des innhaltz:

Also haben wir uff clag, anntwurt red unnd widerrede im weisungbrieff begriffen, auch verherung der kundtschafft und allem fürtrag zu recht erkenndt, das die hefftere vilgedachten becher hinder mich obgemelten stathallter in namen eins rats als zu gemainen handen legen, da er dann vierzehen tag die nechsten ligen unnd daruff den hefftern zugelassen

sein sölle, in denselbigen nechsten vierzehen tagen, ob sy mugen oder wellend, dartzebringen, das sölicher becher dem appentegger zu Ravenspurg oder seiner husfrawen von Iosen Schappeler oder jemand von seintwegen bezalt seye; und so sy das thun mugend oder wellend, das den darumb füro geschechen, das recht sey. So fer sy aber das nit thun mugend oder wellend: ob den der appentegger zu Ravenspurg und sein husfraw baide vor ir oberkait bey iren aiden unnd trewen, wie recht ist, beheben und gereden mugend, das inen für sölichen becher weder von Iosen Schappeler noch niemand von seinetwegen weder gelt noch geltz wert worden seye, das sy des so vil geniessen, das inen sölicher becher zu iren handen gestelt und geben werden sölle etc.

Also nach verstendiger leßung sölicher urtel sind die baide egemechit dargestannden und daruff mit uffgehepten vingern und gelerten worten ainen aid leiplich zu got und den hailigen geschworn.

Haben also damit, was inen nach crafft und vermugen vorangeregtem urtel zu thun ufferlegt, hiemit also offenlich, wie recht ist, volfůrt, betürt und behept. Und dem allem nach schick ich E. W. uff ir beger dise kundtschafft der aidbetürung, mit meins aman amptsinsiglt versecretiert, hiemit verslossen zu und erpüt mich zu E. W. dinsten altzit gutwillig. Datum Fritags nach Francissci, anno etc. XXVIII.

Dem würdigen unnd hochgelerten herrn Joachim von Watt, der rechten doctor, stathalter der stat Sannt Gallen etc., meinem lieben hern und fründt.

Die Bedeutung der übergeschriebenen Zeichen — fast durchgehends das gleiche — ist höchst unsicher.

[1]) Von *Konrad Gäldrich*, Stadtammann zu Ravensburg, liegt nur dieses Schreiben vor.

II 362.

540.

Joachim Vadian[1]) an Ambrosius Blaurer.

St. Gallen. 1528. October 19.

Dank für übersandte Bücher und Versicherung seiner Bereitwilligkeit zu Gegendiensten. Er bittet Blaurer, sich beim Buchhändler in Constanz zu verwenden, dass dieser den ihm auch als Geschenk zugekommenen Clemens gegen einen Codex Theodosianus zurücknehme. Klagen über die Denkart und das Verhalten des Abtes von St. Gallen, der die Schirmorte zu feindseligem Verhalten bestimmt und die Burg in Rorschach mit Waffen und Lebensmitteln versieht. Freude über die Festigkeit von Zürich und Bern. Die evangelische Predigt in Rorschach durch Jakob Rheiner. Beseitigung der Bilder in Glarus. Flucht des Abtes von St. Johann im Toggenburg über den Rhein.

S. Libros illos, quos cupiebam ad me mitti, accepi, Blaurere ornatissime; nec est, quod magis velim, quam promerendæ gratiæ tuę

occasionem nobis dari, quo certius de meo erga te promptissimo animo periculum facere posses. Interim autem, dum illos exspecto[a], casu mihi Clementem attulit e Tiguro tabellio quidam, ab amico missum muneris loco, quę causa est, ut illi vestro bibliopolæ suum remittam, modo suum velit agnoscere post pactam emptionem. Id tu, puto, facile impetrabis; nam et pecuniam mitto numeratam, nec aliud velim quam ut Theodosianum codicem huius lo*co* . . . . rit[b] allatus) ad me curet perferendum. Quod si pluris hunc ęstimarit[c], non gravabor, quicquid est æris adiicere summæ, quo hominem habeam placatiorem. De abbate nostro putabam istic[d] notiora omnia, quam ut referre esset opus. Sui similis est, hoc est contumaciter impius, præfractæ spei, perniciosæ[e] et prodigæ diligentiæ, quantumque in homine est situm. Puto, vellet primos quosque et valentissimos de tutelaribus illis suis Helvetiorum pagis etiam largitione corruptos, quo vehementius tueri impietatem, opes regnumque illius pergerent. Audio, plurimum illi spei situm esse in eo . . . . den octavo Kalendas[f] Novembres celebrabitur. Confidit enim in brachium carnis et cum Iunone illa Maroniana mussitat: Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo. Nam quod ad scripturas et veritatem attinet: cum hostilia et præsentem mortem intentantia cernat omnia, iamdudum despondit animum. Roschacensem arcem ferunt eum et armis et commeatu instruxisse. At vero quid in arce præsidii siet, si tutores illum sui, quorum arx est, non iuverint? Sunt, qui existiment, id eum consilii cepisse, quo rumorem spargeret de pecunia sua et reliquo thesauro velut illa arce contentis, quam ea causa . . . . munienda esse ducat, quod sane mihi verosimile est. Est e*nim* . . . . versuto nec minus avaro et ad id genus strategemata excogitanda celerri*mo*[b], etiamsi parum sit in caussa iniqua profecturus; nam si ita necessitas postul*at*, certum est esse alicubi, quorum indicio de re universa, immo[g] vero et de reco*nditis* hominis consiliis omnibus certiores fieri possent, quorum interest. Sed hæc tibi ut optimo amico refero calamo, ut ne interim in vulgus ist*ic*[c] manent, sed paucis hisque fidis concredantur. T*ig*urinorum et Bernatium constantia nihil nobis a proxime futuris comitiis non pollicetur, neque admodum dubitamus, quin impii etiam veritati sint cessuri, quo et quieti se d*e*dant et aliis viis suum quærere commodum possint. Roschaci abbate etiam invito et minis mulctisque fulgurante Christus prædicari miro pleb*is* consensu cœptus[h] est. Iaco-

bum Rinerium, et doctum et facundum iuvenem, ill*is* rogantibus veluti precario misimus, ne uspiam occasio veritatis propag*an*dæ intercideret. Interim illi de ministro legendo, qui ad hoc sanctissim*um* munus quam maxime commodus existat, nil curæ diligentiæque intermittunt. Glarona nuper templum suum ab idolis repurgavit et eximia cottid*ie* magis magis fundamenta iacit Christi colendi, ut amplius ambige*n*dum non sit, quin per domini gratiam celeberrimum illum pagum in fide si*mus* habituri. Abbas S. Ioannis apud Doggenburgios trans Rhenum prosil*uit* agitque iuxta Veldkirchium in nescio qua villa sua; cui quid in animo s*it*, satis indicat fugæ celeritas, quanquam non fugisse eum, sed abiisse sui refe*runt*. Faxit deus, ut subversis abominationibus lux evangelii denuo renascentis quam plurimorum animis impertiatur. Amen. Cupio te cum clarissimo fratre Thoma aliisque nostris semper valere optime. Sangalli, XIX. die Octobris, anno MDXXVIII.

Ioachimus Vadianus tuus.

.... viro D. Ambrosio Blau*rero* ...... *apud* inclytam Constan*ciam* Christi ......, domino suo et amico ...... colendo.

a) „exp-". — b) Die grössern nicht ausgefüllten Lücken sind durch Wasserflecken, die kleinern in Cursivschrift ergänzten durch Verkleben des rechten Randes entstanden. — c) „e" für „ę". — d) „isthic" — e) „t" für „c". — f) „Cal-". — g) „imo". — h) „e" für „œ".

[1]) Vgl. I, Register, unter Vadianus.

II 363.

541.

Sebastian Gleiss[1]) an Vadian.

Memmingen. 1528. October 29.

Unter Berufung auf seinen Aufenthalt in Wien unter Leitung Vadians bittet er diesen, ihm durch den Überbringer, Sixtus Dietrich, einen für Ärzte passenden Ort in der Schweiz anzuweisen, da Memmingen mit Ärzten überfüllt sei.

Gratia et pax a deo etc. Præclarissime[a)] domine doctor, nosti, quam divinum iuxta ac pium sit benefacere, quod equidem expertus a te Viennæ[a)], quando plura a te eruditionis commoda hauriebam. Deo autem ordinatore contigit me uxorem duxisse filiam Memmingensem[b)]. Attamen civitas ea medicis oppleta, ut ibidem nondum locum sustentationis habeam. Hinc ad tuam confugio Præstantiam[a)], si quomodo dei optimi nutu locum in Helvetia aptum nosses medico accommodum, idipsum vel uno verbo signares per præsentem Sixtum Dietrich, musices Herculem, mihi ob artis nobilitatem iunctissimum. Fac pro tuo can-

dore boni consulas; me tuis monitis, quantum divinitus debeo et possum, obsequentem persentisces; age modo patronum Christianum. Vale diu suavissime.

Ex Meminga, 29. Octobris 1528.

Tuæ Humanitatis deditus *Sebastianus Gleyß,* doctor, olim tui puxpaum[c] amanuensis.

Insigni ac præclarissimo domino Ioachimo Vadiano, poetæ philosopho ac medico, Helvetiorum gentis decori, ad S. Gallum, domino et patrono unico.

a) „e" für „a". — b) „Meming-". — c) Wohl ein Scherz- oder Cerevisname.

1) Von Doctor *Sebastian Gleiss,* einem vormaligen Schüler Vadians, ist nur dieses Schreiben vorhanden.

542. II 366.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1528. November 17.

Einlässlicher Bericht über einen Auflauf der Gotteshausleute von Interlaken gegen die Herren von Bern, der nach erheblichem Nachlass an Schulden und Zinsen beigelegt worden, dann aber mit Zuzug von Hasle und Unterstützung von Unterwalden neuerdings ausbrach, bis der Auszug der Berner Truppen die in Unterseen belagerten Aufrührer zur Unterwerfung zwang. Vermittlung der Boten von Basel und Luzern.

Lieben brůder, ich weiß wol, das üch belanget, wie doch unser kriegshandel angefangen und geendet sy. Dann das inn gott, der hoptman ist gsin, nach sinen gnaden wol und christelich zerleet (!) hab, hatt üwer herren bottschafft mitt sampt denen von Costentz wol mögen vernämen. Aber von stuck ze stuck wil ich üch die sach anzögen; doch sol es by üch in trüwen behalten bliben; dann als ich acht und venner Manuel anzögt, werdent min herren den selbs im truck lassen ussgon. Erstlich hatt ein probst von Hinderlappen mittsampt sinem capittel das closter, land und lütt, rent und gült in bywäsen der gotshußlüten den herren von Bern übergäben; es habend ŏch die gotshußlütt, so ein eigen paner und fennli habend, von stund an den herren von Bern gschworen und eim lantvogt, dahin von Bern gsetzt, gehuldet. In semlichem nach Georgii habend sy sich gerottet und empörtt, das closter überfallen, ingenommen, spiß und tranck bim huffen eröst und sich da gesamlet, byß das iren 700 worden, und von dannen gen Thůn zogen, der meinung, ein statt von Bern ongewarneter sach ze überzihen. Also sind sy ge-

stillet und wider heim zogen uff trungelich rechtbieten der herren von Bern für die iren von statt und land, und uff den dritten tag Meyen sind von allen graffschafften und herrschafften von Bern botten ze Bern erschinen. Es habend ǒch die uffrürigen gotshußlüt ir bottschafft ǒch ze Bern gehept und also ir ansprach vor räten, burgeren, botten von statt und land fürgewent, ǒch die herren von Bern ir antwurt, und ist die sach dahin kummen, das die herren von Bern ein fürnäme bottschafft von räten, burgeren und acht botten von den fürnämen herrschafften hinuff gen Hinderlappen[a], all spenn und stöß ze besichtigen und die sach zum besten zerlegen, mitt beyder parthyen einhellem verwillgen. Das ist nun beschehen und den puren ein grosse summ nachgelassen an schulden und zinsen und also brieff und sigel uffgericht, mitt hand und mund den bricht von beeden parthyen angenummen und verwillget. In semlichem sind die von Hasle (ist ein sundere herrschafft, vermag 300 man), die die reformation[b] hattend angenommen, wider zů der mess gfallen und ein messknecht von Underwalden inen zůgschickt, die ǒch die Hinderlapper puren widerum an die mäss bracht und ie lenger ie meer ungehorsamett, hin und wider postet gen Underwalden und umher und anher disen verräterschen pfäffer gekochet, biß das die herren von Bern iren schultheissen von Erlach mittsampt zweyen der rätten und fieren der burgeren gen Underwalden gschickt, sy ze ermanen, das sy denen von Bern die iren zů keiner unghorsame uffwysend und sterckind. Habend sy die botten so schmählich enpfangen, inen geflůchet und tröwt, das nitt allein nitt eidgnossest, sunder nitt christelich ist, und also geantwurt: allen altglöbigen, so by mess und sacrament blibend, wellend sy mitt lib und gůtt byston. Also sind dise botten verritten und gen Hasle und Hinderlappen kummen. Habend die puren inen das closter abgefordret und schlächtlich kein zinß und zähenden gen und die mess wellen wider han im closter. Sind si gfragt: ob sy dann wellend zinß und zähenden bezalen, wenn man inen die mess nachlasse? habend sy kein antwurt gäben. Also sind die botten heimgeritten. Und uff Michaelis sind die puren aber ins kloster gfallen, die schwelli einer vischetzen uffbrochen und zerrissen, die unsern herren von Bern järlich 1000 gulden hatt ertragen, und also sich gesamlet, das closter uss inen bevogtet und alle empter versähen. In semlichem habend die herren inen zůgschriben: ob sy um sölliche fräffne misshandlung inen zum rechten stan wellind vor

den iren von statt und land uff Sunnentag vor Simonis und Iudę ze Thûn? Habend die puren den herren kein antwurtt gäben, sunder sich lassen mercken, dess handels lieber für die 7 ort dess alten globenß lassen kummen, und indem die von Frutingen, so 600 man vermögend, ŏch die von Aeschi, so 300 vermögend, an sich gehenckt und die von Obersibental, und sich zesammen vereidet, by der mess und 7 sacramenten ze bliben, und hiemitt all evangelisch prädicanten verjagt und iė lenger ie mer geunbillet. Also habend die herren von Bern botten in all ir lanttschafft geschickt, dessen unbillens sich ercklagt und begert inen helffen, sömlichs ze straffen. Also habend vil der lantschafften ir botten ŏch gsçhickt zû den uffrůrigen, sy gebetten, das sy zû dem rechten standind den herren von Bern. Hatt als nütt erschossen, weder das sy ŏch den win am Tůnersee, so gen Hinderlappen, Torberg, stifft ze Bern gehörig, mitt gwaltiger hand hend wellen behendigen. Also habend die herren von Bern 6000 man zû ir paner und schützenfennli usserwelt und uff Donstag vor Omnium Sanctorum mitt dem schützenfennli hinuff gezogen gen Thûn und sich da gerüstet und am Frytag uff dem see und ze land hinuff geruckt byß zû end dess sew [c]. Da sind die ungehorsamen mitt allen iren anhengern im stättlin Undersewen gelegen und die von Underwalden mitt ir baner im closter, all 1600 starck. Also uff den åbent am Fritag ze nacht sind nitt mer dann 300 by dem schützenvennlin gsin und habend den puren ins stättlin enbotten, sy söllend uss dem stättli; dann sy wellind darinn über nacht sin. Indem sind 5 botten von Basel und 2 von Lucern kummen und ilents darzwischend geredt und so vil gehandlet, das die puren uff die nacht uss dem stettlin inn das kloster ŏch gezogen sind, und zû beeden parthyen verheissen, die nacht nütt unfrüntlichs mittenandren ze machen. Also in der selben nacht habend die von Bern ir gschütz hinuff inn das stettli gefertiget, namlich 12 stuck vacckunen, halbschlangen und vil handtgschütz. Es håt sich ŏch der huff gemeeret, das iren by 1000 ist worden. Am Samstag an morgen ist die paner ze Bern usszogen in grosser il. Es habend ŏch deren von Bern lütt im stettlin den selben morgen alles gschütz ussgelassen, darab die ungehorsamen mitt iren anhengern von Underwalden erschrocken und das kloster anfahen blündern und sich der massen in die flucht gschickt, das sy spiess, spiß, harnasch, wyß schlingen, so ir zeichen was, hend fallen lassen. Also sind ettlich von Bern inen nach

geilt, doch sy nitt begeret ze schädigen. Also ist die paner ŏch hinuff kummen uff Omnium Sanctorum ze nacht, und uff mentag darnach habend die von Frutingen und Äsche, so ietz mitt iren fennlin der paner zůzugend, sich gantz begäben und gnad begert; dann sy nitt zůzogen warend dem bösen huffen und also mitt irem zeichen gen Frutingen, Adelboden zogen, götzen, altar und als ussgerüttet, die messpfaffen über das Hanenmoß oder gen Sanen geflöcht und morndes den herren brieff und sigel bracht, sich nimmer meer ze widrigen, och sich erbotten, all ungehorsam under inen helffen ze straffen. Man hatt ŏch uff den selben tag gen Hasle, Brientz, Grindelwald knecht geschickt, die puren ze fahen, den ungehorsamen ir väch genummen, die götzen und altar umkert. Welches sich als verzogen hatt biß uff den Mittwochen. Hatt man ein schlachtordnung gemacht, wirt gschätzt der bär im paner mitt 18 fennli 6000 starck, und in mitten darin gefordret die ungehorsamen gotshußlütt und Hasle, sy da von enandren gsündret, gůttwillig an eins und bößwillig an das ander ort. Also hatt der hoptman, schultheiß von Bern, ein träffenliche reed mitt den unghorsamen gethon, die paner und fennli, sigel, lantrecht und fryheiten von denen von Hasle und gotshußlüt gefordret und ettlich artickel inen fürgehalten ze schweeren, welches alles si thon habend und uff die knüw[d] gefallen und gnad begert; den gůttwilligen under inen, die von hus und hoff, wib und kind hend můssen wychen, deren von Hasle 80 warend, den selbigen verheissen, ir stanthaffte nimmerme vergessen. In summa: da ist vil gehandlet, das ich nitt weiß. Iedoch uff Mentag vor Martini ist die paner inzogen ze Bern und hatt man die paner und fennli von Hinderlappen und Hasle uff den rossen dem hoptman nachgefůrt; doch denen von Hasle den ghorsamen ir paner wider gäben und die ungehorsamen nimmerme ze keinen eeren bruchen. Man hatt ŏch ein vogt gen Hasle gsetzt, vor dem sy vorhin gefryet warend; denne so ist Jacob Wagner lantvogt worden ze Hinderlappen. Es sind ŏch in allem züg gsin 1200 handbüchsenschützen. Und ist also uff dise stund im gantzen bernbiett die mäss gstorben, ussgenommen Obersibental, hatt vier pfarren; da ist die ein schon von der mäss gstanden, die andren dry haltend noch mess. Wir sind aber gůtter hoffnung, sy werdint fast in kurtzer (zit) gehorsamen. Es sind ŏch Friburg und Soloturn, so ein sunder burgrecht mitt denen von Bern, gemant worden. Habend noch nie sich erlütret, ob sy dem burg-

recht gnůg wellind thůn oder nitt, sunder, als das gschrey ist, ein uszug gethon. Sind aber die iren nitt willig gsin ze zihen, ja ŏch ettlich sich dess erlüteret. Es hend ŏch die von Lucern, Schwytz, Uri, Zug für die von Underwalden betten; habend inen die von Bern kein antwurt gäben. Was gott wyter handlen well, söllend wir erwarten. Hiemitt syind gegrůst, Vadianus, Cristannus Fridbold, Iuvlinus, Dominicus Zilinus ceterique[c] omnes. Bernę, 17. Novembris, anno MDXXVIII.

Berchtold Haller.

Viro prudentissimo Ioachimo Vadiano, apud Sanctogallenses consuli, maiori suo summopere observando.

a) „geschickt habend" oder etwas Ähnliches ausgefallen. — b) „referm-". — c) „e" mit übergeschriebenem „v". — d) „knnüw"? — e) „cęt-". — Der Verdoppelungsstrich auf auslautendem „m" blieb auch hier unbeachtet; vgl. die Anmerkung am Fusse von S. 107.

1) Vgl. II, Brief 434.

II 367.

543.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1528. November 17.

Freude über den Beitritt der Stadt St. Gallen zum christlichen Burgrecht und über die evangelische Predigt in Rorschach. Gesandtschaft von Strassburg und Basel nach Bern, um Hilfe und Beistand zuzusichern. Veräusserung seiner Tafeln. Bericht von Druckschriften, welche zur Zeit in Basel unter der Presse liegen. Übersendung einer Zuschrift Öcolampads an die evangelischen Prediger im Basler Gebiet.

S. Litteras tuas, consultissime vir, IX. Novembris die datas, 16. accepi, multis nominibus mihi gratissimas: primum quod bonam tuam et meorum valetudinem annuntiant[a]), deinde quod eius civitatis facti estis municipes, cuius salus non ab homine, sed dei verbo, quo cuncta facta sunt, cuius et virtute cæli firmantur, pendet; propterea nemini dubium, quin perpetuum sit eius civitatis imperium. Speramus fore, ut brevi impetus irrumpentium hanc dei civitatem lætificet; nec minus congratulor, patriam meam verbum dei recepisse. Deus faxit, ne in vacuum gratiam dei receperint, ut et vita exprimant, quod ore fatendum acceperunt. His diebus nobilis Argentinensium legatio non minus 12 equis affuit, senatum nostrum magnificis pollicitationibus salutavit. Hinc una cum nostris legatis Bernam abierunt, illic forte pro sua virili tumultibus et seditionibus consulturi. Nos autem (in aurem) accepimus, eos Bernam esse missos, ut Argentinensium benevolentiam erga hanc (de quo prius) civitatem testentur, ut scilicet fortiter per dominum in instituto pergant, se eis minime defuturos, sed adiuturos, si opus fuerit, ingenti vel pecuniæ[b]) vel fru-

menti aut militum copia. Dictu mirum est, quam nos exhilararit hoc nuntium[c], et quis non summo gaudio gestiat, nostro sæculo corruptissimo tanta adhuc veritati ac pietati superesse patrocinia. Hæc autem — non dubito — ex diæta Bernensi apertius intelliges. Tabulas meas distractas velim; sed quando aliter fieri nequit, moram æquanimiter ferre oportet. Officinas litterarias omnes, quo tibi morem gererem, perlustravi. In officina Frobeniana, cui nunc Hieronymus[d] Frobenii et Hervagius Argentinensis præsunt, sub prelo habent Augustini opera, ut nosti, ante festum pascatis vix absolvenda; opera Senecæ iam secundo ab Erasmo Rotherodamo emendata et annotationibus illustrata. Andreas Cratander noster opera Cyrilli[d] absolvit, item Epiphanium de vitis prophetarum, Sophronium de vitis evangelistarum cum nonnullis aliis Gręce et Latine. Sub incude habet opera Galeni, ab eruditissimo versa, orationes omnes Isocratis, Lonicero, si probe teneo, interprete, quæ ad proximas nundinas Francofordianas expedientur. Heinrici Petri prelum hæc premit: cronicon Eusebii, cronicon Bedæ, Contractum, Philistium de omnibus hęresibus — auctores[e] sunt, ut ingenue fatear, mihi incogniti —, item Cassiodorum, Lanfrancum contra Berengarium, omnia ferme historica[f] etc. Epistolam tibi et fratribus legendam mitto, qua Oecolampadius noster cooperatores nostros in evangelio dei per agrum Basiliensem hincinde constitutos adhortatur. Vale, XVII. Novembris, anno XXVIII.

Marcus Bersius tuus.

Vigilantissimo reipublicę *Sanctogallensis* autistiti, domino *Ioachimo* Vadiano, domino suo cum primis observando.

a) „anunc-". — b) „pecc". — c) „c" für „t". — d) „i" für „y". — e) „aut-". — f) „hyst-". — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. oben, Brief 508.

II 368.

544.

Hans Grütter[1]) an Vadian.

Rickenbach. 1528. December 1.

Begleitschreiben zu einer Sendung Korn.

Min wilgig dienstt zůvor. Lieber her burgermaisster, wie ier mitt mier gerett von dess kernen wegen, den schick ich üch als fil als 3 mutt Wil meß; das (?) . . . kasttett 4 gl. 6 krützer. Das geben mim schwager Staffell und die zwen seck, und bitt üwer wisshaitt, ier wellen vergůtt hain; den

ich haib min bestt gethůn. Nüt mer, den sind gott bevollen. Dattum ain Zinstag nach Santt Aindereas tag, im XXVIII. jar.

Hans Gruitter, wirtt zů *Richenbach.*

Ich haib verstanden, es gang ettwas unwillen über mich us by üch; ist es müglich, so schriben es mier.

Dem ersamen und wissen burgermaister von Watt, minem lieben güner.

[1]) Vgl. III, Brief 111, Anhang, dessen Anmerkung entsprechend zu berichtigen ist.

545. II 369.

Hans Konrad Escher[1]) an Vadian.

Zürich. 1528. December 4.

Bericht über Abmachungen mit der Verwandtschaft in Maienfeld wegen des Erbgutes einer in die Familie Heiratenden, und Bitte, diesem Abkommen beizutreten.

Min gantz willig dienst zůvor. Lieber herr schwåger, wüssend, das uff donstag nechst verschinen dry von der früntschaft von Meyenfeld gen Zürich kommen sind von Effrassina wegen und zů schwoster (!) Barbla und zů mir kommen sind und an uns begert hand, das wir inen[a]) unsere früntschaft versamlen wettind. Das hab ich nun mit gantzem fliß gethån und hab sy in einer halben stund versamlet uff den gemeltnen tag. Da ertzoigtend sy uns ire befelch, namlichen was ir by inen gehandlet hettend und was daruf ein früntschaft zů Meyenfeld ze ratt worden was. Zum ersten was ir meinung, mit uns ze handlen und ze rat werden, und zum ersten (?) zöugtend sy den artickel an, das es einer früntschaft will und gefallen were und das můßte ǒch sin und wettend es ǒch gehept han, das des bäßlis gůt ze Meyenfeld beliben můßt und můßte da dannen weder verkoufft, gezogen nach verrenderet werden, es were dann sach, das sy by einandren kind überkemmind, so wettind sy dann innen das gůt gern und mit gůttem willen vervolgen låssen; doch der zinsen halb die wellend sy inen alle jår gůttigklichen überantwurtten on alles verhindern. Dann wo ir inen semlichs nüt verwilgettind, so wurde ein grosser unwyll daruß entspringen und gantz und gar nüt uß der sach werden, sy hettind einandren gnan oder nüt; aber so ferr und ir inen in dyssem artickel verwylgen wettind, so wettind sy sich willig finden lassen. Wytter begerttend sy unsers ratz, wo man die eetetting volstrecken wette, damit und die sach ze end gebracht wurde. Also sind wir under einandren ze rat worden, ir begeren were nüt untzimlich. Zum

ersten des gůtz halb also wurdend wir ze rätt, das es ein zimlich begeren an üch were und üch in dem nüt speren nach werren söllend uff ire fruntliche erbiettung, das sy inen jerlichen denn zins wettind vervolgen lassen. Also hand sy mir in befelch geben, üch ir meinung ze schriben und üch uff das allerfrüntlichest bätten von ir aller wegen, das ir üch in dyssem artickel nüt speren wellend, diewil Effrassina früntschaft so gantz geneigt und gůtwillig ist; und fürwar, herr schwager, so wüssend, das wir zů Zürich ǒch gantz gůtwillig und bereyt sind, soferr und dysserr artickel ein furgang hat. Der tagsatzung halb sind wir under einandren ze rat worden, ich sölle üch das ze wüssen thůn mit einem botten und üch schriben, das ir üch ein tag setzind gen Meyenfeld, zum fürderlichesten das sin mag, on vertzug, das man da den handel beschliesse. Zum ersten sond ir es der früntschaft gen Meyenfeld ze wüssen thůn zwen oder dry tag vorhin, wenn ir gen Meyenfeld kommen wellend, damit und sy die früntschaft versamlen mögend, das ir nüt lang in costen da liggen můssend. Deßglichen ist der früntschaft will hie zů Zürich, das ir uns semlichs ǒch ze wüssen wellind thůn by dissem botten, und weß ir hinuf begerind mit üch ze handlen, denen söllend ir es ǒch ze wüssen thůn; dann wir sind des mit einandren eys worden, das ir von der früntschaft hie zů Zurich ǒch einen oder zwen, oder so vil üch gůt bedunckt, forschen söllend, so werdend die selbigen von Zürich den nechsten gen Meyenfeld ritten und ǒch uff die zyt darkommen, wenn ir da sind und das man die sach zů gůttem end bringe; dann bed früntschafften wend in der sach handlen. Darumb, lieber herr schwåger, so lassend üch gůtlichen finden; das wirt ǒch zů beden sytten beschächen. Vorab lassend üch in dem ersten artickel gůtwillig erfinden, so wirt die sach, ob got will, zů gůttem end gebracht. Wytter, herr schwager, so schickend der schwoster ǒch ein roß, damit und sy das thůch zum schnider füren könne; und ist ir ernstlich bitt an üch, das ir in dyssenn artickel verwilgen wellend des gůtz halben, als ir iren und uns zůgesagt hand. Nit mer, dann got sig mit üch allen, und ich sol üch alle vast grůtzen von der brut, der frow schwiger, der schwester Barbel, von miner frowen, und sond der brut die hochtzyt zürüsten. Geben uff Fritag vor Nickolæ, im 1528. jar.

Hans Kůnrat Escher,
burger *Zürich,* uwer altzyt williger diener.

Ich hab mich geflissen in allem dem, so ich hab können und mögen, und wil es, ob got wyl, wytter thun in allem dem, so ir an mich begerend.

Adresse fehlt.

a) Die Worte „zum ersten (?) . . . will" stehen auf einer halb gelöschten ersten Eintragung; doch ist deswegen nur „ersten" unsicher. — Ein über „inen" und „denen" angebrachter Abkürzungsstrich blieb unberücksichtigt, ebenso ein übergeschriebenes Zeichen für „r" bei „der" und „under".

¹) Von *Hans Konrad Escher* liegen 12 Briefe vor aus den Jahren 1528—1548.

546.

II 370.

Ulrich Zwingli¹) an Vadian.

Zürich. 1528. December 9.

Das Vorgehen der Berner. Der Tag zu Einsideln in der Sache Diebolds von Geroldsegg. Eine Schrift des Dr. Eck zur Berner Disputation. Bevorstehende Ausgabe des Jesaias. Empfehlung des nach Rorschach geschickten Ulrich (Utz) Eckstein.

Gratiam et pacem a domino. Apud nos novarum rerum nihil tanto pondere[a] volutatur, ut vos magnopere referat scire, quam quod Bernenses mihi videntur pro sua dignitate nodum hunc quemadmodum Alexander Macedo Gordium dissecturi. Tyranni enim isti immontani fatis nimirum sic trahentibus, neglecto omni humano sensu, in diem violentiores sunt. Audi ab Huldricho[b] nostro²), quonam modo dies Eremum Geroldseggii causa dicta transacta sit. Vos ergo accincti estote, sed dissimulanter. Qualem Eccius librum ediderit[c] in disputationem Bernensem, iam ex aliis abunde intellexisti. Isaias noster sub prelo[d] nunc gemit, cruces imperitorum hominum, immo[e] Hippolyti rhedas, cum prodierit, experturus, nisi fortunatius omnia cadant, quam nobis Pellicanus promittit, etiamsi opera ei probetur. Roscachensibus Huldrichum[b] Acrogonięum hac potissimum causa misimus, quod multis malis exercitus est ac simul multa vidit. Iudicio pręstantior est quam eruditione, quamquam et illa maior est felicitate[f]. Hic cupit tibi per nos commendatus esse. Fac igitur et Mario eum commendes meo nomine, non iam ut caput debentem et animam, sed ut vicinum; opus enim est his hominibus consilio, quod apud vos et amplissimum senatum vestrum nunquam non numeratum inveniet. Vale et salutatis fratribus ac amicis constantiam per omnia inculca; hac enim perrumpemus. Tiguri, 9. die Decembris 1528. *H(uldricus) Zvinglius* tuus.

Ioacimo Vadiano, consulari apud Sanctogallum viro, domino suo cum primis colendo.

a) Aus „tanti ponderis" corrigiert. — b) „y" für „i". — c) „ędid-". — d) „pręlo". — e) „imo". — f) „fœl-".

¹) Vgl. I, Brief 100. — ²) Wohl von Ulrich Kambli, einem der zürcherischen Boten am Tage zu Einsideln.

II 371.

547.

Martin Seger[1]) an Vadian.

Maienfeld. 1528. December 18.

Dank für die Einladung zur Hochzeit Davids von Watt und Entschuldigung seines Ausbleibens. Er kann wegen Schulden seinen Anteil nicht in barem Gelde schicken und will dafür Silbergeschirr schicken.

Hochgelertter unnd erenvester, gunstiger lieber her unnd brůder, ich sye ü(wer) Hochgelertte mit erpiettung aller erenn ze dienen bevolhenn. Üwer schriben dye hochzitt üwers liebenn brůders unnd Efrosina betreffennt hab ich mit aller inhalttung vernommen. Sondt ungezwiffelt sin, wo sölich tagsatzung also nit in ill gesetzt were, weltt ich nit usbeliben sin, sunder erschinen. Aber dye löff sindt jetz seltzem. So ist daz vest ze nach, daz ich nit kommen mag; wiewol ich ermessen kan, an mir nit vil gelegen ist. Nichtt dester weniger weltt ich gern ain mal ze Sannt Gallenn sin; weltt daselbs mit gůtten gesellenn unnd insunders mit hoptman Ambrosi gesprech haltten. Pitt üwer Hochgelertte, an mich nit zürnen. Gedenck wol, ir werdent noch ain mal zů unns, emalen dye ding recht gelegkt werdennt, kommen; wil ich dann daz best thůn. Der allmechtig welle denen zwayen emenschen ain gůtten anfanng, bessers mittel unnd daz allerbest endtt verlichen etc. Gunstiger lieber her, ich můs üch min anligennt nott clagen, daz ich in minen altten tagen in unnütze spil gevallen unnd awenig in schulden kommen bin. Weltt üwer Hochgelertte zů dem allerhöchsten als minem gunstigen lieben herenn pitten, mir um 100 gl. solicitieren. Weltt ich üch hinabschicken fur 150 gl. silbergeschier unnd gulden ring; weltt ain jar lang darvon, waz sich gepurtte, zins gebenn; weltt sölichs, wo eß sich begebenn wurde, mit minen armen diensten um üch ungespartt verdienen unnd haltenn unvergessen. Ich weltte wol zů Chur oder Velttkirch uff dye pfrundt vinden ze entlichen; so wellt ich eß gern haimlich haltten. Ob ir semlich geltt überkommen möchttennt, so schickennt mir in il ainen aignen potten, so wil ich dem selbigen dye pfanndt gebenn, unnd ob ettwas nüws von Baden by üch were, schribt mir.

Damit sindt gott bevolhen; gruössen mir Ambrosin. Datum Mayenfeld, am 18. tag Decembris, anno etc. XXVIII.

Üwer williger *Martin Seger*.

An den hochgelertten, erenvesten unnd frunem (!), wisen Joachim von Watt, minem *in*sunders günstigen lieben *herenn* unnd fründtt etc.

[1]) Von *Martin Seger* ist nur dieses Schreiben vorhanden.

548. II 370.

Ulrich Wolf[1]) an Vadian.

(Maienfeld?) 1528. December 18.

Dank für die Einladung zur Hochzeit Davids von Watt und Entschuldigung seines Ausbleibens. Vadian möge mit den Zürcher Verwandten und seinem Bruder David nach Maienfeld kommen zur Ordnung des Heiratsbriefs und der Geldangelegenheiten.

Min underdenig, wilig dienst zůfor. Lieber her dockter, üwer schriben han ich ferstanden in allem handel. Zů dem ersten, das ich und Oschwald Karly uf die hochzit zů üch komend, sag ich und Oschwald üch und der gantzen früntschafft groß êr und danck. Aber das zil ist ünß ze kurtz; wir sind ouch ungerüst; sunst weltind wir üch wilfaret han. Darum, früntlicher her, bitend wir üch zum früntlichisten, ir welinds von ünß nit zů übel ufnemen. Wo aber es sich aber hiernach in semlichem oder in andrem begäb, weltind wir gůtwilig sin.

Item zů dem andren, von dem hiratbrief gefalt es mir zů mim tail fast wol jetz nach dem hailgen zit, wen es üch am allerfügklichisten wirt sin. Ist min rat, ir mitsamt der ersamen früntschaft zů Zürich fügend üch heruf und beschlüsend die sach, und ist ouch min rat, üwer brůder Dafitt kom mit üch. So wend juncker Patt und ich im gůt rechnog geben und im die sach in sin hand gäben; dan es falend jetz die zins, und sust sind ouch ander gältschulden inzeziechen, das im nott würt sin, selbs zů dem sinen ze lůgen. Nit me, dan got gäb üch allen |gelück und hail. Geben am Fritag nächst for Sant Thomas tag, im XXVIII. jar.

Urich Wolf, üwer altzit wiliger.

Dem hochgelerten, erenfesten, ersam und wisen her Joachim dockter, minem insunder gůt fründ.

[1]) Von *Ulrich Wolf* liegt nur dieses Schreiben vor.

549. II 373.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

(Basel.) 1528. December 26.

Bericht von Unruhen zu Basel, die durch Vermittlung von Zürich und Bern beigelegt werden sollen.

S. Non est omnino vanus rumor, qui apud vos spargitur de turbis nostris. Nam 23. Decembris convenerunt nonnulli ex plebeis professionis nostræ, verum non in magno numero, supplicationem[a]) senatui deferen-

tes, articulatim gravamina quædam deprecantes. Erat autem præcipuus articulus de tollenda contionatorum[b] discordia et missa abolenda. Quod cum rescirent pontificii, mirum in modum exasperati una cum clero, maxime kathedralis ecclesiæ, ad arma concurrunt, occulte tamen. Hunc primum motum senatus aliquo modo compescuit usque ad vesperum et sub noctem nativitatis domini. Veniebant legati Tigurinorum, posteaquam cognoverant scilicet motus nostros; quo cognito pontificii iam altera vice arma, et palam quidem, arripiunt. Quæ cum nostri viderunt, nihil cunctando, alter alterum adhortando et ipsi armati conveniunt, tres domos zunfftarum occupant, et licet multo maiorem copiam haberent quam adversarii, quod et nobis summe necessarium est, nihil tamen neque præter decorum aut christianam modestiam admiserunt. Tandem ipso die Ioannis evangelistæ ad instantiam[c] et petitionem senatus deliguntur ex tota contione[b] 30 boni cives, qui cum senatu, opera et consilio Tigurinorum et Bernensium, rem componant. Hæc hucusque acta sunt. Deus faxit, ut omnia ad suam gloriam et publicam tranquillitatem cedant. Amen. Mutianum alio tempore mittam; iam enim non licuit. Vale. 26. Decembris, anno XXVIII.

Marcus Bersius tuus.

Doctissimo prudentissimoque Iachimo (!) Vadiano, domino apud Sanctogallum.

a) „supl-". — b) „conc-". — c) „-ciam". — Durchgehends „e" für „æ".

[1]) Vrgl. oben, Brief 508.

II 377.

550.

Sebastian Appenzeller[1]) an Vadian.

Zürich. 1529. Januar 6.

Gratiam et pacem a domino. Nolui committere, ut, quandoquidem ad vos profecturus erat iuvenis ille consulis Augustani Huldrychi Rechlingeri filius, patri cognominis Huldrychus Rechlingerus iunior, eum tibi non signarem atque ostenderem. Parens enim eius, sive id notum tibi est sive minus, absque omni controversia Augustanorum omnium piissimus et sanctissimus est secundum publicos honores, quos tam prudenter et fideliter gerit, ut auctoritatem[a]) hominis evangelii hostes revereantur. Quicquid ergo honorum illius filio datum fuerit, cum patri non liceat, ad nos, quibus plus quam candide favet, impensum credemus. Adde, quod uxorem habet iuvenis, quę non parvam necessitudinem apud vos comprehendit. Non hoc ago, quasi vos sim exstimulaturus[b]), sed ut tu te illi exhibeas; forte enim fortuna mentio tui domi nostrę incidebat — verbo absit — magnifica. Ibi cum te miraretur, aiebam, quandoquidem esset Sangallum profecturus, cuperetne ordiri tecum amicitiam[c])? Orabat anxie, ut se tibi commendarem. — Ex bello hoc habemus: machinis frangunt arces quasdam Bernenses; interim pax concinnatur satis — quantum video — segniter. Spero nostros victores redituros, quod simulatis Cęsaris minis personam aliqua saltem parte detrahet, quam quidam videre dissimulant. Vale et, quod soles, bene spera et consta pro tuo more. Tiguri, 14. die Octobris 1530.

Huldricus Zvinglius tuus.

Salvi sint Christiani et Sebastiani omnes.

Clarissimo viro Ioacimo Vadiano, Sangallensium consuli, domino suo cum primis colendo.

a) „aut-". — b) „ext-". — c) „c" für „t".

1) Vgl. I, Brief 100.

622.

III 34.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1530. November 5.

Freude über den Empfang eines Briefes. Ungewissheit über die Absichten des Kaisers. Klage über die Haltung des Rats, insbesondere bei Bestrafung der Blasphemie des Stubenknechts der Chorherren. Teurung in Italien.

Gratiam[a)] et pacem Christi. Litteræ tuæ, vir candidissime, magnæ mihi fuere deliciæ, hac maxime causa, quod iam diu desideratæ sunt. Quoties enim aut Ioannem Scharnerum aut Mathiam, civem vestratem, salutavi tuis litteris vacuos, concidit animus tristitia[b)], veritus, ne candorem tuum aliqua mearum ineptiarum[c)] offendissem. At nunc, quum silentium suavissimis tuis litteris ruperis, alteras propediem me spero habiturum. Cæsaris tractatus aut molitiones a nullis percipere potui (te Zvinglioque silentibus), nisi ab incertis rumoribus vulgi et papistarum, a quibus hoc Coclei consilium accepi, quod tuæ Humanitati mittere libuit; hac condicione[d)], ut ad proximas nundinas una cum epistola tua remittatur. De evangelii successu quid scribam? Senatus noster amans veritatis videri vult; at nihil minus esse factis probat. Huius tibi paradigma ob oculos penam, his diebus factum. Coniecerant enim in carcerem hominem blasphemum[c)]. Hunc cum sua blasphemia[c)] Germanice tibi describam, ne barbaries mea intelligentiæ officiat. (Der chorherren stubenknecht hat in einem schlaftrunck vor 6 mannen geredt, on alle reytzung, usß frijem, eignen mûttwillen: gott sye ein schelm, böswycht und ein mörder. Unnd als er hierum gestrafft und gewarnet ward, do redt ers noch ein mal, mitt hinzûthûn: ich schyss uff den pfarrer und uff mine herren und uff gott.) Parcat mihi tua Pietas, quod rem fœdissimam coram te recenseam. Quid fecerint aut quomodo plexerint impurissimum hominem, audi. Extenuarunt inter iudicandum audax hoc et immane facinus, quantum potuerunt; postea ad preces quorundam evangelii hostium vita donarunt. Deinde, quum aliqua tamen pœna plectendum putarent, summo conatu laborabant, ne carnificis manus eum contingeret, quatenus toto improperio eum liberarent. Obtinuit tamen hæc piorum quorundam sententia[a)], ut virgis paululum, non acriter cæsus, ext(r)a portam duceretur, dato sacramento nunquam redeundi. Ecce divinæ gloriæ zelatores eximios, iudices diabolica misericordia præditos! Num illi profectui evangelii aderunt? Dico tibi, quod omnem spem posuerim. Utinam alio con-

cedere liceret vel e vivis excedere, ut stolidorum hominum proterviam non perpetuo aspicere cogerer! Ex Insubria nihil audimus, nisi quod annonæ caritas eos adhuc misere divexat. Vale, vir doctissime. Ex Rhætorum[e] Curia, quinto die Novembris 1530. Tuus *Ioannes Comander*.

Eruditione et pietate clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli prudentissimo suoque in Christo fratri primario.

a) „c" für „t". — b) „-cia-". — c) „ę" für „e". — d) „t" für „c". — e) „e" für „æ".

1) Vgl. oben, Brief 468.

III 35. 623.

Rat zu Bischofzell[1]) an Vadian.

Bischofzell. 1530. November 28.

In einem Streit zwischen dem Rate und Einwohnern von Bischofzell wegen Kirchgeräten ist auf den Rat von Zürich ein Schiedsgericht von 4 Mann aufgestellt worden, darunter vom Rate Vadian. Er wird gebeten, am 4. December oder an einem anderen von ihm zu bezeichnenden Tage zum Austrag der Sache in Bischofzell zu erscheinen.

Unnser gůttwillig, früntlich dienst alltzit zůvor. Günstigerr lieber herr und gůtter fründ, es hat sich ain span zůgetragen zwüschen unns ains und den edellüten, unnsern hindersässen, und ettlichen irn mittverwanndten annders tails von wegen der ornaten und kirchenzierden etc. Darumb wir unns uff ernstlich ansůchen der gestrengen, fürsichtigenn, ersamen und wysen hern burgermaister und ratt der statt Zürch, unnsern günstigen herrn, zů gůtlicher, unverbundner hanndlung uff vier unbartysch man, dero jeder tail zwen verordnen sol, begeben und veranlast, und haben zů unnserm tail üch als für ainen ernenten etc. Und lanngt deßhalb an üch unnser früntlich bitt, ir wöllen zů fürdrung fridens und gůtter früntschafft üch der sach beladen und annemenn und uff Suntag znacht vor Sant Niclaus tag nechst oder, wo üch das uß ursach nit gelegen wär, uff ain anndern tag, den ir unns by unnserm stattschriber anzaigen mögt, hie zů Bischoffzell erschinen wöllen, morndes, wie sich gepurt, zů hanndlen. Das begern wir umb üch früntlich und gůttwillig zů verdienen. Und wiewol wir unns abschlags nit versechen, noch dann begern wir by disem botten anntwurt. Datum Menntags vor Andree etc. XXX. Die rätt zů *Bischoffzell*.

Dem vesten, hochgelerten, fürsichtigen und wysen herrn Jochimen von Watt, burgermaister der statt zů Sant Gallen, doctor, unnserm günstigen lieben hernn und gůttenn fründ.

[1]) Vom *Rate zu Bischofzell* liegt nur dieses Schreiben an Vadian vor; ein anderes aus dem Jahre 1541 ist an Bürgermeister und Rat zu St. Gallen gerichtet.

624.

XI 92.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1530. December 10.

Verschiedene Nachrichten.

S(alutem) et pacem a Domino. Dum alia aliorsum me vocant negotia[a)], ornatissime Ioachime, ecce compellat me ante ostium[b)] domus vicinus tuus, vir, quantum facie iudicare potui, optimus. Extorquet, ne vacuus ad te redeat meis literis, quo videas, tuas a se mihi redditas. Non igitur potui negare, tametsi nihil sit rerum novarum, quibus te vel gravare vel consolari possum, quam id, quod de Glarona accepimus, victoriam scilicet a parte piorum fuisse, deinde Nürnbergenses altaria, missam Germanam ceteraque[c)] abrogasse, quod nimirum vos, qui frequentes ab illinc nuntios[a)] habetis, optime scire poteritis. Interim mire sudamus propter mandatum Tigurinorum ad concordiam item sarciendam inter civitates. Laborat et parturit nobiscum Basilea[d)]. Utinam et tuo impetu plures alii! Formidant nonnulli Cęsarem nimium cum suis nobis vicinum. Tu igitur, dum poteris, longius scribas; nam vix brevia hęc illota ad te dare potui. Vale. 10. Decembris.

Tuus *B(erchtoldus) H(allerus)*, Bernas.

Ornatissimo viro Ioachimo Vadiano, a consiliis urbis S. Gallensis, maiori suo summe observando.

a) „c" für „t". — b) „hostium". — c) „cęt-". — d) „ę" für „e".

[1]) Vgl. III, Brief 434. — Das Jahresdatum ist nicht völlig sicher.

Nachträge

aus den Jahren 1516—1530.

I. VI 185.

(Johannes) Hessus[1]) an Vadian.

Neisse. 1516. August 24.

Ersucht um Mitteilung einer Grabschrift der Gattin des Kanzlers Kaspar Schlick bei den Karmelitern in Wien. Neue Schriften. Empfehlung eines adligen Jünglings Christoph Otwein.

Sola fides et amicitia[a)].

S. D. Legi nuper, doctissime Vadiane, in Annalibus Germaniæ, Casparem Schlicken, secretarium Sigismundi, Alberti et Friderici, Romanorum imperatorum, Viennæ suum clausisse diem extremum una cum uxore, ducis Silesiæ nostræ filia, ostendique apud Carmelitas ibidem monumentum. Tamen quibus parentibus nata aut quo ex ducatu S(i)lesiæ orta oriundaque, nusquam invenio. Tui itaque officii atque humanitatis erit, ut inscriptionem[a)] sepulchri apud Carmelitas mihi scribas. Quod perfacile agi possit, minime ipse dubito. Habebis ad maiora me semper paratissimum. Divi Hieronymi laudes in dies ardenter exspecto[b)]; scribitur enim, ultimam te iamiam apposuisse manum. Habebis et integrum equidem sanctissimi doctoris officium brevi, meo ductu ac auspiciis a viro clarissimo Græce et Romane[c)] egregie docto conscriptum. — Demum probitas atque virtus nobilis adolescentis Christofferi Otwein, præsentium[a)] oblatoris, facit, ut sine literis meis omnino Viennam ire nolui (!). Tu igitur, humanissime Vadiane, sis facilis atque benevolus, si qua in re tuum implorabit auxilium, immo patrocinium. Nil dubito, cum sis longe officiosissimus in bonos omnes. Vale et vive feliciter cum Pierio tuo grege. Ex Nysa, die divi Bartholomæi apostoli, anno XVI. 1516.

Tuus *Hessus*,
canonicus *Nyssensis.*

Humanissimo viro domino Ioachimo Vadiano, rectorum studiorum professori, max(imo) amico suo. Viennæ.

a) „c" für „t". — b) „exp-". — c) „Romene". — Durchgehends „e" für „æ".

1) Von *Johannes Hessus* (geb. 1490 zu Nürnberg, eine Zeit lang Secretär des Bischofs Johannes Turtzo von Breslau, gest. 1547 als evangelischer Pfarrer an der Maria-Magdalenenkirche daselbst) liegt nur dieses eine Schreiben vor, das sonderbarerweise bei Zusammenstellung der Briefsammlung in das Jahr 1546 gesetzt wurde und uns deswegen erst nachträglich unter die Hände gekommen ist.

2.

Joachim Vadian[1]) an Ulrich Zasius.

Zürich. 1520. Februar 19.

Dank für sein Wohlwollen und für unverdiente Anerkennung an verschiedenen Stellen seiner Commentarien.

S. Cum Tigurum nuper rediissem e rure, quo cum coniuge mea sex totos menses delitui, Zasi doctissime, Zinglius mihi noster singularem tuam erga me, nec litteris antea nec a facie cognitum, benevolentiam significabat. Mox cum prodiissem, meos passim, tanquam postliminio reversus, invisurus, obviam mihi factus Caspar Frigius, sincerissimus amicus meus: Quando, inquit, Zasio nostro toties te salutanti respondes? Obivit, inquam, candidæ munus amicitiæ et amabitur a me, quatenus vel nominis meminisse potero. Id ut bene auspicarer, commentarios tuos in aliquot Digestorum leges commodavit, longe humanissimi animi tui testes[2]). Quibus cum lectis relectisque nihil probare non potuerim vel maxime, id unum tamen legenti verecundiam aspergebat, quod uno et altero loco vere amice magis et pro candidissimo ingenio tuo, quam ipsa duce veritate, de me nescio quid sentis, tanquam de litteris deque iudicio. Merito agnosco humanitatem tuam; quod tribuis, ne agnosco quidem; quanquam ingenue fatear, me tibi vel illius gratia debere. Quocirca de me tibi polliceri potes, quod potero. Scribam deinceps plura; iam non erat otium[a]). Ut tamen officium agnosceres in te meum, præsenti genero tuo non potui non dare ad te vel rudes litteras. Cupio te, mi Zasi, valere optume et rescribere sæpe.

Tiguri, XIX. Februarii, anno MDXX.

I(oachimus) Vadianus.

Doctissimo et humanissimo viro domino Huldricho Zasio, litterarum simul et iuris peritissimo, domino et amico, doctori legum, Friburgi Brisgoiæ.

a) „c" für „t".

1) Vgl. I, Register, unter «Vadianus». — Wir verdanken die Kenntnis und Abschrift dieses Briefes der gütigen Mitteilung des Herrn Oberbibliothekars Dr. Bernoulli in Basel. — 2) Es sind damit ohne Zweifel gemeint die 1518 erschienenen: Lucubrationes aliquot elegantes nec minus eruditæ.

3.

III 22.

Melchior von Watt[1]) an Vadian.

(Rom.) 1520. August 8.

Entschuldigung für sein langes Schweigen. Die Reden gegen Luther und die Bulle des Papstes gegen ihn. Aufträge an die Angehörigen und Bericht über sein Befinden. Ärger des Dr. Kaspar Wirth über Erasmus und alle Poeten der Jetztzeit.

Salutem plurimam.

Monuisti et domi recessurum et tandem per literas absentem, ne in scribendis ad te literis negligens essem. Vix id semper a (me) servari posse animadverto. Scio enim vix aliud, quod mihi molestius sit, quam scribendo eandem cantilenam varie fingendo in diversas epistolas materiam declinare. Excusatum me tibi esse velim. Cum aliquid erit, significabo. Quam rem omnibus fere literis tibi pollicitus, quo plurimum tibi gaudio[a]) essem, careo: mitterem equidem semper aliquid novi. Hodie orationes contra Lutherum, a quibusdam doctis viris in lucem editæ. A pontifice maximo bulla adversus eundem de consilio cardinalium persuasione, credo maxime Eckii, prodiit. Ea ut emerem, non commodum[b]) erat, nec etiam videbaris alias fabulis meis molestandus. Scribo citra leporem, quod forsan meę doctrinæ facultas exigit, pro tempore, ut libet, quicquid in buccam venit, sine ordine, id quod tu plurimum odio habes. Romani divites sunt inter tot odia, simultates et homicidia; vulgus passim in ignota principum negotia[c]); vates ora erigunt. Certum facies me de divinis rebus, non ego te. Parenti dic, ne me molestum habeat; adeo enim mihi ipsi molestus factus sum, ut quidam frequentes[d]) istas meditationes[c]) melancoliæ cuidam barbaræ satis ascriberent[e]). Nuper cum febres paterer, sanguisugis nescio in quæ loca ad fugandas phantasias positis ceu alterum Apulegii asinum cruciarunt. Cupio nostris bene cedere, te cum uxore ac parentibus optime valere. Non ita patrem, ut dominum doctorem[2]) observaret, impellerem, nisi ita vacuum natura viro tribuerit caput, ut statim etiam ab initio[c]) timuerim. In ea sententia[c]) est, qua nil aliud ęque ecclesiæ Romanæ et fidei prodesse æstimet, quam si et Erasmus et ceteri omnes poetarum et oratorum ordines conburerentur. Dicit eos esse, qui venenum melle occultent, undique tabem nutriendo, cum tamen eam prosequi videri velint. Fere nimium scripsissem. Fac ut tum patris, cum tua diligentia[c]) sibi commendatus[f]) sim. Tempore deus, in quem potissimum rerum mearum, ut

certum ducem, aleam pono, me providebit. Disco, licet discere quandoque non iudicer. Nocuit a poeta venisse. Prudentissimum Romana curia et tam inversa capita, quæ certe alteri morię, alteri Erasmo scribendi materiam copiosissimam darent, desiderarent. Domini forsan negotiis[c] tempore prodero, ubi non timendus, qui vel potum vel escam numerabit suis articulis. Vale. 6. Idus Augusti, 20. *M(elchior) V(adianus)* fr(ater).

*Io*achimo Vadiano, poetæ et oratori, *phy*sico oppidi divi Galli fratri *chariss*imo ad manus proprias.

Her doctor Jochim von Watt zuo Sant Gallen.

a) „guadio". — b) „comod-". — c) „ci" für „ti". — d) „frequen" mit Abkürzungsstrich. — e) „ascriben" mit Abkürzungsstrich. — f) „comend-". — Durchgehends „e" für „æ", wo nicht „ę"; „a" und „o" öfters nicht mit Sicherheit zu unterscheiden; die Interpunction ist ganz sinnlos.

¹) Vgl. I, Brief 119. — Das undeutlich geschriebene Jahresdatum ist « 30 » statt « 20 » gelesen und der Brief in unserer Sammlung irrtümlich unter dem 8. August 1530 eingereiht worden. Melchior von Watt ist aber schon am 24. November 1522 in Rom gestorben; s. II, S. 403, Brief 289. — ²) Den Doctor Kaspar Wirth, an den Melchior von Watt in Rom angewiesen war; vgl. z. B. II, Brief 258, und III, Nachträge, Brief 72.

XII 267.

4.

Johannes Fer[1]) an Vadian.

(Sempach. 1523. Frühjahr?)

Dringende Einladung zu einem Besuche in Sempach.

S. p. d. Posteaquam tum humanitatem, tum humilitatem tuam a tui similibus video probari, etiam[a] atque etiam[a] omnes uno ore omnia bona dicere, vir integerrime, sum equidem tui cupientissimus. Quoad potes, adlabora, quam cito tibi commodius sit, ad Sempachum ad ædes[b] nostras pedes coniicias. Illud unum abs te magnopere peto. Ibidem in altum piscium retia[a] laxabimus. Cave luseris exspectantem[c]. Plerique, ut semel finiam, meum obtrectant conatum, id quod viro summi ingenii[d] deprompsi. Nihil igitur me movent aliquorundam scommata, qui me parum eruditum aspernantur. Verum oro atque supplico, pro animi tui sententia[e] rem tractabis atque literas ad te datas meas æqui bonique consulas. Wolgangus (!) tuus Vadianum suum plurima salute impartit. Vale. Me tibi, viro candidissimo, commendo etc. *Iohannes Fer.*

Vadiano, bonarum literarum viro candidissimo.

a) „c" für „t". — b) „edes". — c) „exp-". — d) „ingeni". — e) „-cia".

¹) Von *Johannes Fer*, Chorherr von Beromünster und Leutpriester in Sempach, ist nur dieser eine Brief vorhanden, der wohl am ehesten in das Frühjahr 1523 zu setzen ist, in welchem der Briefschreiber nach den Äusserungen Wolfgang Schatzmanns ungeduldig die Ankunft Vadians in Sempach erwartete; vgl. III, Brief 335 u. 343, Mittlgn. XXVII, S. 3 u. 15.

5. II 288.

Johannes Wanner[1]) an Vadian.

(Constanz. 1523. Mitte?)

Sendung von Büchern. Befriedigung über die jüngsten Ereignisse in Zürich und über die entschiedene Haltung des Rates in Constanz.

S. Perlustratis libris, quos nunc habes, alios mittam otiosissime[a)]; nichil enim adeo exopto, quam vel ancillari doctissimis viris. Quæ his diebus Tiguri acta sunt, omnes boni probant, quamvis nihil magis displiceat Phariseis. Spero et Constantiæ futurum, quod nunc non sine laude Tiguri actum est. Scribi enim non potest, quam spiritus magistratum inflamma verit. Omnia sua sponte, non inducti, non rogati agunt, et iam conclusum est omnium consensu velle defendere veritatem. Negotium divino et non nostro agitur consilio. Nunquam enim suspicari potuissem, magistratum tam forti animo contra episcopum et Phariseos negotium in manus sumpsisse; sed iam nichil non pollicentur, quod ad veritatis defensionem pertinere potest etc. Nichil amplius cum Bartholomeo actum est. Noluit enim consulatus in prophanum iudicium vel quod Christus ante Caipham sisteretur consentire. Hoc mihi persuadeo, episcopum facti pænituisse[b)]. Videt enim, se nichil omnino contra veritatem posse. His vale, Vadiane, et ineptiis parce. Distractus scripsi. Omnia melius ex optimo isto viro cognosces. Iterum vale optima valetudine et Vannium, ut cœpisti, ama etc. Salutem optant Blaurerus et Tzwickius.

Tuus ex animo *Vannius.*

Doctissimo optimoque Ioachimo[c)] Vadiano, amico suo sincero.

a) Für „ocissime" verschrieben? — b) „e" für „æ". — c) „y" für „i".

[1]) Vgl. II, Brief 375, und III, Nachträge, Brief 88. — Der vorstehende Brief ist wohl kurz nach Bartholomæus Metzlers Absetzung als Helfer an der St. Stephanskirche zu Constanz (Mai 1523) geschrieben, also etwa Mitte 1523.

6. XI 294.

Ludwig Lopadius[1]) an Vadian.

(Constanz. 1523?) December 29.

Aufmunterung, die Anstellung eines Lehrers der griechischen Sprache beim Rate zu betreiben. Bereitwilligkeit, diese Stelle unter gewissen Bedingungen zu übernehmen.

S. Haud dubie tibi in admiratione erit, quidnam caussæ sit, quod epistolam ad te parare ausim, quando tibi adeo ignotus[a)] sum, quam qui ignotissimus[a)]. Verum cuius impulsu et suasu id factitatum sit, ante

omnia velim audias. Fama pridem ad nos allata est ac eam de integro iam refricuerunt nostri amiculi Ioannes Ahęnarius et Georgius Gygi, te mirum in modum conflagrare et ęstuare alicuius amore, qui feliciter iuventutem Græcanicum institueret sermonem, alias item dicendi artes, quarum neutiquam oportet rudes simus, si modo ad sublimiora[b] pleno cursu contendamus divinarumque literarum cognitionem assequi studio sit. Quare ex usu nostro esse visum est, ut velut currentem incitarem: si qua esset oblata occasio, eam urgeres neque in opportunitate[c] magna esses cunctator. Hoc nomine inprimis te scripto provocare sta*tui*, quod mihi obscurum non est, te permultum apud tuos senatores valere et plurimum ponderis habere. Ideo a te maxime contendo et flagito, ut eiusmodi pręstes oratorem, qualem Virgilius I. Aeneidos libro depingit, qui auditorum animos permoveat, attrahat, alliciat, quo facile adducantur omnino multum habere momenti ad sacræ scripturæ peritiam. Si prius elegantiorum literarum et linguarum iactum sit fundamentum aliquod istis temporibus, in proclivi est cernere, qua gratia, qua perspicuitate isti omnia doceant, dicant, scribant, qui ad sacros libros non adeo indocti sibi viam sternunt his disciplinis. Quod evangelium usque adeo longo tempore conspurcatum et sepultum fuerit, in caussa fuit idiomatum ignoratio et linguarum. Rursus brevi admodum divinas literas collapsuras videbimus, ubi non amplius in precio erunt dona linguarum. Si stipendium tui cives pendere velint, id negotii[d] obire sum paratus. At hoc ante dimidiatum annum fieri nequit; nam ego et consul inter nos pacti sumus, ut annum suum erudiam filium. Facias velim ea, quæ in rem meam et reipublicæ futura esse arbitrabere. Dominus dirigat mentem tuam ad cuncta, quæ sunt prorsus evangelio digna. Valeas et me mutuo ames. Saluta mihi omnes pios. 4 Kalendas[e] Ianuarii.

Ludovicus Lopadius.

Multum oblectarunt nos sua præsentia Ahęnarius et dominus Georgius, qui iam aliquot apud nos absumpserunt dies concertationibus haud inutilibus. Rursus vale. Eos tua opera et ope precor adiutes. Tertio[d] vale.

Christiano pariter ac erudito medicæ artis doctori Ioachimo Vadiano, amico suo insigniter caro.

a) „ing-". — b) „sublimtiora". — c) „opor-". — d) „c" für „t". — e) „Cal-".

[1]) *Ludwig Lopadius* ist im Jahre 1526 als öffentlicher Lehrer in Constanz angestellt und Georg Gügi in den ersten Monaten des Jahres 1524 als Prediger von Klein-Rickenbach vertrieben worden, wohin er erst 1529 zurückkehrte. Demnach scheint der unvollständig da-

tierte vorstehende Brief — der einzige, der von Lopadius in unserer Sammlung vorhanden ist — mit Sicherheit auf den 29. December 1523 angesetzt werden zu dürfen.

7. III 241.

Jakob Wirz[1]) an Vadian.

Zürich, 1524. October 14.

Bitte, seinen Sohn Wilhelm womöglich in einem Spezereigeschäft in St. Gallen unterzubringen.

Hochgelerter, fürnämer, wyßer, sonders günstiger lieber her und schwager, üch sye min früntlich willig dientst mit erpietung aller eren und gůts allezit zůvor bereit. — Allsdann üch unverborgenn ist, das mich gott der allmechtig vil kindenn beraten und ich, als einem frommen gebürt, si mit eren hinußzebringenn unnd zů erneren geflyßne neigung hab: unnd namlich ist mir jetz einer miner sünen, den ich in Franckrich gehept hab, geheissen Wilhelm, harheimkommen. Diewil dann er und ander hie Zürich nüt dann müttwillen unnd liederligkeit lernend unnd der knab nit ungeschickt were, wo ich inn etwa in einen gwerb und gadenn, da man mit specery unnd derglich hanthierung umbgienge, möchte bringenn, unnd ich zů üch als zů minem wol vertrüwten, günstigen hern unnd schwager sondere zůversicht trag, ob jenderth etwas by üch vorhandenn were, ir üch darinn nit sparen wurdint: ist deßhalb an üch min gar trüngenlich, hochgeflyßen pitt unnd begär, ir wellint üch sollicher dingen by üch erkhonnen unnd verhelfenn; ob vermelter min sun by üch also in ein gwerb mit specery kommen möchte, das er gebrucht wurde unnd das er umb spiß uff zwey oder drü jar lang verdinget wurde, oder wie sich das möchte begebenn. Ich hab ouch minem lieben brůder Jacoben befolchen unnd inn erpettenn, ouch das best ze tůnd, als ir witer von im hören werdent. Harumb, günstiger lieber her und schwager, so land üch die sach befolchen sin und thůnd unnd handlent harinn nach minem vertruwenn. Das wil ich warlich umb üch unnd die üwern, wo es sich begipt, mit minem lib unnd gůtt zů verdienen willig unnd bereit sin. Datum Fritags vor Galli, anno etc. XXIIII.

Uwer gůtwilliger schwager *Jacob Wirtz.*

Dem hochgelertenn fürnemen, wyßen hern Joachim von Watt, doctorn etc., burgern und stattartzat zů Sannt Gallen, minem günstigenn lieben hern und schwager.

[1]) Von *Jakob Wirz* ist nur dieser eine Brief vorhanden. Er wurde bei der ersten Zusammenstellung der Vadianbriefe aus Versehen dem Jahre 1534 zugewiesen und ist uns daher

erst nachträglich unter die Hände gekommen, als wir daran giengen, die Briefe jenes Jahres für unsere Ausgabe vorzubereiten.

XI 197.

8.

Marcus Theodor[1]) an Vadian.

(1526?) Mai 9.

Schilderung seiner kläglichen Lage und dringende Bitte um Hilfe.

Gratiæ et pacis multiplicationem a deo per Iesum Christum. Ego vero, doctor celebris, si unquam alias ad quemquam, nunc profecto invitus maxime ad te scribo. Præterquam enim quod a me scribi potest plane nihil te tanto viro dignum, est etiam non paulo alia in præsentiarum caussa scribendi, atque ipse optarim; neque possum facere tamen, quin prorsus scribam, cogente nimirum ad hoc necessitate, sed et omnino ingentissima; id quod in caussa quoque est. Quamobrem modis mihi equidem omnibus persuadeo, epistolam hanc meam, quamvis longe audentiorem, quam eruditiorem, abs tua tamen illustri et docta pietate non modo lectum iri non prorsum impatientissime, verum impetraturam etiam haud dubie id, cuius quidem gratia obtinendi istuc mittatur. Porro antequam petaris, scripti necessitas Diomedea narrari incœperit. Videor mihi facturus haudquaquam imprudenter, si quædam ipse de me tester; cum hoc pacto futurum credam, ut tua integritas ad rem, quæ rogabitur, præstandam non nihilo facilior reddatur. Principio itaque, optime Vadiane, scias licebit, me et aliquando literarum honestarum non segniter fuisse studiosum et in eis promovisse tantum, ut fortassis etiamnum non omnino indignissimus sim, qui in doctorum mediocriter albo, quod aiunt, habear; præterea[a]) divinitus mihi datum non esse impio; quam rem veram esse tum is novit, qui me misericorditer et potenter talem fecit, deus, tum illi etiam, quibuscum vel puer vixi vel adolescens. Talis, inquam, doctissime doctor, iam olim exsul[b]) immerens per durissima quæque exerceor, neque vero semel conatus sum, ut meis ratione honesta restituerer; sed deus exsilio[b]) me defungi nolens, fecit iuste et sancte, ut hactenus conatum eventus semper multo diversus, atque ipse rebar, sequutus sit. Nata est tandem mihi post varietatem formarum crucis et egestas, hæcque tanta quidem, ut nec tu credere nec oratione ego consequi aut scriptis possim. Iam quod ad huius fortunæ interpretamentum adtinet, haud queo equidem secus exponere, quam quod pars calicis mei sit, quam mihi bibendam decreverit dominus ante longe, quum vel cœlum conditum

est vel manus ipsius fundamenta iecerunt orbis terræ. Augescit vulnus in dies, simul quod hoc retegi non sinit passim pudor; cuius qui sit observantior, ac ipse statim a tenero fui in hoc etiam tempus, non teme*re* reperias; simul quod desunt, qui medicentur, ut maxime aperiatur. Hulcere enim ostenso vel contemptim et impie rident, vel respondent alius alia frigide caussantes, cur morbo nequeant mederi. Desperata sunt tandem ab omnibus omnia præterquam[a)] abs te, dignissime consul, cuius quidem sicut eruditio singularis orbi notissima est olim iam, ita nunc honorifice et illustriter fides et huius individua comes, *ve*ritas, apud ecclesias domini cœptæ sunt prædicari. Ad te igit*ur*, talem virum, qui præterquam quod inter paucissimos doctus es, etiam fide neutiquam ficta clares atque ex hac non solum optime[c)] adficeri*s* in pauperes domini, sed et quo ipsos adiuves, a domino habes, re*fu*giens, per communem fidem nostram, quæ in Christum est, precor, aliquan*to* ope necessitatem meam, opus dei nostri, adiuvare non dedigneris. Ad*g*noscet istuc[d)] adiutorii dominus, factum tuum procul dubio imputaturus sibi in eo die, quo omnem carnem secundum veritatem ac æquitatem iudicaverit. Ego vero, quod ad me pertinuerit, de auxilio isto ap*ud* sanctos meminisse non prius desinam, quam vitæ huius mihi usus a deo nost*ro* desierit concedi. Nam retributionem a me neque tu, opinor, desi*de*rabis[e)], et ut plurimum desideres[e)], prævideo tamen fieri vix posse, ut a me unquam beneficentia pensetur. Notiores doctioresque non dubit*o* quin non parum multos antehac adiuveris vel consilio vel re. Adi*u*vare magis egenum nequiisti unquam, innocentiores paucos, quod nisi aliquando verum fuisse ex testimonio ecclesiarum de me intellec*tum* adsequêre, pœniteat te licuerit facti Christiani in me. Postrem*o* si fortassis indignior videbor, quam quem adiuves, responde, obsecro, uno ac item altero verbis; fuerit rescriptio tua, magnifice consul, vel negantis opem loco ingentis benefacti. Deus autem noster, deus salvos faciendi, te per Iesum Christum et servet et augeat perpetuo. Scripto actum oportuit; ingressus in urbem hanc negatus est enim. In feriis præcidaneis dominicæ ascensionis.

Marcus Theodorus, Elbangensis, tuæ doctæ, illustri, magnificæ pietati deditissimus in omni vita.

Viro et insigniter pio et in litteris omnibus potenti D. Ioachimo Vadiano, per bonam dei voluntatem consuli dignissimo etc.

a) „e“ für „æ“. — b) „exul, exil-“. — c) Folgt ein offenbar irrtümlich vorausgenommenes „in“. — d) Doch wohl für „istud“ verschrieben. — e) „y“ für „i“.

1) Von dem uns sonst unbekannten *Marcus Theodor* ist nur dieser eine Bettelbrief vorhanden. Einen Anhaltspunkt zu dessen Datierung bietet, neben der Anrede als Consul, die Stelle, nach welcher Vadians fides et veritas « *nunc* apud ecclesias domini *cœptæ* sunt prædicari ». Es kann daher nicht wohl ein anderes, als das erste oder etwa das zweite Consulat Vadians in Betracht kommen, bezw. das darauf folgende Jahr (1527 oder 1530), in dem Vadian als Altbürgermeister functionierte.

XI 201.

9.

Johannes Augustinus[1]) an Vadian.

Fischingen. (1526? März.)

Bericht über die Wirkung einer Arznei und über den Verlauf seiner Krankheit. Bitte um weitern ärztlichen Beistand.

Hochgelerter herr doctor, wyser herr burgermeyster, die artzny han ich nach euwerem bevelch ingnomen. Die pillule haben senfft gwurkt; aber das dranckt hatt mir wierß thon, dann kein artzeny myn leben lang. Dry trinck haben wenig, aber der vierdt hatt vil gwirckt, und darab bin ich vast schwach worden und ist neudt an mir, den hüt und bein. Ich mag wider an wenig essen; aber win schmeckt mir nüit. Schotten mecht ich wol drincken kalt und warm. Mir ist vast eng circa pectus; præsertim[a)] in dextero latere. Da ist dyspnęa (!) oder asthma spirandi difficultas. Darumb schick ich hiemit urinam. Bitt Euwer Wurde und Wyßheit umb radt, was mir fürohin zů thůn sy, wie ich mich halten sölle, ob ich wider ein gůten magen überkem und der enge vorgemelt ouch abkem. Ich kan und mag yetzend nit mee artzny innemen, es wer den aliquo confortativo. Wo aber ir ein regiment und dietam mechten anzeigen on artzney, wer mir vast lieb. Ich nimm ouch nit gern etwas von meyster Mathia myropola, dann er ist gar zu theur. Mich gedunckt, thermę wer fur mich ob pedum tumorem; dann daz kompt von großer kelte. Es ist nit podagra. Warm bad wer ouch für mich propter stomachum et flematicorum humorum[b)] habundantiam. Aber daz nimm ich nit an on ewer rådt. Ich weiß ouch nit, wie ich mich in diser vasten halten soll mit essen. Ich isß von eyer mit mynes hörrn zů Vischingen verlobnuß. Mir schmeckt sonst alle spyß der vasten. Ja wans mir gůt were! Ich welt ouch gern per istum mensem Martium[c)] etwan schrepffen und trucken schwitzen von der flisß wegen, wo mirß E. E. und Wyßheit radten welt. Ich kan ouch übel reden und kompt mich herb an, den ich gantz krafftloß, et ob[d)] id illam raucam vocem mihi evenisse coniectura consequor. Sedes naturales bring ich zwegen per serum, als ich acht. Das mecht ich wol

drincken, wen es mir gůt wer, und lac caprinum wer mir lieber, dann wyn. In denn armen bin ich gar schwach und entpfind dolorem quendam a scapulis ad et in digitos usque. Ich achts fluß syn. Also bitt ich vlyßig, E. E. und W. well sich die arbeit nit lassen verdriessen und so vil zyt nemen mir zů schriben by disem botten und mich alzyt wol bevolhen lassen syn. Damit gott dem almechtigen bevolhen. Amen.

Euwer Erwurd und Wyßheit under(te)nig williger

Ioannes Augustinus, zů *Vischingen.*

Tremulis scripsi manibus. Dii bene vertant.

Domino Ioachimo, medicinę doctori expertissimo ac fidelissimo, consuli prudentissimo, viro integerrimo ornatissimoque, poetę laureato atque oratori disertissimo ad manus.

a) „pre-". — b) Eher „humorem". — c) „c" für „t". — d) Eher „ab".

1) Von *Johannes Augustinus* ist nur dieser eine Brief vorhanden. Die Bezeichnung «poeta laureatus» und «orator disertissimus» neben dem «consul» auf der Adresse machen es wahrscheinlich, dass der Brief in das erste Bürgermeisterjahr Vadians fällt, und Augustinus will sich schröpfen lassen in *diesem Monat März.*

10. XI 196.

Joachim Egellius[1]) an Vadian.

Ravensburg. (1526?) Juli 14.

Bericht über die Krankheit der Frau des Otmar Zollikofer, die ihm Vadian wegen überhäufter Amtsgeschäfte zugeschickt hat.

S. P. Misisti ad me domini Otmari Zolikovers, honestissimi civis vestri, uxorculum, multis nominibus spectatam, Vadiane doctissime, quæ iam aliquot annis ventrem habuit prominulum atque intumefactum, sive hunc vitio matricis sive stomachi sive utriusque, quod certe coniecturo, contraxerit. Certe malum hoc inveteratum facile levari non potest, quod tot remedia atque balinea hactenus tentata ne tantillo quidem fructu vel abunde testantur. Quæ omnia cum tibi sint exploratissima, audes tamen illam michi commendare, ut meapte cura et diligentia restituam sanitati; quasi ego quicquam præstare possim, quod Vadianus, ille omnium iudiciis et calculis doctissimus, non possit. Sed civilia te negotia[a]) impedierunt, quominus hanc susceperis curandam. Honesta certe excusatio, in qua publica causa præfertur privatæ. Vereor tamen, ne rei difficultate absterritus illam ablegaris ad nos. Sed satis iocatum est superque. Ego, mi Vadiane, quantum licuit in tenero et delicato corpore, multis ad oppugnandum hunc tumorem præsidiis usus sum. Quæ

si contulerint, bene est; sin minus, doleo vel maxime. Facultas enim, non voluntas defuit. Quid tamen effecerim, illius perdiscas, velim, quam mea prædicatione. Quid posthac faciundum sit, præscripsi, tantum ut illius desiderio et meo satisfacerem officio; alioqui minime oportuit, cum te præsentem et monitorem et medicum habeat eximium. Rogo tamen, charissime Vadiane, ut, quod facis, semper facias: nedum præsentibus, sed posteris quoque consulas hominibus; nam qui vir sis, abunde testantur opera tua ad amussim absoluta. Vale feliciter et[b] me tanquam clientem vel, si pateris, fratrem habeas commendatum, michi quoque, cum per otium[b] licuerit, rescribas aliquando. Ravenspurgi, 14. Iulii.

Tuus ad pedes *Ioachimus Egellius.*

Ornatissimo artium[a] et medicinarum doctori D. Ioachimo Vadiano, consuli patricioque[c] Sangallensi, domino et amico suo semper observando.

a) „c" für „t". — b) „e" aus „a" corrigiert? — c) „patritioque". — Durchgehends „e" für „æ".

[1]) Vgl. III, Nachträge, Brief 116. — Da neben dem vorstehenden Brief von Doctor *Egellius* nur noch ein Brief aus dem Jahre 1519 — eben Nr. 116 — vorhanden ist, wird jener am ehesten in das erste Bürgermeisterjahr Vadians zu setzen sein.

XI 217.

11.

Michael Scopegius[1]) an Vadian.

(Innsbruck. 1526?)

Lobgedicht und Bericht über die Rückkehr aus Italien und ein Zusammentreffen mit Philipp Gundel und dem Cardinal von Salzburg in Innsbruck.

Clarissimo viro urbis Sangalli dictatori et supremo consuli, domino Ioachimo Vadiano, poetæ laureato, Scopegius exsul[a]) salutem et omne bonum.

Te ingens esse meis, Sangalli gloria, mitem
Votis et placide suscipere ista rogo.
Ne, rogo, despicias allata interprete Musa.
Illa genu flexo posse valere cupit,
Illa manus ad te, vates clarissime, tendens
Audax poscit opem supplice voce tuam.
Nam chorus Aonidum, nuper gaudere per orbem
Visus, nunc elegis tristia fata gemit.
In caussa est ratio perversi temporis huius,
Quo Stygii fineis exsiluere[a]) lacus.

Musarum studiosa cohors contempta per orbem,
Virtus contempta est, quæstus honore viget.
Consilio felix, fortuna prosper in omni
Suscipe nunc carmen, docte patrone, meum.
Namque ipse ostendit tua nobis scripta Philippus
Gundelius. Musæ gloria quanta meæ!
Illis quid potuit numeris ornatius esse?
Quæ[b] vis, ingenii gratia quanta tui?
Sic ego Nasonem, sic te, iucunde Properti,
Sic ego te video, culte Tibulle, loqui.
Ecce novum per te Galli decus additur urbi,
Vate suo tollit se Mutinensis ager.
Sive aliquid prosa scribis seu carmina condis,
Pallada sic iurem Pieridasque loqui;
Sive quid Argolico seu quid sermone Latino
Tentaris, linguam doctus utramque[c] tenes,
Cui magis innumeras rerum causasque viresque
Iuraque naturę condita nosse datum est.
Quis lunæ solisque vias et lucida çœli
Metitur tanto sidera[d] iudicio?
Quis te de superis ac relligione loquentem
Non admirandum duxerit esse virum?
Te matura senem prudentia reddidit, atqui
Culta tenet roseas vix tibi barba genas.
Sic virtute tua clarus nec carmine nostro
Laude nec alterius clarior esse potes.
Quem fugit egregiæ clarissima gentis origo
Et vetus a Vadiis sanguine ducta domus?
Te vero peperit Contonum gloria matrum.
Pro meritis non te concinuisse velim.
Hæc præter[b] fratris Chonradi vivida virtus
Additur. Heu piget, hoc dicere plura loco!
Fama tuæ summum virtutis pulsat Olympum
Et raræ clarum dat bonitatis iter.
Hæc merito faciunt, ut ameris ab omnibus utque
Ipse colam tanti nomen et acta viri.

Si Musas colis, adflicti miserere poetæ,
Qui nil habet, quod non pervelit esse tuum;
Aut si Musarum nulla est reverentia, saltem
Te moveat Christus, cuius uterque sumus.
Sic quot Tyresias vixerit Cumæaque vates,
Tot tibi dent lætos fata videre dies.

Magnificentiæ tuæ ad pedes
Mich(ael) Scopegius.

Hilarius Bertulphus atque ego, Italiam exeuntes, ambo misere lassati itinere ex Patavio tandem ægrotare[b] cœpimus fidi sodales. Tandem ego (gratia Christi) restitutus Tridenti per Ritium iuniorem, attamen pauperie pressus deserere coactus doctissimum hominem, deveni Oenipontem, ibi Philippum Gundelium cum Salisburgensi cardinali reperi. Is ubi me experiebatur Basileam iturum, occeperat de Vadiano panegyricum canere. Hoc instigavit nos ad versus illos ineptos. Sumito læta, precamur, fronte et vale.

a) „exul-, exil-". — b) „e" für „æ". — c) „utranque". — d) „sydera".

[1]) Von *Michael Scopegius* ist nur dieses eine Schriftstück vorhanden, das doch wohl mit Sicherheit in das Jahr 1526 gesetzt werden darf, wo Vadian zum ersten Mal das Bürgermeisteramt bekleidete und noch neu in dieser Würde war.

XI 288.

12.

Ůli Kölbiner[1]) an Vadian.

(Appenzell. 1527. Sommer?)

Dank für Nachrichten und Bitte um weitere Hülfe und Rat. Bewegungen in Appenzell. Ärgerliche Verhältnisse.

Gnăd und fryd von gott unßem (!) vatter, dem heren Ihesu Crist. Des ersten danck ich üch, wen ir etwaß nüwß haben, daz ir min nüt vergessend, mir daz schickend. Ich pitt üch, daz ir daz füro me tůgind, es sy ruch oder rän. Daz stat mir trülichen um üch zů ferdienen. Zum andren so wissend ir, daz unssern nit ain kläñß folck ietz zum merern mal send in mim huß versamlet und send kert für groß and klin rätt und petten um recht zum Fäsler und unssern pfaffen oder die priester an ainandern lon, ob wir möchtind in ain ler komen; aber es hăt nach nüt erschossen. Aber ietz uff den nächsten zwyfalten răt so wellend sy unß an die pfafen lon. Zum dritten so sönd ir wissen: wo wir nit liblichen by üch gůtwiligen

send mit dem lib, so send wir doch by üch im indern mentschen und güttem hertzen und gemůt. Und darum send unß och behulfen und berâten, wo ir mügend; den wir send arm lüt und habend gott übel erzür(n)t, daz unß sin wort nit mag an unser kantzell kumen. Zum fierden so söud ir wissen, daz ir Sant Galler gar vil mit unß Assiriern und Egipter hůrend; git och fil ergernus und hett unser widerparty ain groß wolgefallen darab; daz nun die vom Rintall gar nüt tůnd. Nun han ich ainy gefrâgt, weß sy sye, deß Müllybachß? Hât sy gesprochen, sy sye Wibratten, Ůlis töchter. Da möchtend ir wol frâgen; die kan üch die andern wol och anzaigen. Und grůtzend unß unßery gůten mitbrüder, jetz brugenmäster (!), und Iuflin zaigend och an: es nempt unß fremd, daz ir sölichs abgöttery nüt mügend erweren, und ir daz sůs wort so trülichen habend. Wir send joch in allweg gar verherttet. Gott sendy unß sinen gayst, daz er unß in alle warhait layty. Amen.

Von mir *Ůli Kölbiner,* üwerm trüwen mitbrůder.

Unser löffer ist näch(t) kon; spricht, sy habend nüt gwüsses uß dem leger; aber der pund sy 13 tusig starck im feld.

Jochim von Watt, jetz altburgermäster, in sin hand, oder dem Juflin, ob er nüt dahäm wär.

[1]) Von *Ůli Kölbiner* ist nur dieser eine Brief vorhanden, welcher seiner Adresse nach nur in die Jahre 1527, 1530 oder 1533 fallen kann, in denen Vadian zu Lebzeiten Juflis (Wolfgang Wetter, † 10. März 1536) das Amt des Altbürgermeisters bekleidet hat. Von diesen 3 Jahren passt aber wohl 1527 am besten zum Inhalte.

13. XI 182.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. (1527.) October 25.

Dank für ärztlichen Rat. Klagen über die Zustände in Bünden. Bischof Paul in Meran. Nachrichten aus Italien.

Gratiam et pacem per Christum. Clarissime vir, eo quod me, humilem et simplicem homuncionem[a]), multa mansuetudine suscipis ac humaniter tractas, animum cepi[b]), ut non solum sæpe[c]), verum etiam multa ad te ac de variis rebus scribere delectaret, nisi infelicissima[b]) infamia mihi affatim nimis contigisset; adeo ut, quod animo paratissimum habeo, stilo exarare ægre possum (!). Primum ingentes tibi, vir candidissime, gratias ago pro utili fidelique consilio, quo oculis ęgris consului,

quo nunc multo melius habeam, quam antea. Adhibui enim illico ea, quæ[c] docuisti, et adiutus sum. — De evangelio quid scribam? Tepidi sumus. Utinam frigidi essemus! divinæ nos gratiæ propinquiores existimarem. Sed causa prima est prophetarum raritas et ignavia eorum, qui sunt; altera principum socordia, qui avaritia ducti bellis student potius quam pietati. Timent, ubi timendum esset minime; audent, ubi pavendum esset maxime. Episcopus Paulus ante triennium suapte voluntate a nobis recessit; sed apud imperii principes queritur[d] se expulsum. Unde factum, ut archidux Austriæ concesserit ei omnes redditus et proventus, quæ episcopatus noster sub dicione sua hactenus possedit. Sedet igitur in Amerona ut episcopus, erecto foro, quod consistorium vocant. Nam hæc pro evangelio, quod despiciunt et persequuntur, ipsorum maxima cura, ut foris præsint iudicesque agant. Putabam, evangelii accurata prædicatione[c] novum episcopatum auspicandum, a contentionibus forensibus quam maxime dehortando. Sed nihil, quod voluptati carnis consulat, nihil, quod honores et dignitates fulciat[e], nihil denique, quod opes augeat, evangelium advehit. Ideo in exsilium[f] protruso ipso in vicem eius dominia ambiunt huius sæculi. Sed magistratus noster talpis cæcior[e] hæc nec sapit nec intelligit, quæ cæcus quis palparet. Sed committamus, qui, quod cœpit, suo brachio potentissimo in finem deducat. — De rebus, quæ apud Insubres aguntur, miraris forsitan nonnihil. Sed quæ ex fallacibus rumoribus habeo, scribo. Exercitus Francicus subegit sibi totam Insubriam præter Mediolanum, Comum et oppidum Lec. Nunc pars exercitus relicto Mediolano Romam pergit, vindicaturi papam et Romam, immo totam Italiam erepturi ab Hispanis, si possunt. Pars altera in civitatibus munitissimis, ut sunt Lauda, Papia, Novaria et Alexandria[g], hibernabunt, impediendo undique, ne victus ad Mediolanum advehatur et sic macerati fame demum sese dedant. Vale, vir eximie. Ex Rhætorum[c] Curia, 25. Octobris.

Tuus ex animo *Ioannes Comander*.

Præstantissimo viro doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi proconsuli dignissimo, domino fratrique suo observando.

a) „t“ für „c“. — b) „œ“ für „e“. — c) „e“ für „æ“. — d) „æ“ für „c“. — e) „t“ für „c“. — f) „exil-“. — g) „Ala-“.

[1]) Vgl. oben, Brief 468. — Die zu ergänzende Jahrzahl 1527 ergibt sich mit Sicherheit aus dem Inhalt des Briefes. Die Flucht des Curer Bischofs Paul (Ziegler) muss also früher stattgefunden haben, als sie gewöhnlich angesetzt wird.

14. XI 93.

Berchtold Haller[1]) und Franz Kolb[2]) an Vadian.

(Bern. 1529?) Juli 22.

Empfehlung des Überbringers.

a.

S. Habes in Crispino nostro omnium rerum nostrarum epistolam vivam, qua fit, ut non opus sit plura effundere. Proinde rogamus, si quid preces nostrę, ut hactenus semper, apud te possint, huic bono viro Iacobo, præsentium[a)] latori, gratiam magistratus tui impetres. Narrabit ipse necessitatem tuam[b)]. Fac igitur, dum licuerit, ut commendationes[a)] nostras sentiat[a)] illi profuisse. Vale. 22. Iulii.

Tuus ut suus *Bertoldus Hallerus.*

Ornatissimo simul et prudentissimo viro Ioachimo Vadiano, S. Gallensium consuli, maiori suo prorsus charissimo.

a) „c" für „t". — b) Doch wohl für „suam" verschrieben?

b. XI 187.

Gratiam[a)] et pacem a deo patre et domino nostro Iesu Christo, in quo et te ex intimis præcordiis cupio bene valere. Virorum humanissime, precor humillime[b)], ut propter Christum nostrum et me, quamquam erga te immeritum, præsentium[c)] ad te latorem apud senatum vestrum velis habere commendatum, ut in sua ad eum petitione[d)] eos erga se pios inveniat patres. Bene vale. Datum Berne, 22. Iulii.

Franciscus Kolb, minimus fratrum contionatorum[e)] *Bernensium,* tibi ex corde deditus.

Pio et prudenti viro Ioachimo Vadiano, domino suo observando.

a) „c" für „t". — b) „humilime". — c) „pres-". — d) „peticione". — e) „concio-".

[1]) Vgl. III, Brief 434. — [2]) Von *Franz Kolb,* 1465 in Lörrach geboren, im April 1527 als zweiter Prediger am Münster nach Bern berufen, gest. am 11. November 1535, liegt in unserer Sammlung nichts weiteres vor. Unter der doch sehr nahe liegenden Annahme, dass beide am gleichen Monatstage ausgestellten Empfehlungen sich auf dieselbe Persönlichkeit beziehen, sind sie hier zusammengestellt und dem zweiten Consulat Vadians zugewiesen worden, weil im Ratsprotokolle vom 30. Juli 1529 sich eine Notiz vorfindet, nach welcher Hainrich von Hûbs Tochter mit ihrem Ehemann aus der Herrschaft Erlach sich nach einem Erbfall von ihrem Vater und Vetter erkundigt. Freilich ein sehr unsicherer Anhaltspunkt. Eher dürfte es sich bei dem «guten Mann Jacob», dem Überbringer der Empfehlungsbriefe, um eine wegen ihres Glaubens in Not geratene Persönlichkeit handeln.

XI 237.

15.

Wilhelmus de Petra [1]) an Vadian.

(Wil. 1530. Ende März?)

Bitte um ärztlichen Beistand. Berichte aus Wil durch den Überbringer.

Gaudium in fide. Tuam semper imploro Charitatem erga me (ut sæpius et semper expertus) non fictam, mi [a)] pater Ioachim [a)], in Christo [b)] dilecte. Non pauca ductus necessitate ad tuam per hunc socerum meum, quem nosti, Wolffgangum, Charitatem misi urinam, ne in propria (ut solent quamplures) confisus, (per te instructus) doctrina ipse peream. Sic ergo mecum se res habet: Veneris die ante Lætare descendi cum præfato iuvene in Elken, qui ibidem duxit uxorem, und hab gnenomen (!) groſs arbeyt mit lupffen dem huſsplunder, so daſs mir gar hayſs iss gsyn. Und daruff ŏch erkeltet, so daſs mir ipso die Lætare (wie mir ist) daſs truckent kalt wê het umbgriffen. Eſs trucket hefftig zu hertzen und in der stirnen, am (!) baynen und im gantzen lyb ze ringumb. Ich bitt tuam Charitatem, waſs mir darzů ze thon oder ze lassen ist, ut rescribas brevibus, und daſs mir der appotecher schicke necessaria secundum tuam ordinationem. Und so bald aſs (!) ich geneſs, so wil ich im alſs erlichen uſsrichten (ob gott wil) und betzalen. Et habeas iuvenem in mensa, etiam per noctem [c)] (si fuerit necesse), et ego in meo ad te ascensu fideliter reddam expensas. Ideo habeas me recommandatum ad dilectam coniugem tuam ac dominam meam Martham, cui mitto capellum, ac ceteras tuas ad famulas. Item quæras a iuvene, quæ peracta sunt apud Wil [a)] in magno consilio die Lunæ post Lætare et iterum die Martis in parvo consilio. Valeto semper in Christo et mei ne obliviscaris, ut met (!) adeas appotecharium.

Totus since(re) deditus tuæ Charitati *Wilhelmus de Petra.*

Domino meo Ioachim Vadiano, apud Sanctum Gallum doctori famosissimo.

a) „y“ für „i“. — b) Eher „Christe“. — c) „n“ für „m“. — Durchgehends „e“ für „æ“.

1) Von dem sonst nicht weiter bekannten *Wilhelmus de Petra* (vom Stein?) ist nur dieser eine Brief vorhanden. Der einzige Anhaltspunkt für seine Datierung liegt in der Erwähnung des Grossen und Kleinen Rats von Wil, deren Beschlüsse am ehesten im Frühjahr 1530 besonders Interesse für Vadian haben mussten; vgl. oben Brief 588 und 589 und J. v. Watt, Deutsche hist. Schriften, III, 240 ff. Doch bleibt auch diese Datierung immerhin unsicher.

Verzeichnis der Briefschreiber.

Ein vorgesetztes A bezeichnet die Nummern des Anhangs.

1. *Amstein*, Pelagius, Nr. 453, Trogen 1526, April 3.
2. *Andwil*, Fritz Jakob von, Nr. 469, 1526, Aug. 14.
— Nr. 595, Bischofzell 1529, Mai 20.
3. *Appenzeller*, Sebastian, Nr. 550, Zürich 1529, Jan. 6.
— Nr. 598, Baden 1530, März 25.
4. *Augustinus*, Johannes, A Nr. 9, Fischingen 1526 (?), Febr.
5. *Bedrotus*, Jakob, Nr. 471, Strassburg 1526, Aug. 30.
— Nr. 491, Strassburg 1527, Aug. 1.
— Nr. 514, - 1528, April 14.
6. *Beli*, Batt, Nr. 603, Fideris 1530, Mai 5.
7. — Georg, Nr. 607, 1530, Juli 3.
8. *Bernhausen*, Jakob Christoph von, Nr. 601, 1530, April 14.
9. *Bersius*, Marcus, Nr. 508, Basel 1528, Febr. 28.
— Nr. 518, Basel 1528, April 21.
— Nr. 520, - - Mai 26.
— Nr. 536, - - Sept 5.
— Nr. 543, - - Nov. 17.
— Nr. 549, - - Dec. 26.
— Nr. 556, - 1529, Febr. 2.
— Nr. 559, - - Febr. 18.
— Nr. 585, - - Nov. 14.
— Nr. 597, - 1530, März 12.
— Nr. 599, - - März 29.
10. *Binder*, Georg, Nr. 438, Zürich 1526, Anfang.
— Nr. 445, Zürich 1526, März 11.
— Nr. 610, - 1530, August 20.
11. *Bischofzell*, Rat von, Nr. 623, Bischofzell 1530, Nov. 28.
12. *Blaurer*, Ambrosius, Nr. 576, Herisau 1529, Juni 2.
13. *Boner*, Thomas, Nr. 612, Arbon 1530, Sept. 2.
14. *Briefer*, Nikolaus, Nr. 517, Basel 1528, April 21.
15. *Brixinensis*, G. E., Nr. 496, Innsbruck 1527, October 31.
16. *Bucer*, Martin, Nr. 506, Strassburg 1528, Febr. 8.
— Nr. 513, Strassburg 1528, April 14.
— Nr. 519, - - April 26.
Bucer, Nr. 591, Strassburg 1530, Jan. 12.
Gratiam et pacem a domino. Qua circumspectione nunc opus sit, videmus, qui hactenus talpis cęciores fuimus, cum in istas Alpium angustias magni exercitus mittuntur ob id maxime, quod imperator cum omnibus senatibus sive parlamentis suis non iam prędonem aut parricidam, sed iuris gentium violatorem defendit, quem, si germanus frater fuisset, missum facere oportebat post tam nefandum inauditumque facinus. Quę enim posteritas credet, legatum non iam interceptum, sed ipsum cum filio atque adeo equis, quibus vecti sunt, in frusta velut lanii manu discerptum et excarnificatum? Proinde hoc est, quod abs te peto — nam video quosdam, a quibus hoc ipsum petitum fuit, segnius agere —: ut qua possis ratione Lindoię fideles, Isnę denique ac Memmingę per Lindoienses convenias; eos volo, qui et ab evangelio et magistratu sic sunt, ut tutum sit, quicquid illis credas. Convenias, inquam, ut rebus evangelii prospiciant. Cęsarem spargunt Camera[2]) redire Augustam, reges cum eo consentire ad exstirpandum[a]) evangelium Francicum, Britannicum[b]), Navarrensem ac Portugalliensem. Principes, qui ab evangelio stant, paulo longius absunt; at urbes christianę civitatis, conterminę ut sunt, ita ad omnem occasionem ad ferendum inter se mutuo auxilium aptissimę essent, quibuscum amicitiam[c]) iungerent. Id quod ego iam non uno anno ago, duco et traho; sed parum proficio. Sunt enim supiniores quidam, quam par est. Vellem igitur, ut christianam civitatem ambirent, immo peterent, etsi non Isna, Meminga, saltem Lindoia; immo[d]) ut non tantum christianam civitatem, sed etiam arctiorem amicitiam[c]) nobiscum iungerent. Neque opus esset multa ambitione aut pompa, si solum alicubi sive nos convenirent, sive ad vos Sanctogallum concederent, ut ex nostris quoque illo venirent, qui super hisce rebus commentarentur. Atque hoc, velim, cures, antequam domo proficiscaris, ut interim, quorum interest, satis deliberent, dum tu nimirum apud nos eris, quo mox, si fieri potest, tecum aliquis abeat ad commentandum solummodo. Deest bonis

istis hominibus nonnihil ad cognoscendum ac perspiciendum pręsentem rerum statum. Cetera[e] in alteris literis videbis. Vale. Tiguri, 5. Aprilis 1531. *Huldricus Zvinglius* tuus.

Coram multa disputabimus de summa rerum.

Clarissimo viro Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo inprimis observando[f].

a) „ext-". — b) „Britanic-". — c) „amiciciam". — d) „imo". — e) „cęt-". — f) „obervando".

1) Vrgl. I, Brief 100. — 2) Für «Cameraco» (Cambray) verschrieben?

629.

III 48.

Jakob Bedrotus[1]) an Vadian.

Strassburg. 1531. April 16.

Schwankende Gesundheit und strenge Beschäftigung werden als Gründe für Vadians Schweigen vorausgesetzt. Bucers Correspondenz mit Augsburg wegen der Sendung eines neuen Predigers, Sebastian Meier, in diese Stadt. Der Eifer des Rates von Strassburg für die neue Lehre. Die Teurung der Lebensmittel. Schriften von Luther und Melanchthon.

Salve, mi charissime pręceptor. Et valetudinem non satis firmam et occupationes tuas obstitisse opinor tibi, quominus ad nostros scripseris eo pręcipue tum rerum tum temporum statu, quo tot ciet turbas Ate haud scio quæ, ut non potuerint tibi non suppeti sexcenta scribendi argumenta. Bucerus equidem lubens ad te litteras dedisset; sed erant homini alioquin occupatissimo plus denæ hoc vespere ad Augustanos exarandæ litteræ. Hi[a]) enim, si nescis, posteaquam ante sesquimensem duos a nostro magistratu contionatores[b]) impetrarunt, iam tertium sed et quartum ambiunt. Abit itaque cras cum Augustanorum legato dominus Sebastianus Meyr, qui ante plus minus octo annos ecclesiasten egit Bernatium. Tantum igitur abest, ut ὁ αὐτοκράτωρ sua pręsentia ab publica evangelii annuntiatione[c]) eos deterruerit, ut iam primum ingens verbo docendo sit apertum ostium. Dominus faxit, ut sua gloria, quam latissime orbis patet, pomeria extendat. Agit noster magistratus, quod solet, hoc est strenue suo officio fungitur. Sed ut, quam constanter sui similes esse pergant, æstimes: ecce tibi proxima hebdomade vetuerunt edicto publico sub multa decem florinorum, ne quis civium in pagos vicinos episcopo subiectos missæ audiendæ causa exeat. Annonæ difficultate etiamnum hic laboratur adeo, ut quotidie rerum pretia[d]) augeantur.

Nostri theologi nihil elucubrantur, plus satis occupati curis ecclesiarum. Lutherus commentarium auspicatus est in decreta comitiorum

Augustanorum, in quo suo penicillo depingit impiorum hominum conatus. Melanchthon totus est in absolvenda confirmatione seu apologia confessionis Augustæ Cæsari exhibitæ, quæ excrescet ad 40 terniones. Quid Cæsar moliatur, quod mihi non satis certo constat aut tu forsan non ignoras, tacere prętstat. Atque hæc misella a de tare libuit, ne nemo esset, qui tecum fabularetur per litteras. Illevi autem chartæ, quicquid in buccam venit. Tu boni consule, quod bono fit animo, prę-ceptor optime, et Pludentinum discipulum, quod facis, dilige. Salutat te accurate (?) Bucerus, vicinus meus, et Capito. Vale. Ex Argentina, Quasimodo 1531.

Iacobus Bedrotus Pludentinus, Gręcę linguæ professor.

Ornatissimo viro domino Ioachimo Vadiano, Sanctogallensium senatori primario, domino et pręceptori suo observando.

a) „Hii". — b) „conc-". — c) „annunc-". — d) „pręcia".

1) Vrgl. oben, Brief 471.

III 49.

630.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1531. April 21.

Verwunderung über das Zögern St. Gallens. Der Müsserkrieg. Kriegserklärung der Zürcher.

Gratiam[a]) et pacem per dominum Iesum. Litteras Humanitatis tuæ, vir egregie, cum gaudio suscepi. Cunctationem civitatis vestrę nonnulli admirati sunt, videntes omnium Helvetiorum pagos veritatis amantes magno et prompto animo advolare, vos autem nusquam apparere. Sed reddita caussa cessavit omnis admiratio[a]), quam et ego, quantum possum, ampliabo atque in homines spargere non cessabo. Summulam belli nostri a fratre meo descriptam mitto; sed in futurum planius digestam historiolam[b]) parabo, quam ad T. H. transmittam. Hęc obiter collecta sunt. Veneti nobis in subsidium miserunt[c]) 500 tormentarios (büchsenschützen). Res in speciem bene se habent; at successus in manu dei est. Tigurini Müssio bellum indixerunt in hunc modum et iis verbis: Castellano[d]) nos Tigurini, Glareani etc. Castellane de Müss, hactenus pessime vixisti erga multos, immo[e]) erga omnes, contra quos potuisti, maxime contra fideles nostras Ligas nobis confœderatas. Quare scias, quod ideo huc venimus, ut tibi tuisque incommodemus[f]). Scias itaque, quod si tuis et tibi incendiis, mortibus ceterisque calamitatibus damnum illatum fuerit,

tibi prædictum[g] esse. Tu pro inimicis nos habeto etc. — Tu interea, vir eximie, ruditatem meam boni consulas. Cito alias dabo litteras et diligentiores tempore quietiori. Vale. Ex Curia Rhætica[f], 21. Aprilis. 31.

Tuus *Ioannes Comander*.

Pietate et eruditione clarissimo viro doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli, domino ac fratri suo primario.

a) „c" für „t". — b) „hyst-". — c) „misserunt". — d) „Castellane". — e) „imo". — f) „incomodemus". — g) „e" für „æ".

1) Vgl. oben, Brief 468.

631. III 50.

Ambrosius Eigen[1]) an Vadian.

Soloturn. 1531. April 30.

Botschaft des Herzogs von Mailand nach Luzern und Berichte aus dem Lager. Verweisung auf den Bericht von Sebastian Appenzeller über das Vorbringen der 5 Orte in Bern.

Fürnemer, ersamer, wiser, besunder günstiger her doctor, ich hab euch nechermals anzaigt, wie ain botscht[a] von dem hertzogen von Meiland gen Lutzern habe solle(n) komen; was die handlen und fürnemen, welle ich euch berichten. Daruf so wüssend, dass die alda gewesen gar still, ist ouch nie gehort nach für ratt komen, sonders mornedes frů am tag wider hinder sich gemůssen etc. Item uff 29. Apprellen ist denn herren post uss dem leger komen. Schribend unser eidgnossen und pünt, es gange inen nach all irem willen und habend inen die Venediger geschickt einen hoptman mit fünfhundert buchsenschützen und einen geschickten man darmit. Der hatt unsern eidgnossen zugesagt, sy sollend gůtter dingen sin; er welle inen das schloss Mueß in kurtzem das under ob sich keren und inen das in ire hend geben. Weiter so hatt der hertzog von Meiland ain botscht[a] by den unsern gehept. Der enbüt sich ouch gegen unseren hern, was die notturftig siegend: spis, geschütz, gelt, damit welle er inen hilflich sin, und wo sy begerend, welle er mit siner eignen person zů in ziechen; dan er welle ir gůtter nachbur sin. Und statt von den gnaden gots wol umb Madium. Item der fünf ortten halben, was zů Bern ambracht hand, wirt euch Bastian Appenzeller wol berichten. Dem hab ich alle ding gseit. Der wirt in 12 tagen wider by den herren sin můssen. Was euch, minen hern, angelegen ist, land mich wüssen; darin wil ich inen alzit willen. Item als ich euch zum nechsten miner herren gelt halben geschriben, ist nach nicht komen. Sol zu us-

gendem Meigen komen; so wil iren nit vergessen. Bit euch, ir wellend min herren bitten[b], das sy mich inen wellend befolhen lassen sin aß iren willigen diener. Sagend inen, das gantz rûwig und on sorg siegend; ich welle sy alweg, was vorhanden sieg, daran gelegen ist, by gûtter zit wüssen lassen. Damit sind got bevolhen. Datum Solloturn, uff 30. Apprell 1531. Ewer williger *Ambrosy Eigen* alzit.

Dem furnemen, ersamen und wysen doctor Jochim von Wat, minem günstigen herren.

a) = botschaft? — b) „bütten"?

1) Vgl. IV, Brief 458. — Der Brief ist offenbar von Sebastian Appenzeller geschrieben. Ambrosius Eigen war aus guten Gründen kein Freund der Feder.

XI 4.

632.

Pfaff Heinrich zu Tänikon[1]) an Vadian.

Tänikon (?). 1531. Mai 11.

Nachricht über eine alte Chronik im Besitze des Schaffners zu Töss, der sie nicht aus dem Hause geben will, aber sie Vadian wohl nicht versagen würde.

Hochgelerter, eerwirdiger, gnädiger min lieber her, wie ir mir geschriben hand als von alten geschichten, also han ich erfaren, das min her schaffner zû Töss hat ein wunderalte kroneck, darin vil alter geschichten beschriben stond. Und ist ein gross, dick bûch, als den mir anzeigend[a]) vil gûter heren, die darin gelessen hand von wunderalter taten. Und hand aber mir die nachburen geseit, wie der sälb schaffner nüt wil lasen us dem hus und ret, das sy mögend wol komen in sin hus, darin zû lässen; aber us dem hus wölle er die nüt lasen. Nun uf das so redend die sälben heren: wen ir dem schaffner von Töss schribend darumb, so wüsend sy wol, er versage üch das selb bûch nüt. Darumb min lieber her, wend ir gern darnach wärben, so schribend im darumb; und schickend mir den sälben brieff, so wil ich im den brieff schicken oder selbz bringen. Bin ich in hoffnung, er versage üch nüt das bûch. Den wo ich wüste, witer zû dienen, wölte ich min lib nüt sparen. Darmit halte got üwer Wirde in gûtem frid. Gäben zu Teinken, uff den XI. tag des Meyen, im XXXI. jar. Üwer gnaden williger pfaf *Hinrich* zu *Teinken*.

Dem hochgelerten, erenwirdigen, fürnämen, wissen heren her Joachim von Wat, doctor und burgermeyster der stat zû Sant Gallen, minem sunder gnedigen lieben heren.

a) „anzeigend gend".

1) Von dem Pfaffen *Heinrich von Tänikon* (?) ist nur dieser eine Brief vorhanden.

633. III 51.

Sebastian Appenzeller[1]) an Laurenz Appenzeller.

Zürich. 1531. Mai 22.

Die Gesandten des Königs von Frankreich in Zürich. Bemühungen um einen Frieden zwischen den Städten des christlichen Burgrechts und den fünf Orten. Der Prädicant in Rapperswil.

Min fruntlich, willig dienst und als gůts. Lieber brůder, wüß, das der general Mägret und der her von Porrigo, des künigs von Franckrichs oratores, uff 19. Meig gen Zürich komen und uff 20. des genanten vor den zweyhundertten gehort. Die begerend zwüschendt den stetten in dem cristlichen burgrechten und den fünf ortten ze friden. Als mich aber die sach ansicht, werden sy by unsern lieben eidgnossen, als den wol verstendig und tapfer von Zürich, nicht schaffen kein frid, nach mittel, frid ze machen, finden; es siege dan sach, das die 5 ort sich bewilligind, nachzelassen in iren landen und gebietten, das gotswort, wer das predigen, davon reden thůe, nit wie bishar lands verjagen, verbrennen und kestigen; dan man wil es nit mer von in haben. Wo sy aber, wie gemelt, sollichs fürhin, das man inen getruen[a)], nit mer fürnemend, ist moglich, die herren werdendt sunst och nit, angesehen die schantlichen red, so sy thůnd, ainen gůtten willen by denen von Zürich finnden und friden machen. Wie sich die sachen endend, wirst wol durch den hoptman bericht, so es zů end bracht ist. Item deren von Rapperschwil halb ist also gemeret, das man dem predicanten urlob geben hat und sol ainen nemen, der ain ratt und gemaind gfelt. Ettlich versehend sich ettwas gůts daruß komend, ettlich nit. Riettend die herren von Zürich wider gen Solloturn, wird ich inen nachrietten, min sach zů enden; ob sy aber uff Costantz riettend, als ich main, wil ich wider haim rietten. Magst der Prisigen sagen, die herren wellend niemand kein gelt geben, biß diß hendel zů end komend. Schick disen brieff dem toctor von Watt gen Sant Gallen. Datum Zürich, uff 22. Meig 1531.

Sebastian Appenzeller.

Minem lieben brůder Lourentzen Appenzeller, hofschriber zů Wil. Wil im Turgou[b)].

Daneben von anderer, wohl Laurenz Appenzellers Hand:

Dem hochgelertten N. burgermeister von Watt, zů Sanntgallen, minem günstigen hern.

a) „getrwn". — b) „w" mit übergeschriebenem u-Zeichen.

1) Vrgl. III, Brief 405.

III 56.

634.

Benedict Burgauer[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1531. Mai 28.

Bitte um Aussöhnung und um die Erfüllung früherer Versprechungen in Geldangelegenheiten.

Gratiam[a)] et pacem a domino. Nisi raperemur adfectibus, doctissime Vadiane, arbitrarer non indecorum, crebrioribus alternis literis mutuo salutaremus, iustis urgentibus causis, quæ inter nos nostrosque parentes intervenerunt; nec christiana charitas ac inter coniunctos contracta familiaritas scindenda vel rumpenda ob unum aut alterum diversum aliquorum locorum intellectum, cum pietas et summa religionis christianæ non offenditur eiusque cultura. Prior sum tibi vendicando literas. Conquiescant, immo[b)] consopita sint inter nos, quæ minus pie egimus. Licet D. Vadianum plurimum fuisse adversatum aliquando suspicaverim, forsan non immerito vel minus emerito — qui omnium scrutatur corda et renes novit deus —, deprehendi tamen eam dexteritatem, immo integritatem tibi congenitam. Levibus (modo candide fiat) es placandus nec iram seu indignationem ultra solis occasum reservandas iubet apostolus. Si in aliquo gravaris vel te offendi, condona; id libere ac sincere tibi faciam. Sint omnia abolita prorsusque exstincta[c)] etc. Sunt præterea, charissime Vadiane, quidam summa pecuniaria[d)] mihi obligati. Olim sæpius in frontem obieci: esse potes mihi dæmon vel deus. Sis memor tamen — a consiliis intereras senatui —, qualia magistratus Sanctogallensis mihi valedicenti eos compromittebat, mihi vellent patrocinari, quo brevi contentarer eumque mihi satisfacturum fore, cui redditus plebaniæ exigendas (!) assignarentur. Iniunxi etiam tribuno Cristanno Fridbolt, quem nomine meo salvum dicere velis, sollicitaret magistratum, memores forent promissorum. Accepi eo relatore benigne annuisse. Iam quartus annus currit recessus mei; nemo mihi respondit. Adhortatus sum sæpius Wolffgangum, ecclesiasten[e)] vestrum, cum Nicolao Schopp. Nemo respondit. Expensas maiores sustinere abhorreo. Recordare, suggilla etiam reliquos, quarum omnium pastorali fungens officio inter curas laboresque iacturam sustinui. Effice, sentiam Vadianum etiam partes meas aliquando agere molireque id, quod aliquantulum in Benedicti redit commodum. Exue veterem, indue alium; quo consulem agas æqua mea petitione[f)]. Devinces me in posterum, ubi morem gerere potero pariter ad vota tua obsequen-

ter, et, si vacat, rescribas. Saluta nomine meo tuam honestissimam coniugem Martham. Vale in domino. Ex Scaphusia, die pentecostes[g], anno d(omini) XXXI.

B(enedictus) Burgower, tuus.

Doctissimo ac prudentissimo D. Ioachimo Vadiano, apud Sanctum Gallum consuli, suo in domino colendo.

a) „c“ für „t“. — b) „imo“. — c) „ext-“. — d) „pecc-“. — e) Auslautend „ę“ mit Abkürzungsstrich. — f) „petic-“. — g) „penthe-“. — Durchgehends „e“ für „æ“.

1) Vgl. I, Brief 12.

635. III 52.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1531. Juni 3.

Zusendung einer von Vadian gewünschten Schrift des Beatus Rhenanus durch Andreas Cratander, der die Klosterbibliothek zu sehen wünscht. Abwesenheit des Oecolampad.

S. Tabellio ille, qui sæpe[a)] ad me ventitare solet, salutationem tuam mihi attulit gratissimam, pro qua gratiam habeo, addens te desiderare libellum quendam recens natum cuiusdam magistri, cuius nomen ei exciderat. Ego vero divinando nullum alium puto esse quam Germanię descriptionem m(agistri) B(eati) Rhenani. Cum vero Andreas Cratander nuper mihi indicaret, in animo habere te invisendi ac bibliothecam monasterii perlustrandi, rogavi, ut eum libellum tibi adveheret. Intelligens optimus vir, tibi alioqui inserviendi paratissimus, rem non ingratam se facturum, libentissime annuit. Cui adesse velis, ut pro voto suo bibliotheca frui possit ad communem studiosorum utilitatem promovendam. Oecolampadius noster iam in tertiam septimanam abest. Quo profectus sit, non puto te ignorare. Deus quam primum eum incolumem nobis restituat!

Marcum tuum, oro, ne amicorum tuorum numero excludas, cuius ferme suspicio me invaserat ob diuturnum illud tuum silentium. Dominum Christophorum[2]) meo nomine cum aliis fratribus salutare velis, rogo. Vale, 3. Iunii, anno etc. 31.

Marcus Bersius tuus.

Doctrina et prudentia insigni viro domino doctori Vadiano, domino suo cum primis observando.

Apud Sanctogallum.

a) „e“ für „æ“.

1) Vgl. IV, Brief 508. — 2) Christoph Schappeler.

XI 164.

636.

Konrad Som[1]) an Vadian.

Ulm. (1531). Juni 4.

Anzeige, dass Oecolampad, Bucer und Blarer bei ihm wohnen, vom Rate zur Reformation der Kirche berufen, die im Laufe der Woche an Hand genommen werde.

Gratia et pax a deo. Clarissime vir, Oecolampadius, Bucerus et Blaurerus a senatu nostro reformandę[a)] ecclesię gratia evocati in ędibus[a)] meis diversantur. Occupatior ergo sum, quam ut multis tecum agere possim, nec est, quod ad te scribere valeam, pręter hoc unum, quod toti iam sumus in hoc Christi negotio. Convocabuntur hac septimana sacrifici omnes et posthac missę et idola proscribentur. Rem tenes. Vale in domino, clarissime vir, et ignosce brevitati. Vix licuit hęc scribere. Ulmę, 4. Iunii etc. Salutant te hospites mei gratissimi. Volebam, ut ipsi scriberent, sed pręnegotiis non potuerunt etc. Tuus *Chunradus Som.*

Clarissimo viro Ioachimo Vadiano, domino suo semper observando.

a) „e" für „ę".

[1]) Vgl. oben, Brief 512. — Für das Datum vgl. den Brief Zwinglis vom 16. August 1531 an Som, Schuler und Schulthess II (VIII), Nr. 65.

III 53.

637.

Hans Ulrich Schenk von Castel[1]) an Vadian.

(Oberbüren.) 1531. Juni 10.

Bitte, seiner Schwester die nötigen Heilmittel mit Kostenrechnung und Gebrauchsanweisung zu schicken, auch im Falle der Verschlimmerung auf Bericht hin selbst nach ihr zu sehen.

Myn günstyger, lieber herr, als üch min[a)] schwöster den brunnen zůgeschickt hatt und ir ainzaigtt hand, waß ir ainligend sy, ist min[a)] beger, ir wöllenn ir zůschicken, waß sy notturpftig sy und werd inzůnemmen. Unnd waß eß kosten werd von üch und dem apendecker, darumb sond ir erlichen ußgerichtt werden. Und ob ir ir naiswaiß wöllen zůschicken, so schriben eß doch in ain redzept, daß sy mög wissen, wie sy eß sol innemen und halten mit essen und drincken, damit nüntz verwarlosett werd. Und ob eß sych wött böseren, so wurd sy nach üch schicken[b)]; darumb wöllen ir nit ußbliben, wen sy nach üch schickt, sover eß üch muglich ist; dann ir sond umb alß trulichen ußgericht werden. Datum Samstag Onnopfriußtag, im XXXI jar.

Hans Ůlrich Schenck von Castell zu *Oberburenn.*

Dem ersamenn wisenn burgermaster und dockder von Watt zů Sant Gallenn, mynem günstigen und lieben herenn.

a) „mim". — b) An der Stammsilbe corrigiert.

[1]) Von *Hans Ulrich Schenk von Castel* liegt nur dieser Brief vor.

638. III 54.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1531. Juni 11.

Klagen über die Zustände in Bünden. Der Müsserkrieg. Tag zu Ilanz.

Gratiam[a)] et pacem per dominum Iesum Christum. Literæ Humanitatis tuæ, doctissime Vadiane, animum meum omnino recreaverunt, qui prȩsentibus perturbationibus[b)] ita continuo agitatur, ut sæpius[c)] consternatus succumbat. Hostem cum dei, tum hominum contemptorem deo auxiliante in eas angustias adigeramus (!), ut præ amentia vix hisceret; sed nostra negligentia, ut respiret, permissum est. Causa est, quod respublica apud nos tum per multos, tum adeo tumultuarie administratur, ut nihil æqui aut recti aut solidi constituatur vel constitutum permaneat et succedat. Bellum tamen nostrum hoc modo sese habet. Arx Mussium continua obsidione tenetur, quamvis tormenta duo valde egregia per negligentiam (!) amiserint milites nostri, desideratis[d)] quindecim nostratibus et adversæ partis duodecim, ut fertur. Dux Mediolani arcem Montgutii obsidet, quamvis frigidius res gerantur a suis, quam speraverimus. Ilanti comitia hac septimana celebrantur. Quicquid ex iis prodierit, dabo operam, ut tua Humanitas citius[a)] resciscat. Vale, vir eximie. Ex antiqua Rhætorum[c)] Curia, undecima Iunii, 1531.

Tibi deditus *Ioannes Comander.*

Præstantissimo doctissimoque viro doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli, domino et amico suo primario.

a) „c" für „t". — b) „-cionibus". — c) „e" für „a". — d) „desyd-".

1) Vgl. oben, Brief 468.

639. III 58.

Wolfgang Capito[1]) an Vadian.

Strassburg. 1531. Juli 18.

Empfehlung des Überbringers, der abgeschickt worden ist, um sich anderwärts umzusehen, wie die Unterstützung der Armen gehandhabt wird. Bucer von Ulm zurück.

S. Cui has dedimus ad te perferendas, fidus ac studiosus frater est ad opera vera pietatis obeunda. Quem præfecti eleemosynȩ atque egenis alendis abmandarunt, ut per ecclesias ubique inspiceret et undique colligeret, quod rationem constitutæ apud nos eleemosynȩ in melius corrigere posset. Non una enim difficultas incidit, ut ferme experiundo dis-

cimus, ad quod initio præcogitatum, antequam rem facere instituissemus, oportuit. Eum fratrem tibi, vir clarissime, Buceri ac meo nomine plurimum commendo, quo tua auctoritate[a] contionatoribus[b] commendatus tuto queat perdiscere ea, quę scire nostra referre videtur. Ab Ulma pridem[c] Bucerus rediit, ecclesia illic constituta, quem reversum negotia non exigua exceperunt, unde hunc scribendi ad ecclesias laborem in me partim derivavit. Qui tamen iussit, ut et suo nomine te plurimum salutarem. Idem optat reliqua ecclesia. Itaque domino (?) vale perenniter, mi Vadiane. Argentinę, 18. Iulii, anno 1531.

V(olfgangus) Capito.

Ioachimo Vadiano, viro undecunque doctissimo iuxta ac integerrimo, consuli Sanctogallensi, domino et maiori suo plurimum observando.

Sant Gallen.

a) „autor-". — b) „conc-". — c) Unsicher, aber doch eher als „pridie".

1) Vgl. IV, Brief 513.

III 60.

640.

Gabriel Stroeli[1]) an Vadian.

Soloturn. 1531. August 5.

Übersendung der längst versprochenen Schrift des Sebastian Münster: Beschreibung von Deutschland mit Karte, als Gegengeschenk für die Dialoge des Petrus Mosellanus, nebst Entschuldigung des langen Verzuges. Aufstand in den Freien Ämtern. Handel des Herrn von Fons.

Comitio Badensi, quod mense Martio apud dominos Helvetios agebatur, eruditissime vir ac domine non minus colende, Humanitati tuæ libellum Sebastiano Munstero editum de descriptione Germaniæ eiusdemque cartam sive topographiam me missurum promiseram, quod hucusque profecto non mea oblivione, sed tum inopia bibliopolę, tum aliquando pauculis negotiis, quibus interdiu distractus fui, neglectum est. Vix etenim ab eo recessi; me continuo triduo Solodori mansisse crediderim. Quamobrem moram hanc a me ne ægre tuleris: hoc[a] die adpulit tantummodo[b] præfatus libellus eumque in memoriale Petri Mosellani dialogorum quondam mihi[c] donatorum tibi mitto hocque exiguum a me acceptum feres. Novorum ceterum nulla hic habentur. Pridie advenerat rumor quidam belli, quod Quinquepagici in officiis exterioribus, quæ nos Frye Empter nuncupamus, movere sanguine et incendio debebant. Interea autem omnino conditus est. Hodie actio domini de Fons præ

manibus sumpta est, cuius brevi exitus intelligetur. Optime vale, doctissime vir et domine. Solodori, 5^ta^ Augusti, anno etc. XXXI^mo^.

Eruditioni et Humanitati tuę ad quæcumque obsequia paratissimus *Gabriel Stroely.*

Doctissimo et probatissimo viro et domino Ioachimo Vadiano, medicinę doctori, ante civium magistro, domino suo observandissimo. Apud S. Gallum.

a) hoc | hoc. — b) „tantumodo". — c) „michi"

1) Von *Gabriel Stræli* in Soloturn liegt nur dieses eine Schreiben vor. — Über die Angelegenheit des Herrn von Fons oder Font s. Eidg. Absch. IV, 1 b, S. 1039 c. u. 1398 c.

641. III 61.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur 1531. August 17.

Verweisung auf mündliche Berichte von Johannes Tscharner über den Müsserkrieg. Gerücht von der Besetzung Bozens durch spanische Truppen. Unbefriedigender Zustand des Evangeliums in Bünden.

Gratiam[a)] et pacem per Christum Iesum, dominum nostrum. Nihil fere tuis auribus dignum, quod scriberem, habui, vir doctissime. Ignavam tamen rem putavi, ad tantum amicum tam commodum[b)] tabellarium abire meis litteris vacuum, atque hac potissimum caussa, ut mutuas acciperem litteras. De bello nostro diutino Ioannes Scharner tuam Humanitatem clarius docebit suis verbis, quam ego meis scriptis possem. Rumor ad nos delatus est, Hispanorum militum legionem ad Athesis oppidum Bocenam venisse; at quam certus sit rumor ille, nescio. Tu ex mercatoribus vestratibus certius scire potes. Evangelium ita apud nos viget, ut penitus indigni simus evangelico nomine appellari. Deus optimus meliora præstet incrementa, qui et te superstitem nobis conservet. Ex Curia Rhætica[c)], 17. Augusti 1531.

Tuę Humanitatis servus *Ioannes Comander.*

Prudentissimo doctissimoque viro doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli, domino suo et fratri p*rima*rio.

a) „c" für „t". — b) „comodum". — c) „e" für „æ".

1) Vgl. oben, Brief 468.

Ms. 108 Nr. 13.

642.

Joachim Vadian[1]) an Dr. Christoph Clauser in Zürich.

St. Gallen. 1531. September 11.

Ersucht um Auskunft über eine Schrift des Theophrastus von einem neulich erschienenen Kometen.

Salve, vir clarissime. Pridie cum domum pervenissem, retulerunt mihi amici, Theophrastum medicum libellum prognosticon edidisse[a], istic[b] typis excusum chalcographicis, de crinita illa stella nuper diebus aliquot visa, quam tu pro eximia eruditione tua hoc anno adparituram prædixisti. Eum libellum mihi legere nondum vacavit tot negotiis[c] districto. Proinde quoniam tute non obscure videre, immo[d] et iudicare potes benene an secus prodiderit ille, quod edidit[a] (quando ille fœtum suum tantopere commendat), libuit literis meis compellare te et rogare, quo tuum mihi iudicium de Theophrasti libello literis tuis communicares. Sum enim sic paratus animo, ut, quid rerum naturalium periti de naturali stella duxerint sentiendum, non invitus recipiam. Quod attinet ad pietatem, non laboro; sed quis sit naturæ auctor[e], scio. Vale et hoc nuntio[c], obsecro, fac, literis tuis responsum habeam. Santogalli, XI die Septembris, anno MDXXXI.

Ioachimus Vadianus tuus.

Doctissimo viro D. Christop*horo* Clausero, medico . . . . . . ri Tigurino . . . . . suo.

(Von anderer Hand — wohl derjenigen des Empfängers —: Herr Iochim von Watt, burgermeister, zu S. Gallen.)

a) „æd-". — b) „isthic". — c) „c" für „t". — d) „imo". — e) „autor".

1) Vgl. I, Register, unter «Vadianus».

III 66.

643.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1531. September 17.

Bitte um Verwendung für einen Verwandten, der wegen Gesundheitsverhältnissen keine Stelle mehr versehen kann und nun eine Pfründe im Spital in St. Gallen zu erhalten wünscht.

Gratiam et pacem a domino. Habeo, vir clarissime, consanguineum quendam, quocum a teneris fere convixi usque ad annum hinc quintum ac decimum, cum eum scotomion sive vertigo sic rapuit, ut neque missandi neque docendi fungi posset munere. Is cupit alimentum in hospitali vel prytaneo vestro, si queat, coemere. Natu me grandior est duobus

annis; quinquagesimum ipse, nos quadragesimum octavum agimus. Census eius est 270 aurei. Sic captus est vertigine, ut nullo sese movere sine duce possit; sed huic rei moderetur ancilla aliqua inferioris classis. Habent enim πτωχοδόχια harum plures, quę propter tenuitatem rerum, quas attulerunt, eiuscemodi ministeria recusare nec debent nec possunt. Vir alioqui non dico probus, sed sanctus est, verax, pius, prudens ac facetus. Rem ergo te dignam feceris, cum pro 150 florenis alimentum ei quęres et pro reliquis 120 pensionem 12 florenorum. Diu vivere non potest et iam cuncta vobis cedent. Apud nos cautum est, ne quisquam extraneus aut alienigena recipiatur. Tuam ergo fidem hic imploro non minus, quam si aut mihi aut germano ope opus esset. Eam ubi pręstiteris, sicut non ambigo, in meas rationes referam. Vale et quicquid voles nostra effectum opera, iube atque imponito. Tiguri, 17. die Septembris 1531. Ne cures, quando literę ad te perveniant. Scis enim commendaticias[a] reddi, cum occasio est.

Huldrychus Zvinglius, tuus perpetuo.

Clarissimo viro Ioacimo Vadiano, Sangallensium consuli, domino suo cum primis colendo.

a) „-tias".

1) Vgl. I, Brief 100.

III 67.

644.

Wolfgang Capito[1]) an Vadian.

(Strassburg.) 1531. September 18.

Bitte um Verwendung für die Witwe eines in Stuttgart enthaupteten Wiedertäufers, welche 16 Goldgulden einem andern Wiedertäufer auf Grund von vorgespiegelten Gefahren anvertraut hat und sie jetzt für ihre Kinder sicher zu stellen wünscht. Empfehlung des bekehrten Wiedertäufers Niklaus Guldin. Schreiben an Dominicus (Zili).

Gratiam et pacem. Vir ornatissime, superiori anno Stutgardię capite plexus est Augustinus Baderus, textor, homo idiota et mire simplex, quem nominabant anabaptistarum regem. Nam in errores deridiculos prolapsus est, tanquam innovatio nescio quę per ipsum esset procuranda. Comparaverat sibi ornamenta regia, quorum nomine in vincula ductus sententiam capitis accepit. Reliquit viduam et liberos. Hęc aureos sedecim aput quendam eiusdem societatis hominem superstitiosę pietatis deposuit, cui nomen est Hanß Witzigman — opificio sartor[a] est;

operam mercenariam nuper locavit Conrado Glantzen, civi tuo —; nam iste ad hanc cautionem mulierem hoc argumento persuasit: esse viam per Alsatiam obsessam prędonibus, ne de tota summa periclitaretur. Cum viveret maritus eius, magna liberalitatis ostensione eius generis homines in societatem bonorum suorum admisit, sine fraude, opinor, sed non tam prudenter. Verum enimvero misera hos aureos sedecim orphanis suis cupiebat reservare, et ille, qui tecum agit, idem consuluit; qua in sententia fortassis perstat et bona fide depositum appellatus reddet. Equidem sane experior, superstitionem nihil non posse. Idcirco[b] per Christum oro, des operam modis omnibus, ut ea pecunia tibi numeretur, atque adeo hac syngrapha tibi huius potestatem facimus, simul obsecrantes, ut ea opera minus molesta sit, quam interpretor Christo collocatam fore. Tanta pęnitudine hęc ducitur et tam serio rediit ad nos, immo[c] velut vi adacta per pręsides anabaptistarum in hanc fraudem intrusa est. Quod si dubię nunc fidei est sartor[a] ille, quod male vereor, videtur operę pretium, ut auctoritate[d] publica obstringatur, ne fuga petitionem viduę declinet. At frustra hęc tibi. Facile rem pro tua prudentia conficies, mi domine ac frater. Ceterum[e] Nicolaus Guldin fere mensem hic egit. Videtur sedulo prębere specimen eius, qui ex animo ad ecclesiam rediit. Quem tibi commendo. Vale. 18. Septembris, anno 1531.

Tuus ex animo *Wolfgangus Capito.*

Bucerus te plurimum salutat. Scripsi ad Dominicum, quę legas, et cura perferenda, si videntur non inutilia. Hominem enim plurimum amavi hactenus et ab ista sua tentatione fortassis liberabitur. Signum ipse, ut lubet, imprime; nam nolo perferri nisi tibi fuerint probatę.

Clarissimo viro Ioachimo Vadiano, literis, prudentia civili ac vera pietate iuxta commendabili, maiori suo plurimum observando.

a) „sarctor". — b) „iccirco". — c) „imo". — d) „aut-". — e) „cęt-".

1) Vgl. IV, Brief 513.

III 67 b.

645.

Jakob Riner[1]) an Vadian.

Tal. 1531. September 26.

Begleitschreiben zu einer Sendung Trauben.

Egregie domine doctor, secundo die Septembris iuxta promissa disposueram ad te botros quosdam; at[a] eodem die intervenit Christo-

phorus Sertorius, qui aiebat[b], te petiisse comitias[c] Arowenses. Propterea bottuli mei te hactenus non viderunt. Qui si tibi iam saperent, omnium mihi gratissimum esset. Vale. 1531, 26. Septembris.

Iacobus Rinerius, Thalę.

Adresse fehlt.

a) „att“. — b) „ayebat“. — c) „comm-“.

1) Von *Jakob Riner,* Prädicant in Tal (gest. 11. October 1532), liegen zwei Briefe vor aus den Jahren 1531 und 1532.

646. III 68.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1531. September 28.

Verweisung auf ein Schreiben des Pelagius Amstein in Sachen eines Knaben, dessen Grossmutter in St. Gallen lebt und für den nicht nach der Meinung Vadians und der Grossmutter vorgegangen werden kann. Empfehlung des vom Unglück verfolgten Überbringers. Berufung des Ambrosius Blaurer nach Esslingen.

Salus et pax a domino.

Scripsit nonnihil ad te Pelagius ille, Arbonensis ecclesiæ minister, de puero illo, cuius apud vos est avia. Deinde ad me quoque scripsit, quid tibi illius nomine sit in animo. Cum vero neque tuo neque aviæ consilio apud nos possit satisfieri, ad aviam puerum remitto. Balnea apud nos sunt pestifera. Tonsores quidam reciperent puerum, sed quibus legibus, narrare potest tabellarius iste cum aliis, quæ[a] alioqui fuissent scribenda.

Tabellarii vero nomine dudum statueram ad te nonnihil scribere eumque commendare tibi, multis infortuniis pressum. Arbitror enim, quantum ex vario et frequenti colloquio possum coniicere, eum sincere[b] in viam rediisse. Uxorem habet et liberos, quibus cum optaret cohabitare, tamen viam non habet. Si qua in re potes iuvare miserum hominem, rogo, ne desis.

Ambrosius noster Esslingam vocatus est. Dominus illi adesse velit fortitudine et gratia. Vale. 28. Septembris 1531.

Tuus *Ioannes Zvick.*

Ornatissimo prudentissimoque viro Ioahimo Vadiano, doctori, domino suo in primis colendo.

a) „e“ für „æ“. — b) „sync-“.

1) Von *Johannes Zwick* (1496—1542), seit 1525 Pfarrer in Constanz, liegen 62 Briefe an Vadian aus den Jahren 1531—1542 in unserer Sammlung.

III 69.

647.

Pelagius Amstein[1]) an Vadian.

Arbon. 1531. October 4.

Nochmalige Verwendung für einen Knaben, dessen Grossmutter in St. Gallen lebt und der sich nun mit Weben durchbringen muss. Der Beiname Lithinus.

Salus, pax pro commodo publicæ et privatæ iustitiarum. Donec vita hos habet artus, enitendum, etsi omnibus, maxime tamen in republica in potestate positis, quod tuam Præstantiam facere monimenta cottidie enata loquuntur et demonstrant. Ea fiducia arripui denuo calamum pro iuvene. Ex quo frustrati primo conatu, alia tentanda[a)] necesse, serio et vere. Quæ Arbonę moratur amita pueri, persona est privata, satis opibus tenuis, se fovet nendi muliebri arte, ultra quinquaginta aureos in facultatibus pecuniarum et censuum suppellectiliumque vix extenditur. Unde, quum puer a maioribus civis Gallensis, avam iure constare opitulari: hæc nobiscum matrona, aureos duos sponsa et fusius nihil posse fassa. Quid hæc possint donaria? Puerum insuper, — quum, non quod velit,[b)] ad alium vela ventum vertere stringitur (!) et usuali arte[c)] texendi sese submittere collum pergit —, unde, quia literis tuæ Magnificentię intellectum, satis docendi præceptores vobiscum, iterum orphanum remittit et eius amita. In hoc nunc elaborandum; cetera ipse ipsi procura. Hæc de puero. — De cognomine quid sentiam? Lithinus λίθινος μετουσιαστικῶς a λίθος deductum; cum vernula lingua dicor Plaii am Stain —, et non a λυχνία, facula, λυχίνιος, Lychinius. Hæc de ratione cognominis, neutiquam sub nebula esse ratiocinatus.

Ceterum habeat me tua Beneficentia commendatum. Vale. Ex Arbore Bona, velim enim myrteca et damarisca, 4. die Octobris 31.

Pelagius Lithinus, Arbonensis diaconus,
per omnia tuus.

Amplissimo senatorii ordinis Sanctogallensis inter primos domino Ioachim (!) Vadiano, suo benigno domino et doctori.

a) „tentenda". — b) Hier ist wohl ein „sed" zu ergänzen. — c) Doch wohl für „arti" verschrieben? — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. II, Brief 312. — Der Brief schliesst sich enge an den vorstehenden.

648. III 70.

Wolfgang Capito[1]) an Vadian.

Strassburg. 1531. October 10.

Urteil über einen von Vadian empfohlenen Mann. Bericht über die Bemühungen der Witwe eines Wiedertäufers, um ihr Bürgerrecht in Augsburg wieder zu erlangen. Empfehlung eines Jünglings zur Erwerbung des st. gallischen Bürgerrechts. Das Vorhaben Bucers, eine Apologie zu schreiben.

S. Homo ille mihi pergratus fuit. Quod de eo testatus es, re ipsa comperi: liberum a superstitione anabaptistarum, qua implicari candida pectora in tanta rerum novatione nihil mirum; et tamen studium corrigendę in melius vitę non possum non probare plurimum. Vidua mea, qua de scripsi, his diebus abiit Augustam, datura operam, ut et civitatem et liberos amissos recipiat[2]). Literis per nos accuratissime scriptis senatui eius loci commendata est. Ceterum[a]) illius ego me quasi tutorem ago eoque nomine pulchre convenimus; quod te scire volui, tibique gratias ago ingentes, quod ad huiusmodi officiola te demiseris, me orante. Hunc igitur iuvenem tuum vicissim tibi commendo, cuius candor, prudentia simplex ususque multus in religione plurimum probatur. Is ait, ambire se civitatem apud vos, ad quam rem tu ei maxime accommodus crederis. Fortassis in spe est, officinam magistri sui, cui hactenus operam mercenariam locavit, eo discedente adepturum eoque patrocinio tuo nixus artis suæ fundamenta iacta esse arbitratur. Quantum igitur potes citra dispendium, talibus ingeniis te impendas, vel hoc studiosius, quod velut numine afflati errorum undis iactati sint. Bucerus, Betrottus et alii symmistæ nostri te resalutant plurimum. Argentinæ, 10. Octobris, anno 1531.

V(olfgang) Capito tuus ex animo.

Confessionem fidei ab hoc nuntio accipies. Latina Buceri apologia nondum incepta est. Scribit eam nunc, quantum per negotia[b]) alia licet.

Ornatissimo viro D. Ioachimo Vadiano doctori, consuli Sanctogallensi, viro undecunque doctissimo integerrimoque amico et maiori suo observando.

a) „cæt-". — b) „c" für „t".

1) Vgl. IV, Brief 513. — 2) Es scheint sich dabei um die Witwe des in Stuttgart hingerichteten Augustin Bader zu handeln, von welcher in Brief 644 die Rede ist.

XI 104.

649.

Christian Fridbolt[1]) an Vadian.

(Aus dem Felde. 1531.) October 13.

Nachricht von dem Verlust der Zürcher bei Kappel. Zug auf den Albis.

Mein alzytt willig dienst. Günstiger her doctor, wyssen, das vast übel gangen ist; dan uss hoffart haben die Züricher verlorn den Zwingli, den panermaister, den wyrt zů dem Rotten Huss, apt von Capel, den comentur von Kussnaw, *maister* Ransperg, her Wollffen und her Bastian, Turss Hab*en* *u*nd so vill iro lütten, das mich verwundert. Ich truw zů gott, mir wellen es rechen. Mir komen uff datum zů dem zůg; der ligt uff dem Albys. Zöger kan es üch als berichten; ist in dem leger gesin. Damit gott befolenn. Datum uff Frytag vor Galli.

Ewer williger *Cristan Fridbolt.*

An doctor Jochi*m* *von* Watt, minen günstigen herren.

1) Vgl. III, Brief 416.

Ms. 42. S. 306.

650.

Christian Fridbolt[1]) an Bürgermeister und Rat in St. Gallen.

(Aus dem Felde.) 1531. October 17.

Bericht über den bisherigen Verlauf des Auszugs.

Unser früntlich, willig dienst. Günstig, gnädig herren, üwer brief per zögern ist mir uf Samstag vor Galli wol worden. Hab üch darfor per Niclaus Cůnzen geschriben den unfal, so denen von Zürich begegnet; ouch die 100 fl., so ich von im empfangen, hoff ich im zů dank bezalt. Demnach sind wir am Fritag vor Galli zů ünsern aidgnoßen uff das Albys zogen. Wer weger erspart gwesen; dan es ain arbait umsunst gwesen, wiewol uss ghaiß der von Zürich; dan wir von stund an wider ab dem Albys uf Bremgarten gezogen am Samstag, da üns zöuger betretten. Uff Sontag sind die von Bern zů üns komen mit 20 stuk büchsen uf redern und 8000 mannen; ouch Basel und Soloturn mit 700 mannen und mit 8 büchsen. Und sind an S. Gallentag von Bremgarten gerukt biß gen Maschwanden. Sind ünser vind for üns gflochen. Uff dito hab ich zögern wellen abfergen, wiewol nüntz ußgericht. Jedoch möcht üch wundern nit unbillich uff den großen verlurst der Züricher; dan sy 18 stuk büchsen verlorn und ob 1000 man. Und wo die Berner nit tapferer dan sy werend mit sampt denen, so bi inen sind, wer nit gůt by in sin.

Aber baide leger sind ob 22,000 stark. Ist on gottes straf nit müglich, dan daß wir sy tapfer angryfen und schlachen wellend. Jedoch uff üwer schriben wil ich sy nit helfen noch raten in kainem vortayl anzegryffen noch die üwern in kain sorg zů begeben, dann mit ander lüten. Dan so wir zů Bremgarten ußzogen sind, hand wir die hufen taylt: sind Berner uf Muri mit sampt den von Soloturn zogen — ligt an ainer syten an der Rüß —, und wir in dryen hufen dissenthalb der Rüß. Ist die vorhůt Schafhusen, Turgöw, Sant Gallen, Diessenhofen, Bischofzell; sind 3000 stark. So zücht Zürich und Basel im mittelhufen und in der nachhůt der hoptman Fry mit 1500 gotzhuslüten und 1000 Züricher, Grafschafter mit 600 mannen. Hof zů gott, es werd recht tůn. Doch zů gott stond alle wal. Ich hoff zů gott, ich wel kain uneer inlegen. Günstigen herren, wellend nit zürnen, dass ich Thoman so lang bhalten; dan ich üch gern etwas tapfers geschriben hette. Ist nichtz beschechen; doch hoff ich, werd uns wol gon. Wil ich, ob got wil, den Saxer in zway tagen hinach schiken. Wellen also mein schryben baß verston, dann es in yl beschechen ist; kan üch zöger wol sagen. Datum Zinstag nach Galli, um die 9. stond vor mittag. In yl.

Euer alzyt willig

Christan Fridbolt.
Baschion Graf.
Jacob Kapfmann.

[1]) Vgl. III, Brief 416. — Die mit dem Hauptmann *Christian Fridbolt* unterzeichneten *Sebastian Graf* und *Jakob Kapfmann* waren neben Fridbolt die Führer des st. gallischen Zuzugs. — Ausser dem vorstehenden, nur in Vadians Diarium erhaltenen und in J. v. Watt, Deutsche Hist. Schriften III, S. 300 f., von Götzinger zum ersten Male veröffentlichten Brief fügen wir der Vollständigkeit wegen auch noch einen zweiten, an Bürgermeister und Rat gerichteten Bericht aus dem Felde (vom 16. November) ein, der noch im Stadtarchiv liegt und l. c. S. 303 ebenfalls aus dem Diarium abgedruckt ist.

651.

Stadt-A. St. G. Tr. Q. 1b, 15.

Christian Fridbolt[1]) an Vadian.

Im Lager vor Zug. 1531. October 22.

Bericht über die Lage und Absichten im Lager.

Min alzytt willig dienst. Günstiger her gfatter, ewer schriben per Niclaus Guldi ist mir woll worden. Sag ich üch früntlichenn danck. Hab och min herren den aidgnossen ewer schriben der rustung anzaigt. Hatt man gern gehort. Demnach wyssen, das mir vor Zůg an

dem bergle ob Bar uff die rechten hand ligen, ob 22000 starck, woll gerüst; und sy ligen ob Zûg an dem berg, da ir harus komen, in dry huffenn. Aber uff morn so sind mir des sins, sy zû überhöhen und hinderziehen. Ist pisshar nichts usgericht. Aber ich gloub, es müg sy über zwen tag nit erweren, es werd etwas darus. Gott geb unss glück! Will ich üch, so erst sich etwas begipt, wytter schribenn. Land üch min kind und hushab befolenn sin. Wils gott und ich gûtt bin, so will ich es verdienen. Damitt gott befolenn. Datum uff Sontag zû nacht, im leger vor Zûg, im 31. jar. Ewer williger *Christan Fridbolt.*

Domino Vadiano.

[1]) Vgl. III, Brief 416. — Der Inhalt des Briefs weist deutlich auf den Ratschlag, der am 22. October im Lager gehalten wurde; vgl. Bullinger: Reformationsgeschichte III, 190. — Kessler setzt in seiner Sabbata den Ratschlag im Lager offenbar irrig auf den 23., statt auf den 22. October an.

Stadt-A. St. G. Tr. Q. 1 b, 14.

652.

Bürgermeister und Räte der Stadt St. Gallen an Dr. Joachim von Watt, Kaspar Zollikofer und Hainrich Vogt, jetzt zu Bremgarten.

St. Gallen. 1531. November 6.

Antwort auf eine Anfrage wegen allfälliger Friedensunterhandlungen.

Unnser früntlich, willig dienst etc. altzeit zûvor. Hochglert, fromm, ersam und wyßen, sonderlieben und getrüwen mitratsfründ und sandtbotten, uff hinachtigen abent uff die dritten stund gegen der nacht ist unns durch Niclaußen Guldin ewer brief, des datum lut uff Sampstag nach Allerhailgen tag inn der fünfften stund ze abent etc., überantwurt, den wyr sins innhalts vernomen. Doch in summa, antwort von üch an unns begert: dieweil ettliche ort und stett von ainem bricht ze reden iren hoptlüten, panerherren unnd anndern den iren im veld gewalt geben, aber ir desselben halb nit sondern bevelch von uns habend, üch ze schreiben und bevelch ze geben, wie ir üch hierinn halten söllend.

Uff sölichs fugend wir üch hiemit zû wissen, das wyr achtend, das ir wol bericht syind, das wyr allweg des willens, gemûts und mainung geweßen und noch zûm tail syend, unns von den zwayen stetten Zürich und Bern, unnsern cristenlichen mitburgern, nit zû söndern etc. Doch so ist unnser ernstlich will und mainung, das wyr unns vorab von dem göttlichen wort, och unsern alten, harkommen fryhaiten, pünten und dem kouff lut unser brief und siglen kains wegs trennen lassen, sonder daran setzen wellend lyb, eer und gût und alles unsers vermögen. Darumb ist

an üch unnser beger, will unnd mainung, das ir daran ernstlich anhalten, darvon nit ston und umb hanthabung derselbigen die bemelten unser aidtgnossen und cristenlich mitburger von Zürich, Bern ald annder, wo ir hoffend sölichs erschießlich sin, umb hilff und bystand ankeren und hierinn das best und wegst ton und handlen wellend, als ir ze thůn wol wissent und wyr üch des und aller eeren und gůts gentzlich vertruwend unnd umb üch und die üwern mit sonderm, genaigtem willen zů beschulden und verdienen altzeit willig sin wellend. Datum in yl, uff Mentag vor Martini, inn der 7. stund zů angeender nacht, anno etc. XXXI.

Burgermaister, clain und groß reth der statt zů *Sant Gallen.*

Den hochgelert, frommen, ersamen und wyßen herrn Joachim von Watt, doctor, Casparn Zollikofer und Hainrichen Vogt, unsern sondern getrüwen, lieben mitratsfründ und sandtbotten von der statt Sant Gallen, ietz zů Bremgarten etc.

653.

Stadt-A. St. G. Tr. Q. 1 b, 16.

Christian Fridbolt[1]) an Joachim von Watt und Kaspar Zollikofer, jetzt zu Bremgarten.

(Aus dem Felde.) 1531. November 12.

Kurzer Bericht über den Stand der Dinge.

Unser früntlich, willig dienst. Günstig, ersam, wyß herrenn, wyssenn, das uns Bernhart Staiger hatt bracht 200 fl., als ir unseren herrenn geschribenn hand. Demnach so habenn die hoptlütt des Turgows, Bischoffzel und Diesenhoffen sich veranigt, uff den tag genn Bremgarten zů rytten, daselbst ir beschwerd zů erzellen. Und diewill ir da sind, hat unß nit von nötten bedunkt, das ainer unter uns dahin rytte. Wo ir aber nit da werenn, můst ainer von unß geritten sin. Ist also nit von nötten, das mir dahin ritten; dan ir baß dan wir (!) der sach ze thond wyssenn. Wellen also uns der handlung, so erst ir mügt, berichten; dan uns och wundert.

Günstigen herren, der lerman, so Zürich was, als mir hinweg zugen, ist nichts und on alle nott gewesenn. Ir hapt aber der Züricher hertz gesehen. Mügen es woll richten lonn; dan da ist wenig dapferhait. Gott erbarms!

Unser volck facht an vast unwillig sin. Hab me mit in zů schaffen, dan vor ie. Laust mich gott leben, wils min herren woll anzaigenn. Der fendrich Hans Sturm und Lutz Ransperg sind kranck worden. Den

hab ich gen Zürich erlopt. Sunst nit sonders, dan gott dem herrenn befolenn. Datum uff Sontag post Martine, im 31. jar.

E(wer) Wyshat willig *Cristan Fridbolt.*
Jacob Kapfman.

Den fürsichtigen, ersamenn *und wys*enn doctor Jochim von Watt und Caspar Zollikoffer, ietz zů Bremgarten, minen günstigen herren.

[1]) Vgl. oben, Brief 650.

Stadt-A. St. G. Tr. Q. 1b, 17.

654.

Christian Fridbolt[1]) an Bürgermeister und Rat von St. Gallen.

Oberrieden am Zürichsee. 1531 (November 16.)

Bericht von dem Separatfrieden der Zürcher.

Unser früntlich, willig dienst. From, fürsichtig, ersam, wyss, günstig, gnedig herren, als dan unser herrenn, ewer sandbottenn, üch zů jüngst geschribenn, hoff, sige E. W. woll zůkomen; in dem ir vernomen, wie die von Zürich understond ain friden zů machen. Dem sy fürwar recht thonnd; dan ich besorg, sy würden mitt kriegen nit vill erlangen, sonder bös erger machen. Und uff solichs habenn sy uff 16. ditto frůy acht man zů den 5 orten geschickt, den selben vollen gwalt gebenn, den friden mit in anzůnemenn und zů beschliessenn. Und umb die sybne zů abent sind die acht man widerkumen und hand den bericht bracht. So fer mir den wellen annemen, sind mir och darin. Wie aber das selbig ist, will ich üch wytter berichtenn: dan ich den Saxer ietz allan schick, üch das bottenbrott anzůgewinnen; dan uff morn wellen mir, ob got will, mit der panner zů Zurich inziehen und, ob gott will, an Mentag dahaim sin mit den knechten. Darum was und wie das übrig ist, werden ir woll bericht; und schickenn uns gelt entgegen, damit mir haim mügen komen. Damit zů tusent gůter nacht. Datum um 9 ur, uff Donstag, in Oberriet am Zürichsee.

Cristan Fridbolt.
Jacob Kapfman.

Dem fursichtigen, ersamen, *wys*enn burgermaister und a*(inem)* ratt der stat Sant Gallen, minen gnedigen herren.

Ilents.
Ilents.
Ilents.

[1]) Vgl. oben, Brief 650. Der 16. November war eben der Donnerstag, in dessen 9. Abendstunde der Bericht noch abgefertiget wurde.

655. III 74.

Wilhelm von Zell[1]) an Vadian.

Zürich. 1531. November 17.

Übersendet die gefundenen Briefe und verspricht, noch mehr zu suchen. Empfiehlt Hans Wahentinger, dem er durch Niklaus Guldin 12 Gulden geschickt hat.

Erwirdiger unnd hochglerter her doctor, ewer Erwirdi seind mein[a)] guetwillig dinst[b)], ungsparten vleis ze voran berait etc. Ich habe seyherr (!) mehr gesuecht und funden, so vil hierin eingeschlossen ist. Das wölle E. E. von dem[c)], wie ich gwiß seye, annemen, wie er sagt, bey vilen an tisch sitzend in dem stubli, darin ich mit E. E. gredt[d)], von Sandt Gallen purtig ist etc; dann E. E. zů dienen, het ich ain freud. Bedanckh mich auch hiemit E. E. erlicher beweisung gegen mir. Will also hiemit sambt E. E. erlichen, fromen lieben hausfrowen got bevolhen haben, mit gesuntlichem lanckleben baide zu fristen. Hoff auch, E. E. seye gesundt unnd woll haym komen. Wolt mir E. E. from hausfrowen im hern grießen[e)]. Was ich weytter funde, sol E. E. von mir auch zugeschickt werden. Wann möglich, wils gott, will ich weytter suechen. Mag E. E. ain zu mir haissen gan, wa ich etwas hett funden, demselben zu geben, mit aym clain zedele unnd anzaigen, ob auch dise brief E. E. gwiss uberantwurt seyen wurden. Pitt vleissig, lond euch minen frumen Hans Wahentinger treulich bevolhen sin. Hab im bey Clas Guldin 11 flor. gschickt. Wolt gern wissen, obs im worden wär. Hab sein doch kain sorg, bey Clasen richtig unnd frumb sey etc. Datum Zurch, Frytag[f)] nach Otmari, 17. Nofembri 1531.

Ewer Erwirdi guotwilliger *Wilhelm von Zell.*

Adresse fehlt.

a) Oder „min"? — b) Oder „dienst"? — c) Folgt ein Verweisungszeichen, dem aber nichts am Rande entspricht. Der ganze Satz ist so, wie er da steht, unverständlich. — d) „gerdt". — e) „Wolt — griessen" am Rand nachgetragen. — f) Eher „frustag".

[1]) Von *Wilhelm von Zell,* einem Freunde Zwinglis, liegen nur dieser und der nächstfolgende Brief vor. — Nach dem folgenden Brieflein könnte man vermuten, dass die gesuchten Briefe, um die es sich hier handelt, mit den Familienverhältnissen des Christian Fridbolt im Zusammenhang stehen; vgl. unten den Brief Christian Fridbolts vom 23. Mai 1532.

III 75. 656.

Wilhelm von Zell[1]) an Vadian.

Zürich. 1531. November 20.

Erklärt, dass nichts mehr zu finden sei.

Erwirdiger unnd hochgelerter her doktor, wisst mich durchauß allerdingen vleyssig gsuecht haben unnd mich dise brief und weyter nicht mer funden noch zu suechen mehr ist; also das ich achte, was vorhanden unnd bhalten sey worden, sey auch funden. Dann euer Erwirdi zdienen, auch meym geliebten freundt unnd brueder Christan Fripold, hauptmann, will ich alzeit nach vermogen ungesparten vleis erfunnden werden. E. E. erliche liebe hausfrowen unnd den hauptman pit ich von wegen mein vlaissig zgriessen. Datum Zurch, auff Montag, 20. Novembri, im 1531.

Ewer Erwirdi gutzwillger *Wilhelm von Zell.*

Dem erwirdigen unnd hochgelertenn hern Joachim vonn Wadd zů Sannd Gallen etc., meinem gebietenden heren unnd liebenn frewndt.

Sand Gallen.

[1]) Vgl. den vorhergehenden Brief.

III 76 657.

Georg Strœlin[1]) an Vadian.

Ulm. 1531. November 22.

Mitteilung, dass einer seiner Freunde in Ulm ein Leibding auf seine drei Kinder in St. Gallen zu kaufen wünsche, ebenso dessen Schwager in Augsburg auf seine drei Töchter. Dieses Begehren, das ihm früher abgeschlagen worden, stellt er nochmals im Vertrauen auf die Verwendung Vadians dafür. Auch wünscht er Bericht über die Niederlage der Zürcher.

Fürsichtiger, hochgelerter und weyser, euch seyen mein willig dinst, was ich auch in eeren liebs und guts vermag, mit sonderm vleis zu yder zeit von mir berait zuvor. Lieber her und fründt, ich füg euch zu vernemen, das ich in Ulmen ain vast guten und lieben fründ hab. Der begert bey euch, meinen herren von Sant (Gallen), uff seine drü kind ain leipding zu kauffen. Send zwei tochtern und ain sun. Ist die eltest tochter 16 jar alt, die ander 12 jar, der sun aber siben jar etc. Hat auch gemelter mein fründt ain schwager in Augspurg; der begert uff seine drey tochtern auch ain leipding zu kauffen. Ist die eltest sein tochter 18 jar

alt, die ander 17 jar, die drit 16 jar, und uff ygglich 30 fl. sein lebenlang und nit lenger. Stürbent also mit ygglichem kind seine 30 fl. ab. Und wiewol ich sollichs (in kurtzt verruckter zeit) durch ander leüt hab lassen ankomen, ist mir aber damals abgeschlagen worden. Habent vieleicht ir, meine herren von Sant Gallen, ain scheuen ab der jugent getragen. Hierumb dem allem nach so ist mein früntlich, hochvleisig pitt und beger, in ansehung unser alte geselschafft und früntschafft, ir als consul eurs vattersland wellend sollichs wider lassen ankomen und ermessen, das ye als vil junger sterben send als alter. (Got welle uns all mit seinen gnaden langwirig fristen!) Ob meine hern von Sant Gallen sollich leipding hettet[a] angenomen und wa es ye nit anderst sein möcht, so hat sich mein fründt bewilliget, von 100 fl. nun 9 fl. zu nemen; wurdent also 1000 fl. hauptguts um 90 fl. leipdings gegeben. Wissent also der sach selbert (!) wol recht zu thůn — das wil ich mich zu gescheen vertrosten — und mich wider verstendigen bey nächster botschafft, wes ir euch entschliesen, mich des wisen haben zu halten. Schreibt mir auch cladem Tigurinorum, si tantillum otii[b] habueris; nam diversi diversa sentiunt[c]. Vale faustiter et Strolin tuum et tui amicissimum amato. Ex Ulma, XXII Novembris, anno 1531.

Georgius Strolin, doctor physicus[b], *Ulmensis.*

Dem fürsichtigen, hochgelerten und weysen hern Joachim von Watt, doctor, burgermaister zu Sant Gallen, meinem sondern lieben hern und fründ.

a) Für „hettent" verschrieben? — b) „ci" für „ti". — c) „phis-".

1) Vgl. I, Brief 42.

658.

Johannes Comander[1]) an Vadian. III 79.

Cur. 1531. December 5.

Jammer über die Niederlagen und Verluste der Zürcher, sowie über Vadians Krankheit. Dankbarkeit für dessen Genesung und Hoffnung auf Rückkehr besserer Zeiten nach diesen Prüfungen.

Gratiam[a] et pacem per dominum nostrum Iesum Christum. Quid primum ex corde tam anxio atque mæroribus repleto, vir clarissime, scribam, nescio. Ingentes quidem me gratias debere magnificentiæ tuæ, qua me amplexabaris nuper, dum tecum essem Sanctogalli, agnosco,

ac desuper gratulari liberet, nisi paulo post tanta moles calamitatum me obruisset. Nuntiantur[a] ex insperato strages Tigurinorum, Zvinglii interemptio ac præcipuorum eva(n)gelii procerum cædes. Consternatur animus meus adeo, ut nihil fere spiritus in me maneret. At mox, quum vix parum virium resumpsissem, alterius calamitatis fama advolat ac me totum prosternit attonitumque reddit, ut, quo me verterem, penitus nescirem. Interea, quum ad deum optimum maximum creberrimis suspirarem suspiriis, gravissimum aures meas sauciat nuntium[a], cor proscindit ac corpusculum totum residuis viribus destituit, dum nuntiatur[a], Vadianum nostrum in gravissimam adversam valetudinem subito incidisse. Quid dicerem aut quid cogitarem inter tot et tantas ærumnas?[b] Ego ad deum, totius[a] misericordię patrem, preces[c] dare: O deus, quando tandem aut quem tandem calamitatum modum finemque pones? Num omnem decorem nobis simul auferes? Num ad internicionem[d] usque nostri omnium hostem sævire permissurus es? O deus, averte tua bonitate mala hæc, quamvis plura his et maiora demereatur ingratitudo nostra! Sed propter gloriam nominis tui miserere nobis, quum hæc omnia in denigrationem[a] ac opprobrium[e] evangelii filii tui vergant! Venit interim Mathias noster, qui animum meum non mediocriter refocillabat, quum de revalescentia Humanitatis tuæ bonam spem daret. Ego illico rogabam: num usque adeo revaluit, ut literas meas legere queat? Respondet: Revaluit quidem per dei gratiam[a], ut sermone claro rationeque[a] serenissima utatur. Pro hac dei magnificentia, qua te, unicum nostræ miseriæ solatium[a], nobis restituere dignatur, agere gratias non desinam. De rebus nostris quid scribam? Omnia ægra ac titubantia[a] conspicio, ac nisi Christus dominus suffulciat[f], citius[a] corruent. Ego tamen bona spe ducor, quod deus et pastor noster nos nondum penitus abiecerit, sed cruce salutifera nos exercendo nos in statum optimum reducturus sit. Vale et per dei gratiam et virtutem revalesce, vir eximie ac charissime. Ex Rhætorum[b] Curia, quinta Decembris 1531. Plurima salute impertimus honorabiles viros magistrum Hermannum Militem ac dominum Augustinum, civitatis vestræ protonotarium[g].

Tuæ Humanitati deditissimus *Ioannes Comander.*

Præstantissimo viro ac domino doctori Ioachimo Vadiano, suo observandissimo domino ac fratri.

a) „ci" für „ti". — b) „e" für „æ". — c) „æ" für „e". — d) „t" für „c". — e) „obpr-". — f) „suf-". — g) „protb-".

1) Vgl. III, Brief 468.

659. III 80.

Andreas Cratander[1]) an Vadian.

Basel. 1531. December 6.

Bericht über im Drucke befindliche und nach und von St. Gallen zu sendende Bücher.

Salve, vir clarissime. Harum latori Zieglerum in secundum Plinii ad te perferendum dare volui; verum ille, se modo aliis oneratum dicens, renuit. Quare non mihi, sed nuntio[a)] morulam illam imputabis neque moleste feras, quod Primasium in Apocalypsin nondum remiserim; qui tam mendose scriptus, ut absque emendatiore exemplari transscribi non commode possit, sed coniecturis et divinationibus uti necesse est; id quod interim propter alias occupationes non licuit. Totus enim sum in Pauli Aeginetæ operibus Latine excudendis, quæ mox absoluta habebis cum reliquis non pænitendis[b)] auctoribus[c)]. Porro, humanissime Vadiane, quam vellem ad nos mitti ex bibliotheca vestra historiarum libros Frechulfi episcopi cum Francorum chronicis, si ullo modo fieri possit! Hæc omnia his literis bona fide polliceor me redditurum cum fænore[b)]. Frechulfus prope fores bibliothecę situs est, ubi ceteri[d)], quos seligendos putavi, codices ponuntur. Vale felix[e)], patrone observandissime.

Basileæ, 6. Decembris, anno XXXI.

Tuus *Andreas Cratander.*

Clarissimo iuxta ac doctissimo viro domino Ioachimo Vadiano, consuli apud divum Gallum, patrono suo observandissimo.

a) „c" für „t". — b) „œ" für „æ". — c) „aut-". — d) „cęt-". — e) „fęlix".

1) Vgl. II, Brief 183.

660. III 83.

Christoph Froschauer[1]) an Vadian.

Zürich. 1532. Januar 8.

Übersendung von drei neulich gedruckten Bibeln.

Gott gebe uns allen ein gůtt, glückhafft, fridsam sälig jar. Amen.

Lieber herr burgermeister, ich hab empfangen üwer schriben mir gethon von wegen 3 Biblien, wie ichs erst lest getruckt hab. Die wil ich üch uffs allerbest lassen binden, das mans in und über 14 tag můs finden; wiewol ich gern wolt, das ir mir hetten gschriben, ob irs in 1 oder 2 teyl wellen haben. Ich wils in ein teyl lassen binden; ob irs aber in 2 teyl

welen haben, so land michs wissen; wil ich üchs in 2 teyl lassen binden. Datum Zürich, am 8. Ianuarii, anno 1532.

Ü. v. d. d.[a] *Christoffel Froschouer.*

Dem hochgelerten herren Joachim von Watt, doctor und burgermeister der (lob)lichenn statt S. Gallen.

a) „V. v. d. d." ist wohl „Üwer dienstwilliger" aufzulösen, statt „ü(wer) w(illiger)", wie Froschauer sonst unterschreibt.

¹) Von *Christoph Froschauer*, dem bekannten Zürcher Buchdrucker und Buchhändler, finden sich 16 Briefe aus den Jahren 1531—1547 in unserer Sammlung.

B 393.

661.

Andreas Cratander[1]) an Vadian.

Basel. 1532. Januar 15.

Mitteilung über die beabsichtigte Veröffentlichung des Geschichtschreibers Frechulf und des Aeginetes.

S. De Frechulpho imprimendo mecum sentis, vir clarissime. Quamquam is Latini sermonis munditie non omnino excultus, tamen ob rerum gestarum fidem et historiæ brevitatem (quæ potissimum historiographum commendare solent) invulgandum censeo. Ad hæc auctoris[a] ipsius vetustas lectorem facilius invitabit. Floruit enim sub Lodovico, Caroli Magni filio, anno salutis DCCCXL, si Trithemio, abbati Spanheimensi, creditur. Ziegleri in secundum Plinii annotata iam mitto, in quorum calce et tuas vigilias comperies. Præterea nihil tua lectione dignum apud nos recens in publicum exiit. Verum brevi Aeginetam Latinum ex nostra officina accepturus es, nempe ad futuras nundinas Francofordienses. Vale; ego quidem adversa valetudine, nimirum febribus tertianis (ut vocant), laborans, misere crucior. Rursus vale, et Cratandrum ex animo tuum audacter tibi persuade. Basileæ, 15. Ianuarii, anno 32.

Tuus *Andreas Cratander.*

Clarissimo viro domino Ioachimo Vadiano, consuli apud Sanctogallum, domino et amico suo observandissimo etc.

a) „aut-".

¹) Vgl. II, Brief 183.

XI 46.

662.

Georg Binder[1]) an Vadian.

Zürich. (1532.) Januar 25.

Ersucht um den Commentar des Johannes Fannensis zu Valerius Maximus, empfiehlt Vadian ein Werk des Johann Ludwig Vives zum Ankauf und muntert ihn auf, sein eigenes Werk zu fördern.

Animus est nobis, finito Valerio Maximo (cuius nunc septimum librum ordiemur) finito[a], libros Fastorum Ovidii discipulis nostris prę-

legere. Desideramus[b)] autem operam et commentarios in eundem Ioannis Fannensis, qui apud te sunt. Eorum igitur copiam nobis ut facias, oro enixissime, quamprimum latorem aut vectorem nactus fueris. Quodsi nullum inventurum te speras, ipse puerum ad te mittam, qui eum ad nos perferat. Edidit porro Ioannes Ludovicus Vives libros XX De Disciplinis eruditissimos, quos si non habes, emas, quęso. Miraberis profecto et delectaberis. Operam nostram in opere tuo opus ipsum commendabit. Tu modo fac, opus ut matures; a multis enim exspectatur[c)]. Vale in Χρίστῳ Ἰησοῦ, pręceptor observandissime. Tiguri, octavo Kalendas Februarii.

G(eorgius) Binderus.

D. D. Vadiano suo.

a) „finito" irrtümlich wiederholt. — b) „Desyderamus". — c) „exp-".

[1)] Vgl. II, Brief 129, und III, Nachträge, Brief 85. Da das Werk des Vives: De tradendis Disciplinis et Artibus libri XX, im Jahre 1531 zu Antwerpen erschienen ist, darf vorstehender Brief mit Sicherheit auf den 25. Januar 1532 angesetzt werden.

663.

Berchtold Haller[1)] an Vadian.

III 86.

Bern. 1532. Januar 29.

Bericht über neuere Bewegungen in Bern. Conflict des Magistrats mit Megander. Beilegung durch die Synode. Druck der Synodalacten. Das christliche Burgrecht.

S. Quid scribam aut unde sumam epistolę exordium, ornatissime Vadiane? Si lamentari velim et rerum et hominum calamitatem; impietatem atque casum, vix Hieremias pro voto et necessitate id pręstabit. Missa certe sinam hęc omnia, quę facta infecta reddi non possunt, et de iis, quę interim acciderunt, te certiorem reddam. Post bellum hoc infelix[a)] omnis pietas in periculum venit, ita quod ex agro Bernatum 120 legati Bernam statuto die comparentes, etsi imparibus suffragiis, quędam certe tum reipublicæ tam civili quam christianę intolerabilia expostularent. Tamen domino omnia gubernante ita comparatum est, ut ex legatorum piorum auctoritate nihil nisi pia peterent: primum verbum domini libere doceri, modo acerbius non inveheretur in vitiosos aut papistas, deinde in ministros maxime Helvetios vocarent; porro, ne ministri vitiorum censurę se miscerent, et nescio quę alia plane aut ridi-

cula aut vilia. Hi itaque pro nutu suis consiliis admissi, tandem sic amandati sunt, ut plane intelligerent, se potius factionis studio quam publicę pacis hac legatione functos. Sacramento (?) evangelii itionem reliquaque reformationis statuit magistratus totaque plebs in urbe et agro tam diu servanda, quamdiu solum hoc Bernatum perstiterit. Interim quod Megander acerbius magistratum adortus erat, quam ipsi putarent Christi contionatorem[b] decere, iussus est a contione[b] quiescere usque ad synodum[c] congregandam[d], cuius iudicio forte senatus uti voluit contra Megandrum. Sed cum nostro consilio res nimirum pessime cessisset, dominus per Capitonem omnium consilia intercepit[a], nobis omnibus nescientibus, immo[e] qui nec a domino nec ab ipso Capitone tale quid ausi fuissemus petere. Is tam feliciter[a] omnia pro dei gloria et evangelii sui profectu transegit, ut, si vidisses 233 contionatores[b], senatum, diacosios, plebem totam ad contiones[b], actionem omnem in Christo surrexisse, Christum e novo induisse credidisses. Acta synodalia sub prelo sunt Frobeniano Basileę; habebis a Tiguro (ubi et synodum[c] convenit Capito) et miraberis. Longe alium se pręstitit, quam in disputatione nostra. Argentinensium animi nostris et vicissim nostri illorum arrident. Civitas christiana facile reparanda esset, ubi commoda occasione quilibet uterentur. Sic itaque res christianę non tam male apud nos habent. Ceterum[a] Sabaudus, qui se hoc bello inimicum pręstare potuisset, amicissimum cum se pręstiterit, iam oblati sunt articuli, quibus civitas Gebennensium cum nostris (salvis tamen omnibus eorum iuribus) proscindatur et dux in pristinam cum nostris redeat confœderationem[a]. Exspectamus[f] illic aut bellum, ubi minę bellum sunt, aut pacem. Et ut redeam ad id, quod prius omiseram: Megander officio restitutus est. Sed hac hora audio a mendica quadam, Sertorium nostrum apud vos sua sponte a contione destitisse. Si quid tale fuerit, vellem certior reddi. A te multos menses, sex ferme, nullas accepi literas. Quas cum miseris, nescio quis interceperit. Zvinglii Wilhelmum filiolum educat apud nos Trempius. Hoc unum curabimus omnes, ut civitas nostra christiana, sed citra titulorum pompam, resarciatur. Hoc volebam, ut animi ad invicem magis propensi sint, quam literatę unquam tabellę fœderis potuissent. Postremo si quid velis a me, impera, scribe, et scribendum nobis plus erit quam hactenus unquam. Carnis prudentia prudenter et temere omnia agit; nos vero stertimus et omnia negligimus. Salutabis verbi

ministros, Cristanum Fridbold et omnes pie Christianos. Vale. Bernę, 29. Ianuarii, anno 32. Non vacabat relegere.

Tuus ex animo *Berchtoldus Hallerus.*

Ornatissimo simul et consultissimo viro Ioachimo Vadiano, urbis Sangallensis patricio[g], domino et maiori suo longe observandissimo.

a) „ç" in der Stammsilbe. — b) „conc-". — c) „sinodum". — d) Eher „-um". — e) „imo". — f) „Exp-". — g) „t" für „c".

¹) Vgl. III, Brief 434.

664. III 87.

Johannes Comander¹) an Vadian.

Cur. 1532. Februar 1.

Es sind ihm erfreuliche Briefe von Vadian zugekommen. Feindselige Anschläge König Ferdinands gegen Bünden und der Innerschweizer gegen St. Gallen.

Gratiam[a] et pacem a Deo patre per Iesum Christum. Litteras a tua Humanitate missas, vir candidissime, parvo tempore binas accepi: unas a Simone Tinctore, cive nostro[b], alteras a Davide, dilecto fratre tuo, ex quibus uberrime cum instructus, tum recreatus et consolatus sum. Nihil enim in hoc sæculo[c] animum tam exhilarare potest quam evangelii profectus. Huic me per Christi gratiam[a] totum deditum exopto, ad quod et tu me quoque tuis scriptis semper erigis, instauras ac inhortaris. Stamus itaque in evangelio debiles ac minus frugiferi, quam vere Christianos deceat. Nihil tamen tentamur aut infestamur ab immontanis Helvetiis, sed a Ferdinando, qui nonnihil dominii in nostris terris habet. Utinam Deus optimus maximus hunc et illos in brevi ita domet, ut asparagis molliores fiant, qui sese nunc adeo duros et inexorabiles exhibent! Ego quidem antea non credidissem, tam parum virium in imperatore et fratre suo fuisse, quam nunc apparet, quum toti innitantur Helvetiorum victoriæ; quæ si per Dei nutum parum labesceret, illico actum de regno esset Sathanę et sui Antichristi. Per te edoctus sum, quod et prius apud me cogitabam, scilicet Immontanos vobis Sanctogallensibus malum quid intentaturos, et ex quibusdam indiciis ita suspicor. Sed per hoc non conterreamini; nam novit deos suos ex tentationibus[d] eruere et malis his finem dare, dummodo[e] ipsum solum suspiciamus et exspectemus[f] auxiliatorem. Timebunt et ipsi Immontani ac varia considerabunt, priusquam ex suis cavernis tam procul militatum

abeant, formidantes, ne quis, antequam redeant, eorum nidos præoccupet. Simul tamen toto corde invocemus æternum patrem per dominum Iesum, ut avertatur ira eius et omne malum a nobis et donare dignetur evangelii fructum uberrimum[g]. Vale, vir eximie, superstes in magnam senectam. Amen. Ex Curia Rhætica[c], Kalendis Februarii 1532. Hermannum grandævum Militem salvum exopto.

Tuus ex animo servus *Ianus Comander.*

Præstantissimo ac doctissimo viro doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli prudentissimo, domino ac patrono suo primario.

a) „c" für „t". — b) „civem nostrum"! — c) „e" für „æ". — d) „-cionibus". — e) „dumodo". — f) „exp-". — g) „uberimum".

1) Vgl. IV, Brief 468.

III 88.

665.

Andreas Karlstadt[1]) an Vadian.

Zürich. 1532. Februar 3.

Übersendung von Büchern. Versicherungen seiner Dienstwilligkeit. Grüsse und Gerüchte.

Salutem in domino. Ut quacunque ratione, vir prudentissime eruditissimeque, obsequibilem erga D(ominationem) tuam animum declararem, eo lubentius mecum vectorem sumpsi, qui libros illos tres divinos adferret tibi, idque persuasum Excellentię tuę velim, mihi nihil in votis neque iucundius neque prius fore, quam ut quantulocunque obsequio demerear viros bonos, pudetque interim me eius caussa inopię. Si quid velis, quod ego pręstare queo, imperato; nam me beneficio affeceris, si iusseris. Salvos esse cupio convivas et concenatores. Si licet ex vulgi rumore quicquam coniicere, res longe setius[a]) cadent, quam pagi dispiciunt etc. Vale, vir charissime, et me tibi commendatum habe. Datum festinanter. Tiguri, postridie purificationis Marię, anno MDXXXII.

Tuum obsequibile mancipium *Andreas Carolstadius.*

Eximio viro domino Iachimo de Watt, doctori atque senatori Sancti Galli, pręceptori charissimo.

a) „c" für „t".

1) Von *Andreas Karlstadt* (Bodenstein) findet sich nur dieser eine Brief an Vadian in unserer Sammlung.

666.

III 92.

Ammann Hans Vogler[1]) an Vadian.

Zürich. 1532. Februar 4.

Bericht über seinen Ausgleich mit den 8 Orten und den Rheintalern.

Der herr unsser gott ferzich uns täglich durch sinen sun. Amen. Er welle uns um sins namens willen laiten. Geliepter herr und brůder, danckend gott mitt mir; dann er mich ain mal nach sinen gnaden (min schwachhait angesechen) erledigtt. Er fůr mich gar uß und zaig mir minen sytz etc. Also stat es in der summ (doch wils gott wil ich üch in kurtzem haimsůchen, üch dancken und sechen und sagen min handel etc. Ich hab von gott und bin mitt im und allen menschen zůfriden; dann nach gstalt der sach hat er mich fil gnad vor sinen ogen und m. g. h. den achtt ortten finden lassen; dessglich mitt den biderben Rintalern und sächern früntlich abgeschaiden, ain sy um ferzichung gepetten, warlich ettlich, namlich aman Jansel, aman Bartle, och ich mit trähen; dann ich gernn min vatterland miden um irer ainigkait willen, das sy ains sind. Sind also früntlich abgschaiden. Das Rinthal hab ich lut der urtel ferschworen, nimmermer in das Rintal ze komen, ains; das ander, m. g. h. den 8 orten zů gen 1ᶜ guldin, den Rintaleren an irn costen und zůsprüch 1ᶜ guldin; das ander můß jeder selb tragen. Es ist mir laid ir grosser costen, und ist alles ab, ußgnomen Oberrieter bilder halb; sind nit da gsin. Deß můß ich erwarten, ob etwar darum mich sůcht; sunst, so ich die 2ᶜ guldin leg, mag ich das min bruchen oder ferkoffen, alles nach minem fromen. Ich acht, ich hab mer schaden empfangen, pest 7ᶜ guldin. Min straff erkenn ich von gott, nit on ursachen, doch uß sir (!) gůte; desshalb ich niemand, der ain růtt über mich ist, die schuld geben darff. Gott ferzich uns allen. Amen! Sagend mirs üwer frowen und schwöster, beden Othmarn, der alten můter, andern minen gůten herren und fründen, die mich liebend, und grůst mirs. Gott well sinen zorn ablassen, gfalt es im. Behůtt üch gott. Yn yl. Actum Zürich, Mentag nach liechtmess, anno 32. Ü(wer) armer, williger *Hans Vogler*.

An min fylgeliepten hernn und günner Jochim von Wadtt, doctor, alttburgermaister der statt S. Gallen, zů handen.

[1]) Von *Ammann Hans Vogler* sind in unserer Sammlung 18 Briefe aus den Jahren 1532—1546 vorhanden. Über Leben und Schicksale dieses Mannes s. Dr. Joh. Häne: Das Familienbuch zweier rheintalischer Amtmänner, im Jahrbuch für Schweiz. Geschichte. Bd. XXV.

III 89.

667.

Christoph Froschauer[1]) an Vadian.

Zürich. 1532. Februar 4.

Übersendet 4 bestellte Bibeln.

Der frid gottes sije mit uns allen. Amen etc. Lieber herr burgermeister, hiemit schick ich üch die 4 Biblien, die ir in üwerem schriben bestelt haben. Verhoff, sy söllen üch und üweren gůtten fründen nit übel gefallen; denn ich sy mit höchstem flis hab lasen machen. Hab sy ouch kum mögen behalten; denn was 2 binder mögend binden, sind alle verkoufft. Gott sy lob etc. Die in 2 teill gebunden ist, die cost $3^1/_2$ fl., und die mit spanngen beschlagen ist, die selbig costet 3 fl. 1 ort. Die andren 2 cost yede 3 fl. Und demnach kostet yetliche 1 batzen ze underzeichnen oder ze registerieren. Die selbigen batzen sind der bůchbinderen; denn sy habends am firtag gemacht etc. Weß ir witers bedörffen, laßt mich allwegen wissen. Wil ich üch nacht oder tag dienen mit miner arbeit, lyb unnd gůt etc. Ich hette sy gern in ein fäßli ingemacht; hab ich keyns mögen haben, das recht darzů were. Hab sy sunst versorget uffs best, so ich hab mögen. Datum Zürich, am 4. Februarii, anno 1532.

Ü(wer) w(illiger) *Christoffel Froschouer.*

Dem fürsichtigen, wisen und wolgelerten herren Joachim von Watt, burgermeister der loblichen stat S. Gallen.

[1]) Vgl. oben, Brief 660.

III 90.

668.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1532. Februar 7.

Entschuldigung seines Schreibens. Rückfall im Rheintal, Toggenburg und Turgau zur Messe. Feste Haltung anderer Kirchen. Tag der Evangelischen zu Frankfurt. Günstige Berichte aus Polen und Preussen. Erneuerung der Reformationsedicte in Basel und Bern. Verschiebung des Reichstags auf den März. Günstige Rückwirkung der Türkengefahr auf die Sache des Evangeliums. Standhaftigkeit der Sanct Galler. Bitte um Nachsicht und Nachrichten.

Gratiam et pacem per Christum. Negotiorum[a]) maria, quibus te distineri non ignoro, ac diuturnum illud tuum erga me silentium adeo me timidum fecerunt[b]), clarissime vir, ut illiteratis meis litteris vix te accedere ausim, nisi crebræ nostræ calamitates et insolitæ rerum varietates mihi verba excuterent. Audio inter cetera funesta ac tristia in Valle Rheni,

Dockenburg, in patria mea et plerisque Turgoiæ pagis missam et papisticas impietates postliminio revocatas. O populi inconstantiam veritatisque fastidium! Verum interea me consolatur, has afflictiones, quas nostris peccatis et ingratitudine meremur, non tam feliciter[c] cedere adversariis, quam sperarant. Audimus enim alias ecclesias nedum nostro casu non infirmatas, sed multo fortius confirmatas. Principes ac civitates fideles Franckfordiæ ea de re comitia[d] celebrasse et pro evangelio consultasse, te ignorare non puto. Est apud nos quidam nobilis mihi notus, qui his diebus venit ex Heidelberga. Hic retulit nobis inter alia, in aula comitis Palatini constantem esse famam, regem Boloniæ in toto regno suo verbo dei fores aperuisse et principem Russorum (supremus est magister ordinis Teutonicorum) a sua inductum nobilitate, ut et ipse in tota dicione[e] sua receperit evangelium. Porro senatus noster populusque Basiliensis nihil minus cogitant, quam de deserendo verbo dei, iamque recenti edicto omnia alia prius pro evangelio edita[f] mandata renovarunt confirmaruntque, id quod a Bernatibus quoque factum est tanta copia, ut in iustum librum evaserit, quem hic sub incude habet Frobenius, nondum tamen absolutum; alioqui misissem. Diætam imperialem aiunt dilatam usque in Martium[a]. Turcę certa exspectatio[g] occasionem præbebit felicius[a] componendi evangelici negotii[a], quam velint multi. Non est, ut dubitemus. Vos vero Gallenses in pio vestro proposito audio esse constantes. Deus det, ut in finem usque perseverare possitis, quod et procul dubio fore confido, quantisper divina clementia te patrem patriæ incolumem servarit, quod communibus votis omnibus precandum est. Ecclesiam nostram etiamnum gemebundam viduam unice vobis commendamus. Postremo rogo, vir humanissime, ne me ob innatam mihi rusticitatem et ferme inevitabilem abiicias. Me vero exauditum colligere potero, cum optatissimis tuis litteris salutatus et de rerum vestrarum ac patriæ meę statu certior factus fuero. Vale cum familia tua ac fratres omnes meo nomine saluta. Basileę, 7. Februarii, anno 32.

Marcus Bersius tuus.

Clarissimo viro domino Ioachimo Vadiano, apud Sanctogallum consuli integerrimo, domino observando.

a) „c“ für „t“. — b) „fęc-“. — c) „fœl-“. — d) „comm-“. — e) „t“ für „c“. — f) „ędita“. — g) „exp-“. — Durchgehends „e“ für „æ“.

1) Vgl. IV, Brief 508.

III 93.

669.

Valentin Tschudi[1]) an Vadian.

(Glarus.) 1532. Februar 12.

Gemischte Gefühle beim Empfang eines Briefes von Vadian. Schwierige Stellung bei dem Hasse der Gegner.

Mirum quam diversis adfectibus me commoverint tuæ litteræ, Vadiane observandissime. Hinc enim summum accedebat gaudium, quod a viro præstantissimo præceptoreque in primis colendo nostri mæroris[a)] solatium improviso advolarent; illinc vero: quomodo animus maximo dolore perculi nequiret, si civitati desideratissimæ[b)] quippiam minus e sententia procedat? Nam etsi nulla alia necessitudo intercederet, vel tu solus plus satis demeruisses, ut vestrum incommodum magno dolori esset. Sed quis præsentem statum satis lugere possit? sic omnia plena sunt luctus et miseriarum. Spero, postquam dominus nos pro suo placito sat probaverit, eum rursus ostensurum solem suæ gratiæ magno cum gaudio suorum. Ceterum[c)] id tibi de me persuadeas, velim, quicquid in rem vestram possem, me hilari[d)] vultu subiturum. Id tamen perexiguum est, quod possum, cum apud nos multi tanto odio æstuent in ministros verbi, ut vix eos adspectu dignentur. Nam crede mihi: nisi me generis verecundia tutaretur, eorum insolentiam sustinere nequirem, incertus, quamdiu et hoc iuverit; nam in eos, qui advenæ sunt, in dies novas inveniunt causas, quo unum post alium expellant. Tantum hæc victoria multis extulit cristas. Nam cum numero haud multo pauciores sint, fortuna tamen potentiores, quorum item audaciam augent assidui victorum stimuli, suam operam ὡς εἰπεῖν pollicentes, cum aliis nulla talis spes luceat: spero tamen in hac causa consideraturos[e)] eos suum decorem ac curaturos, ut res quam decentissime componatur; nam in ceteris[c)] negotiis odium non tam transversos eos agit quam in nos. Si quid ad hoc tamen nostra opera conducere poterit, non deero. Vale. XII. Februarii MDXXXII.

Valentinus Scudus tuus.

Illustri viro ac in primis claro D. Ioachimo Vadiano, civitatis S. Galli consuli, præceptori observandissimo.

a) „mœroris". — b) „desyd-". — c) „Cęt-". — d) Aus „hylari" corrigiert. — e) „consyd-".

1) Vgl. II, Brief 156, wo die Zahl der Briefe des *Valentin Tschudi* auf 9, statt auf 10 anzusetzen ist.

670. III 94.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

(Bern.) 1532. Februar 13.

Klagen über die verworrenen Zustände. Bitte um häufigere Briefe. Notwendigkeit zurückhaltender Vorsicht, besonders gegen einen Ungenannten. Beratungen über eine bernische Gesandtschaft nach Wil. Missverhältnisse zwischen den Häuptern der beiden Städte (Zürich und Bern). Wünschbarkeit einer Vermittlung Basels. Übersendung der Synodalacten. Frage über die Tanzerlaubnis in St. Gallen.

S. Ea nunc vivimus tempora, vir clarissime, quibus, qui pietatem utcunque amplectuntur, ut mutuis sese consolentur epistolis, summe opus habent. Nam apud nos audimus tum minas et tyrannidem, qua mire innocentes[a)] et pecuniariis et durioribus mulctis undique premantur; tum de iis nostris adversariis audimus nimirum a similis farinę hominibus quam benigne et misericorditer agant cum omnibus, quam serio puniant, religionem nostram utcunque denigrantes. Ita hominum affectus ex utraque parte sese prędicant. Ceterum[b)] qui verum dicat et cui tuto credere liceat, rarus est apud nos. Age igitur, charissime Męcenas[c)], frequentiores sint literę tuę ad nos, maxime vero quos cordatiores reipublicę prostare noveris. Multa ut prius multi simularunt, ita nos dissimulare oportet et encomiis quasi amicorum primos ad veterem rursus provocare amicitiam[c)] iisque uti, quantum pro fide illorum convenit, ne notare possint vel aliquid suspicionis[d)] apud nos sopiri. Hoc consilio, quo tu tamen pro tua non eges prudentia, erga eundem, de quo scripsisti, usus sum. Simultatem arrogantem prę se tulit in omnes fere verbi ministros multo tempore, cuius cor in manu mea occlusum habere videbar. Fregi itaque hominem, fregit et Capito hominis animum, ut ad se paulisper, sed non totus, redierit; sic tamen, ut omnino non sit negligendus, maxime cum sua sic illi placeant consilia seseque adeo veneretur, ut qui vel eius consilio non utatur vel non obsequatur, male apud illum audiat, multique sint, qui illi cedere malint quam contradicere. Ego cum paucis abhinc diebus a Salodoro tuas accepissem literas, hominem tuo nomine salutavi, qui, quam bene tibi vellet, non satis dicere poterat. Utamur hominibus, ut sunt, fictis ficte, integris integre, scientes in domino, cui militamus, salutem nostram sitam. Iacobo Wagner, Fischero, Nollio, Hagio scribe, quid vis. Ceterum[b)] de legatione Wilam[e)] mittenda locutus sum fratribus, et cum literę feria tertia[d)] carnispriviali in senatu minus fre-

quenti legerentur, id tandem percontatus sum, senatum nostrum vestrę salutis cupidissimum operamque omnem minime negaturum, ubi unquam cogitare posset, sua intercessione apud homines illos aliquid proficere posse. Mittent, ut hodie consultum est, nuntios[d]; sed crastino die, cum et frequentior senatus et diacosii quoque, de re plura consulturos percepi[b]. Hinc consul vestrum nuntium[d] ore amandavit. Nihil dubites: apud nos nemo vobis male vult. Et utinam occasio detur (quam tibi cogitandam offero), quod civitatum piarum corda sic iungantur, ut plus pręstent, quam obliteratę literę unquam pollicitę sint. Actum erit de nobis, ubi non redierimus ad pristinam unitatem, maxime vero duo civitatum capita, quę sibi nunc videntur et sunt alienissima nec alterum primo alterum salutare dignatur; et utinam Basilea[f] se mediatricem interponeret, utrique capiti gratissimam! Tu igitur cogita; nam si hoc neglexerimus, non negligent nos adversarii nostri. Quicquid interim ego, quantuluscunque sum in rem christianam publicam, immo et in vestram boni potero, pręsto sum ad aram usque. Acta nostra synodalia[g] nunc excusa sunt; sed hac viarum calamitate ad nos vehi nequeunt. Quam primum habuero, tecum communicabo. Unum obsecro: scribe, quomodo vestrę ecclesię se habeant in choreis ducendis: num hoc et quando illis aut omnino non admittatur. Nituntur nostrates quę iuventę condonare, quę tamen ad carnis lasciviam plus provocant, quam satient. Iam vale. 13. Februarii, anno XXXII.

Tuus ex animo frater *Berchtoldus Hallerus.*

Ornatissimo simul et consultissimo viro Ioachimo Vadiano, S. Gallensium patricio, maiori longe omnium charissimo.

a) „ininnocentes". — b) In der Stammsilbe „ę" für „e". — c) „Mecęnas". — d) „ti" für „ci". — e) „Wvilam". — f) „ę" für „e". — g) „sino-".

¹) Vgl. III, Brief 434.

III 95.

671.

Wolfgang Capito[1]) an Vadian.

(Augsburg?) 1532. Februar 14.

Ein beabsichtigter Besuch in St. Gallen bei einer Reise nach Augsburg ist wieder nicht zu Stande gekommen. Gute Hoffnungen auf Bern und Zürich.

Gratiam et pacem. Ego vero, doctissime perinde atque integerrime pientissimeque vir, non semel videbar iter ad te deflexurus, quod humana quędam cogitatio intervertit. Nam condixeram[a] me Augustanis, itaque huc properavi, fidem meam liberaturus. Deinde non erat, cur tecum mag-

nopere super religione commentarer, postquam prudentia civili et æmulatione[a] in Christum illustrandum iuxta polleas. Verum sic arbitror fore, ut iterum invisam istas vestras ecclesias, quo itinere Sanctogallenses haudquaquam temere prętéribo. Interim te dominus servet! De Bernensibus et Tigurinis bene cœpi[b] sperare. Utrobique synodum habuimus parœcorum, haud prorsus sine (?) deo et Christo, id quod interim forte accepisti. Vale feliciter. 14. Februarii, anno 1532. Constantia hanc molem malorum perrumpemus. Commendo tibi grammatophoron hunc. *Wolfgang Capito* tuus.

Ioachimo Vadiano, viro doctissimo tum rei medicę, tum rerum divinarum atque humanarum, maiori suo plurimum observando, zu Sant Gallen burgermaister.

a) Oder „conduxeram". — b) „e" für „æ" und „œ".

1) Vgl. IV, Brief 513.

672.

Ammann Hans Vogler[1]) an Vadian. XI 224.

(Lindau. 1532. Februar 14–16.)

Dank und Bitte um Fürbitte. Bericht über seine Flucht nach Lindau und seinen Aufenthalt daselbst. Nachrichten aus dem Rheintal, aus Ravensburg, Constanz, Lindau und Augsburg.

Die gnad unsers getrüwen himelschen fatters (in sinem gliepten son, unserm herren und brůder) syg mitt uns allen. Amen. Günstiger herr, getrüwer brůder, ich dancken gott durch Cristum üwerhalben der gůthat, mir (um des herren wyllen) in lieby bewisen. Dess andernn beger ich von üch und allen, gott ernstlich für mich zů pitten, das er mich nüw erschaffe, ainen menschen nach im (als ich das beger, das ich aber nitt bin), das er mich vor im niemer zů schanden lass werden. Bettend ernstlich; ich wils für üch och thon; dann gwiss manglett uns nichtz dann ernstlichs gebetz (dess wir uns laider all beschämend), doch offenlich. Dritt: als ich von üch sig geschaiden, wissend, das mich gott fürsechen und zůgeschiben ain schiffly, das selbs herüber woltt und also glücklich herüber komen. Do ich zů minem lieben brůder Thoman prediger siner gliepten frowen komen, die mich nie bekant, habend sy sich ferwundert und mich gwiss mit grosser fröd und lieb angenomen, gott sy danck. Alda hab ich och der selben stund von gott geordnett funden im stübly haimlichen Conrat Zwicken von Costentz, den trüwen fründ Cristy, darin mir der herr aber fröd zůgeschicktt. Ich hoff er für mich;

denn es gat nit, wie ich wil etc. Fierd: ist der getrüw Cappitto samptt docter Hans Zwick alhie gsin eben manche täg, sy baid predigtt. Der hat uß der gnad gottes grosse kraft gebrucht und namlich all, so vor pfaffen gsin, all prediger und der glichen gliept brůder zůsamen in ain stuben berůft und mitt inen biß uff 2 stund ermant, getröst, petten, underwisen, und zů dem habend sy (das ich üch, lieber brůder, nit verhalten mag) mit im in der stuben all uff ir knüw für gott nider gefallen. Sagt er: beschemend üch des nit, und er enmitz under sy ain sölch ernstlich gepett mit trähen fyler gfürt, das gott, so es sin will syg, sölch schwår predigampt von inen nemen; wo sy aber gott darzu berůft, das doch er sy, der trüw gott, sy, die prediger, von erst fähig machen sines hailgen gaistz, darmit sy dem folck das wortt mit kraft predigen und zur bůß gebracht werde etc. Ich fürcht, ich fürcht und waiß es an mir, daß wir nit gnůg ernsthaft pettend für find und fründ; dann gott würd uns sunst gwiß erretten. Sölche gepett mitt trähen, glieptter herr und brůder, helffend, das sy one falsch by üch und uns allen offenlich und haimlich mit offner stim geschechen und sich diser edlen sach niemantz beschäme; dann es můß also sin, oder gott wirt nit uffhörnn! O ich ellender wurm darff ain sölche(n) türen begabeten doch on überhebung nit anreden, das er söliche gab nit wisse; aber von mir als sinem mitglid des nagels am finger ermanett, ob doch der lib gebessert werden. Ich bin von üwer gliepten schwöster, die mich trülich beherbergt, sampt allem folck abgeschaiden mit trähen und sy alle ferrert us lieby. Hab in nit sonders gnad. Bitt üch, mir inen zů dancken und sy ernstlich ermanen zů förchten gott im hus, damit das der herr sy nit straff, fürnämlich vor schweren und lichtfertyger wortten; dann ich beger ire selen zů retten. Ich kan aber die lieby, so sy zů mir tragen; dann ie so hab ich gsechen, das Othmar sin leben für mich geben. Sölche lieby ist mir gross; doch so wirtt gott sin lon sin. Ich schrib nit glisneryg, sonder warhait och mit etwas trähen. – Zů Altstetten ist gesechen worden Zinstag acht tag um die 7 ur gegen nacht, als ainer under ain nussbom komen, ist ain glantz durch den bom harnider gfallen, das der gsell starblind worden, und als er um sich gsechen, hat er den glast übernn Ämptzerberg gsechen usgon. Ain töchterly sagt, es syg ain stern gsin; den habs gsechen. Ain andrer sagt, er hab geacht, es syg für vor im uff der erden glegen. Zů Altstetten der tagen aim gůten fründ ain kind todt am bett; aber ain kind todt zů Altstetten am bett,

hat ain katz ersteckt. Gott sûcht, aber wenig besrung; so ferachtend wir sine werck. Mich bedunckt nott, der prediger halb etwas sich zû underreden, damit jemand dem herren sine schaff hüngrette (!) uß forchtt. Ich main, Jacob Riner und Hans Vogler werden zû mir komen und zû Thoman. Werden wir endecken; üch dann wissen lon. Cappito hat den prediger im Rintal trostlich zûgeschriben. Ich pitt üch, schickend uns vom Tanast; ir findentz im spital. Es ist ain ästly schon gen Nürem-berg. Grüsend mir alt Othmar Blomer sin husfrowen, och die prediger alle dry und ander. O ermanentz zum pett für uns alle; dann ich beken vor gott, das ich mit unverstanden fil wider gott gethon, mich oft betrogen. Der her wirt der unwissenhait ferschoonen. Wie es zû Wyl gang oder sin ist, pit ich üch allweg. Rafenspurg hat gwiss gen Costentz gschicktt, um ir satzungen, fürnämlich schweren, trincken und derglichen, der manug anzenemen. Aber vom prediger zû Rafenspurg ist nit so luter, als man gsagt hat. Kainer ufgstelt, wol ain münch vorhanden etwas (!). Thoman, sin lieb husfrow laissend üch den grûs sagen. Grûssend mir üwer lieb husfrowen und den dienst. Haimlich ist, das bhaltend in disem stübly, das der prediger ab Dwiel zû Cost*entz* gsin. Und als er gfragt, sagt er, sy sygend uff Dwiel nit frölicher und beser hoffnug *nie* gheptt, dann ietz etc. Doch allweg sich unser hertz nit wider gott über den find erh*eb* mit onferstand, wie laider vormals beschechen. Ettlich mir (!) herren hie sagend, ich söll kain truren in Lindow haben ab jemand uff erden etc. Ain tag oder 6 lasend sy gschec*hen,* das ich haimlich da syg; aber sunst fürter werds nit nott. Fergangens Sontags haind Lindow ain 1 lb. d. ferbotten, jemantz zûr mess gon. Wirtt, ob gott wil, stiff ghal*ten* und mitler zitt aber besser. Gott geb gnad! Zûletst habend wir ain copyg alhie, das Luther aim gen Ogspurg gschriben, sich ze gomen vor den schwermern; dann gott hab sy zway mal gstraft, Müntzer und Zwingly. Ich wil lûgen, das üch ain copy werd. Gar seltzem. Daruff sechend etc.

Sinem gelieptten hernn und brûder doctor Jochim von Watt, burgermaist(er) der statt S. Gallen, zû handen.

[1]) Vgl. oben Brief 666. — Da die Flucht Voglers nach Lindau am 13. Februar 1532 erfolgte, – s. J. v. Watt, Deutsche Histor. Schriften III, S. 323, und Häne im Jahrbuch für Schweiz. Gesch. XXV, S. 75, —, so wird der Brief ohne Zweifel an einem der nächstfolgenden Tage geschrieben worden sein, und zwar vor dem Sonntage, welcher auf den Sonntag des Messverbots (10. Februar) folgte, d. h. also zwischen dem 14.—16. Februar.

III 96.

673.

Christoph Froschauer[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1532. Februar 25.

Übersendet eine Bibel und ein Psälterlein Zwinglis.

Lieber herr burgermeister, schick üch hiemit abermals ein Bibel in 2 teyl gebunden und geregisteriert; cost 7 lb. und 1 batzen etc. Für die andren 4 hab ich empfangen von üwerem schwager, jungker Hans Cůnrat Aeschern, 13 fl., bin also der selbigen 4 Biblien wol bezalt etc. Schick üch hiemit 1 latinisch Psälterli meister Ůlrichen Zvinglis, des sel gott hat. Versich mich wol, es werd üch lieber sin, denn so vil gold etc. Datum am 25. Februarii 1532.

Ü(wer) w(illiger) *Christoffel Froschouer.*

Dem fürsichtigen, wisen und wolgelerten herren Joachim von Wat, burgermeister der statt S. Gallen etc.

1) Vgl. oben, Brief 660.

III 97.

674.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1532. März 10.

Der Bericht Crispin Vischers über das Vorgefallene. Unzufriedenheit mit der Haltung des Rates von Bern, der um jeden Preis Frieden haben will. Der Streit des Herzogs von Savoien mit Genf. Geringe Hoffnung auf Aussöhnung der Städte. Hallers Verhältnis zu Bullinger.

S. A Crispino Vischero, homine tam fide in deum quam in rempublicam integerrimo, quam primum ab equo in domum descenderat, didici, quomodo omnia quaque sinceritate[a]) a singulis acta sint, tametsi non parvum ingesserit quibusvis cordatioribus dolorem, quod non solum pecuniaria, verum et superstitione antichristica gravamini nostra inertia, culpa, infidelitate, ne dixerim et proditione, quam non viritim, sed negotiorum[b]) eventu agnoscere licet, quod pessimi et patrię proditores ubique optimi et servatores esse velint. Quam profundo in corde sopitus est omnis mali fons, lerna et origo atque ita insanabilis, ut non nisi paucorum sub cruce constantia patientiaque vinci possit! Vincite vos et athletas[c]) agite Mavortios, quos ut et nostrates agant, precemur dominum. Nam etsi bene se habeant omnia, tamen senatus hoc minari videtur, quod et infligit, malorum scilicet impunitatem et legum impieta-

tem coërcentium remissionem. Clamant omnes infreni[d], iuventę tum ludos quosque, tum et choreas dedicationumque conventicula admittenda, ne deteriora contingant; quasi malum malo propelli possit, cum potius malum ex malo prodeat et nascatur. Hic labor noster est. Pars senatus potissima suos legatos mittit, pacem ambiens cum Immontanis, quacunque rerum iactura id fiat. Nos ea condonamus, modo religioni nihil obsit et deroget. Sed ita fieri id dubitamus, ut nihil nos magis anxios reddat, etsi in dies palam et privatim vigilemus, ut omnia pręveniamus. Magistratus pascate eligitur. Leges statuuntur et destituuntur. Hic nostra est cura, quam domino tu quoque per ministros tuę ecclesię committas[e]. Gebennensium negotium[b] sic se habet: etsi magistratus uterque multis conatus sit, ducem Sabaudum pristinis restituere fœderibus[f], etiam bene conciliatis Gebennensibus, tamen res eo cecidit, ut diacosii civitatem cum Gebennensibus omnino salvam velint. Si quid Sabaudus fœderis ambiat, diacosios audituros. Sic omnia nunc silent. Apud nos omnia bene se habent; sed hoc nos urget, ne aliorsum cadant per inconstantiam magistratus et plebis ambitionem. Vellem ego quam maxime totius ecclesię vestrę morum reformationem habere ante festum paschale. De conciliandis civitatibus ferme desperavi, quod prima, ut fertur, nullius ferme sit spei. Nihilominus age, consule et perpetuo scribe, quomodo in nostrum redeamus ovile. Interim vale, vir candidissime, nec verborum elegantiam, sed animi mei candorem in te tuosque considerato. Bernę, X. Martii, anno XXXII.

Misissem plura exemplaria, sed non nisi quattuor propter nivis molem advecta sunt. Unum Zvickio, alterum tibi dedicare volui, donec omnia replerentur exemplaribus. Bullingerus altera mea est animula; per hunc ad me litteras tuas adferri cures. Salvi sint verbi ministri, Cristannus Fridboldus et ceteri[g].

Tuus, quantulus est, *Berchtoldus Hallerus.*

Prudentissimo simul et pietatis studiosissimo Ioachimo Vadiano, maiori suo semper cum primis observando.

a) „syncęr-". — b) „c" für „t". — c) „athlęthas". — d) Haller setzt das Komma nach „iuventę". — e) „comittas". — f) „fęd-". — g) „cęt-".

[1]) Vgl. III, Brief 434.

III 100.

675.

Jakob Riner[1]) an Vadian.

Tal. 1532. März 21.

Bitte um Rat und Beistand zur Förderung des Evangeliums.

Salus in ævum etc. Egregie domine doctor[a)], ampliandi evangelii gratia[b)] non gravarer, totas etiam noctes ducere insomnes ac quæque subire discrimina, ut saltem aliqui his[c)] periculosis temporibus e faucibus illius atrocis[d)] Beemoth eriperentur, molientis scilicet tum veritatem tum iustos quosque perdere, cui tanto obnixius resistendum, ne tandem expulso verbo dei et veritas et iustitia[e)] cum iusto pereant. Quapropter, mi frater, si quid habes vel in te vel ab aliis probis viris, quod in rem evangelicam cedere æstimas, nobis tuis fidelissimis ministris impartire atque instrue, quo consilio quibusque mediis præsentibus technis medeatur. Speramus enim illas brevi et tua et aliorum doctorum virorum opera evanituras. Fiat, fiat. Retulit mihi hic nuntius, magistrum H(ainricum) Bullingerum quædam ad te scripsisse ob hoc. Adiuva, ut tanto consultius atque felicius ministerium nostrum transigamus. Nosti enim, quod tuto mecum agere potes. Vale ac Iacobum tuum redama. 1532, 21. Martii[b)].

Iacobus Rhinerius, Thalg.

Dem ersamen, fürsichtigen und wysen burgermaister doctor von Watt zů S. Gallen, sinem günstigen herren.

a) Eher „dockor". — b) „c" für „t". — c) „hys". — d) „attr-". — e) „-cia". — Durchwegs „e" für „æ".

1) Vgl. oben, Brief 645.

III 102.

676.

Gabriel Billwiller[1]) an Vadian.

Nürnberg. 1532. April 9.

Politische Nachrichten.

†Jesus Christus. Uf 9. Aberell, im 1532 jar, in Nümrenberg (!) †.

Gnad und fryd von gott, unnßer herren Jesueß Cristem. Sy kund und zů wissen üwer Wisshatt, jetz mall uf tatten[a)] nitt sonder nuiwß ist etc.[b)] Ist ain bott von Wangen komen; hat gesaigt, Züricher syen wider im feld. Man hatt im wenig globen geben. Uf tatten ain red von globhafftien[c)] lütten, das der Türg mit grosser rüschung sy und der kaisser knecht ainnimptt uf in. Uf söllich wart man gewüsser bottschaff (!) von Schwynfart[d)] ab dem taig der stetten, und ist saig, das man well Ogs-

purg und Nürenberg und ir gelichen well kaisser evenyelly[e] bredyzieren laissen; aber die Zwinglyschen well er straffen. Uf söllich halt der taig lenger und wellen stett nit geschechen laissen; den wen sy Costentz, Lendow, Menigen, Ulm aingriffen, so wer dain ain inen. Uf söllich will ich wartten, waiß witter wirtt geben; den faist still ist man die handlung halt[f]. Und waiß ich kain üch dienen und minn herren, will ich willig sin. Ist gantz still und niemantz zů Regenspurg, unß[g] der taig uß ist. Und ist von kaisser bottschaff zů Schwynfartt, der byschoff von Mentz und[h] der landgraff; und ist man gůtter hoffnung, fryd in unsser landen. Tůtt der Türg. Und uf söllich schrib ich nit gern, den das gewüß sy. Und aber waiß unser statt frumen und nutz wery, wett ich gern tůn. Begertty irß, gar hynab[i]; den man mantt, er[k] werd kurtz werden. Die von Nürenberg allt (!) taig bottschaff habt. Waiß ich grünttlich bericht wird, will ich üch kund tůn; den ich gůttan willen spür von den Nürenberger. Und so erst der taig uß ist, will ich üch kund tůn. Ist fill dran gelegen, so will ich sechen, waß nott ist wo(r)den. Domit in yll vergůtt. Den wissy, witter wett üch ainzaigen: uf die stond ist beschaid komen, das hertzig Hans hanttlich sy und kum mit 300 pferd gen Nürenberg und well nit gen Regenspurg, aber sin bottschaff do haben uf sicherhatt. Domit befilch ich üch gott und unß all. Amen.

Von mir *Gabryell Billwiller,* üwer willig diener,
uf 10. tag diß manett[l], im 32.

Waiß korn gulten hatt 6 guldy, das gilt ietz 2 fl. Saigt von mir, ob och zů üch komen welt.

Dem fromen, ersamen und wissen her tocker von Waitt, burgermaister zů Santt Gallenn, minnem lieben herren, zů *Santt Gallenn.*

a) = „dato". — b) Oder „da"? — c) Oder „globhaffyen"? — d) Über dem „a" zwei Striche oder Punkte, wie auch ganz unmotiviert über andern Vocalen und einfache Punkte da und dort über dem „m". — e) = „evangely". Scheint aus „ebenyelly" berichtigt. — f) = „der handlung halben"? — g) „unz"? — h) „und" irrtümlich wiederholt. — i) Etwa „nach Regensburg"? — k) Der Reichstag zu Regensburg? — l) Eher „Maiett", was aber gar nicht mit dem Datum am Eingang des Briefes stimmen würde.

[1]) Von *Gabriel Billwiller* ist nur dieser eine Brief in unserer Sammlung vorhanden. Man wird es mit einem in der Feder sehr unbeholfenen Kaufmann zu tun haben. Der Brief ist stellenweise schwer verständlich.

III 104.

677.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1532. April 10.

Klage über die Lauheit in göttlichen Dingen. Die Friedensbedingungen des zweiten Müsserkriegs und der Kauf einer kleinen Herrschaft bei Vercelli durch den Castellan.

Gratiam[a)] et pacem per dominum nostrum Iesum Christum. Novarum rerum, doctissime vir, non puto quicquam esse tuis auribus dignum apud nos Rhætos[b)]. In rebus divinis tepidi plus satis, in carnis cura nimis fervidi. Tamen per Dei gratiam[a)] inter evangelicos et papistas nullæ admodum sunt turbæ. Speramus itaque a deo optimo in dies meliora, qui etiam ad dandum promptissimus esset, nisi nos ad precandum[c)] segnes et ad accipiendum ineptos ingratosque et insolentes in prosperis prȩsciret. De bello Müssiano ut compositum sit, rogitas, prudentissime consul. Huius compositionis prȩcipua capita describam tibi. Primum Müssianus cedere cogitur ab arcibus, quas possedit, et simul tota terra suæ tyrannidi[d)] hucusque subiecta. 2° Res mobiles, hoc est omnem suppellectilem[e)], secum ducere permittitur, exceptis tormentis illis maioribus, quæ præterito anno nobis eripuerat nostra negligentia. Illa quidem nobis restituit. 3°. Dux Mediolani terram illam cum arcibus possidebit deinceps, excepta arce Müss, quæ aboleta (!) et funditus destructa est, una cum turri nostra, quæ in medio lacu ȩdificata fuerat. 4°. Dux Müssiano nebuloni solvet 35,000 coronatos et annuatim in omnem vitam eius mille coronatorum. 5°. Triginta millia aureorum Renensium Helvetiis, auxiliatoribus nostris, pro ipsorum expensis a duce dabuntur. Nostrates vero ex ducis benevolentia muneris quid exspectant[f)]. Hæc sunt principaliora, ut puto. Ceterum[g)] Müssianus, ut audio, Vercellas divertit, cupiens possidere possessiunculam quandam a comitibus a Maschin comparatam, quam tamen nondum obtinuit. Nolunt nimirum eum acceptare nec admittere stipatum militibus, nisi tantum quindecim viris. Ferunt quoque comites a Maschin tres fratres esse, quorum duo possessionem suam Müssiano vendiderunt, tertius[a)] vero male contentus de fratrum venditione nolit Müssianum admittere, sed conclusa arce resistentiam[a)] parare. Hæc ex mercatore audivi, qui hodie ex Insubria ad nos venerat. Vale, vir eximie. Ex Curia Rhætica[b)], 10. Aprilis 1532.

Tibi deditus *Ioannes Comander.*

Præstantissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli prudentissimo, domino suo ac in Christo fratri pr*ima*rio.

a) „ci“ für „ti“. — b) „e“ für „æ“. — c) „præc-“. — d) „tir-“. — e) „suppelect-“. — f) „exp-“. — g) „cæt-“.

[1]) Vgl. IV, Brief 468.

678.

Stadt-A. Strassburg.

Vadian[1]) an Capito.

St. Gallen. 1532. April 14 (?)

Erklärung und Rechtfertigung des mit dem Abte abgeschlossenen Friedens. Einladung zu einem Besuche in St. Gallen.

S. Ad tam fœdas, ut tu vere eas vocas, vir doctissime, pacis conditiones fatali illa calamitate perpulsi sumus, quam præpropera illa festinatione Tigurini, quum essent orsi bellum male inceptum, tam dignis æquabilibusque, ceu vides, pacis condicionibus[a)] finierunt. Proinde cum sic animatas videremus urbes potentes, in quarum opes, robur, consilia spem nostram omnem coniiceramus (!), ut a pace quantumvis indigna illis non abhorrerent nec aliud haberent in ore, quam curandum, ne acceptam cladem gravi aliquo exitio cumularemus: tandem et nos publico omnium mærore[b)] in nassam illam vel inviti repsimus. Cum enim præscripti fœderis capita audissemus et senatus noster palam videret, illa in nos maxime aliosque, qui monachismum submovissemus, data opera nec sine factione conflata esse, ita se adversus ingruentem necessitatem composuit, ut satius duceret, rebus salvis hoc, quicquid erat mali, semel sustinendum, quam bellum gerendum, cui nos pro virium nostrarum tenuitate nullum finem faustum imponere potuissemus. Est autem, nisi fallor, prudentiæ, consilium e re nata capere neque committere, ut in tanta rerum conversione non redimas salutem, quam diverso aliquo consilio pessum sis daturus, maxime vero ubi istuc[c)] inlesa pietate possis assequi. Porro quum fœderatæ civitates animum despondissent, miris modis et nostri perculsi, hac una re se sunt consolati, quod fœdus illud, quamquam cetera[d)] fœdissimum, religionem tamen nobis sartam tectam relinqueret. Unde factum, ut et Antronium nostrum in sui monasterii consepta itidem coacti admiserimus; sed hac tamen insigni condicione[a)], ut ne ille parochiis nostris molestus esse ullo modo suis deliriis pergat et nos vicissim nostro iure illis uti neque non docere et audire Christum pro nostra fide et religione possimus. Proinde naviter agunt[e)] ministri nostri et ita sese in gravissimo illo casu erexit per gratiam domini plebs nostra, ut velut exercitam tentatione firmiorem constantioremque videas quam ante unquam. Velim

autem te modis omnibus invisere nos, ubi iter, quemadmodum significas, ad alias itidem ecclesias fueris ingressus. Habebimus hoc magni honoris loco, et non parvam nostri tua præsentia consolationem accipient; nihil enim nobis piorum antistitum consuetudine suavius. A comitiis imperialibus nihildum certi ad nos perlatum, quamquam non inauspicata[f] nobis inde pollicemur. Tu si quid habueris, fac, oro, impertias. Vale. Santogalli, XIIII. die Aprilis, anno XXXII. Tuus *Ioachimus Vadianus*.

*Illustr*issimo viro D. Wolf*gango Ca*pitoni, Christi do*mini a*d inclytam Argen*tinam* præconi, domino colendissi*mo*.

a) „ti" für „ci". – b) „mœr-". — c) „isthuc". — d) „cæt-". — e) „agant". – f) „-cato".

1) Vgl. I, Register, unter «Vadianus». — Im Datum des Briefes muss entweder «XIIII» für «XXIIII» oder noch wahrscheinlicher «Aprilis» für «Maii» verschrieben sein; vgl. Nr. 680. Wir verdanken die Mitteilung der im Stadtarchiv Strassburg liegenden Original-Briefe Vadians der Güte des Herrn Prof. K. Varrentrapp, früher in Strassburg, jetzt in Marburg.

III 105.

679.

Jakob Ziegler[1]) an Vadian.

Strassburg. 1532. April 18.

Sein Weggang aus Italien. Klage über die Mutlosigkeit und Gleichgültigkeit in Deutschland. Er wünscht, dass Vadian ihn besuche und ihm ein Urteil über die Veröffentlichung seines Geschichtswerkes abgebe.

S. P. D. Italiam tandem reliqui venique Argentinam ad medium Novembrem. Fuit autem mihi hoc loco ad Capitonem frequens tui mentio; quomodo vero pro mea perpetua tui nominis memoria nihil scripserim tot mensibus, ignoro ipse neque satisfacere pro me queo. Te ad rempublicam gerendam accessisse[a]) gerereque toties amplissimos patriæ magistratus optimeque sentire pro Germaniæ libertate neque favorem permittere oppressoribus falso ecclesiasticis, dudum in Italia audivi. Macte virtute, Vadiane! Isto et ego animo tractus reliqui Italiam et honestissima stipendia, quæ a Bononiensibus tantum non per contentionem offerebantur, voluique adesse Germaniæ et huic vigilata interim studia offerre, non qualia suggestum ecclesiasticum spectant et vehementer iactantur, sed Germaniæ statum, si ea, iniquissimis actionibus illorum, qui omnia ad tyrannidem trahunt nisique pertraxerint, conturbaturi omnia sint, forte excitata, remedium opponat rebus adflictis. Sed o, quem ego torporem animorum, quam imminentium ubique malorum ignorantiam, quantam ignaviam contra vadendi, quam discordem contra semet Germaniam comperior! Ego si affectu qualicunque remissiore et non

alio intentissimo in Germaniam essem, pæniteret[b] me profectionis huius et Italiæ relictæ, cuius non possum non aliquo desiderio teneri; ita multis rebus magna occurrit. Utinam perfuncto magistratu abesse tantisper a republica possis et excurrere ad nos, quando istud mihi ad te per imbecillitatem minus licet. Quam dulce istud mihi contingeret, ostendere præsenti tibi historiam nostram excipereque sententiam, quam de ea ferres vulganda! Non enim vulgari argumento suscepta[c] est, ut temere, utque cuique in manum inciderit, in publicum mittatur. Vale. Argentinæ, ex ædibus Capitonis, XVIII. Aprilis, anno MDXXXII.

Iacobus Zieglerus, Landavus.

Ornatissimo et spectatæ prudentiæ domino Ioachimo Vadiano, amico suo. Zů Sant Gallennd[d].

a) „accœss-". — b) „pœn-". — c) „suscœpta". — d) Von anderer Hand.

1) Vrgl. IV, Brief 466.

III 100.

680.

Wolfgang Capito[1]) an Vadian.

Strassburg. 1532. April 21.

Bericht des Niklaus Guldin über die Friedensbedingungen nach der Schlacht bei Kappel. Der Briefschreiber wünscht, dass die Prediger in St. Gallen auf der rechten Bahn verbleiben. Er hat auch an Dominicus (Zili) darüber geschrieben, aber sehr vorsichtig, um ihn nicht zu reizen. Bucer in Schweinfurt. Bevorstehender Angriff der Türken auf Ungarn.

Gratiam et pacem. Sciscitatus sum obiter a Nicolao Guldin, quid senatum Sanctogallensem ad fœdas[a] illas condiciones[b] pacis perpulisset. Respondit, mandatum sibi, ut caput consilii ingenue nobis proderet, esseque nihil aliud, quam quod conscientia firmari non potuerat, ex officio Christiani id negari abbati posse, cuius ius et potestatem ad se pertinere publicis literarum monumentis fidem fecisset. Quodsi perrexisset invadere libertatem verbi, quatenus ea ad vestros cives pertinet, neminem unum fere fuisse concessurum, quod animo persuasi sitis, omnia divinis oraculis scripturarum posthabenda esse. Subodoror hinc, bonam eius rei partem in contionatoribus[c] sitam. Quos utinam de itinere invisissem exacta hieme! Et tamen absens literis eis loquar, donec volente ac ducente domino iterum iter superiori non dissimile instituam. Dominico scripsi paucis de officio magistratus et moderatione reprehendendi alios, præsertim demortuos, sed multa cautione, quominus forte irritatum magis instigem. Incido enim non raro in ingenia permorosa, quę mirum

quam exasperentur libertate monitorum. Zieglero, hospiti meo, rescribas. Bucerus Susulcum[2]) abiit cum legatione senatus. Agitur illic de evangelio cancellis concludendo, ne latius proserpat; nam de exstinguendo[d)] hac tempestate spem omnem abiecerunt. Turcum exercitum numerosissimum illaturum Ungarię autumant. Irat*um* nobis deum multis nominibus experimur. Vale in d*omino*, doctissime doctor integerrimeque iuxta ac prudentis*sim*e moderator reipublicæ, cum tuis omnibus. Argentinę, 21. Aprilis, anno 1532.

Tuus *Wolfgangus Capito.*

Doctissimo doctori, consuli integerrimo, domino Ioachimo Vadiano, maiori suo observando.

a) „fędas". — b) „ti" für „ci". — c) „concion-". — d) „ext-".

1) Vgl. IV, Brief 513. — 2) Darüber « zu *Schwinfurt* ».

III 107.

681.

Christian Fridbolt[1]) an Vadian.

München. 1532. April 28.

Bericht vom Reichstag zu Regensburg.

Min alzytt willig dienst zů bevor. Gunstiger her gfatter, uff das nechst schribenn, so ich minen herren gethon, will sich vilicht nit zimen, an sy zů schribenn on antwurt ir ersam Wishait. So ich aber der genaigt und willig bin, wie ich mich erbotten, und, ob got will, nichts anders, dan aim fromen Santz (!) Galler zůgehört, handlen will, so wyrd ich durch euch handlenn, als min gefatern und günstigen herren. Und schick üch hiemit alles, so gehandlet ist von anfang des richstag, der da angangen uff 17. Aprillis, da kais. Mt. an ampt vom hailgen gaist mit grossem triumph hat laussen singen den cardinal von Saltzburg, darnach die stend des richs berůfft und in erstlich furgehalten, wie ir dan finden. Darnach hapt ir der stend des richs antwurtt mit der antwurt des furstenn von Sachsen und siner mitverwanten. Hapt also alles, so gehandlet ist, pis auff 27. Aprellen. Und aber unserm g. her Fabler, bischoff von Wyen, an sach beschehen, so sinen gnaden onlidlich; dan in dem anfang des 17. April ist sein gnad ingesessen, wie an glid des richs. Hat man in wider haissenn uffston; ist sin gnad nit zůfriden gewesen. Hab ich üch nit mügen verhaltenn. Und darum, günstiger her gfatter, wellen solch handlung minen herren mittailen und innen min underthenigen, willigen dienst ansagen, und das ir ersam Wishait nit missvallen mins nechsten

schribens haben welle; dan es nit arger, sonder gůter manung geschehe; soll man auch von mir innen werden. Was sich och wytter zůtragt, will ich üch als min geliepten herren bin erstem wyssen laussen. Es ist och zů Regenspurg Thoman Wellenberg von Lutzern. Was er da zů schaffen hatt, ob er in namen der 5 ort oder fur sich selbs da ist, hab ich nit mügen erkundigen; hoff es aber nach zů erfaren und darnach üch es wyssen lan. Sunst nit sonders, dan grůst mir den sturmaister, j(unker) Caspar Zollikoffer, all min g. herrenn. Damit gott befolenn. Datum uff 28. Aprel, in der statt Münchenn, anno 32.

E(wer) williger diener *Cristan Fridbolt* senior.

Dem hochgelerten, fursichtigen, ersamen, wysen doctor Jochim von Watt, burgermaister zů Sant Gallen, sinem günstigen herren.

[1]) Vgl. III, Brief 416.

682. III 109.

Sebastian Appenzeller[1]) an Vadian.

Soloturn. 1532. Mai 3.

Gefährdung des Prädicanten in Soloturn. Politische Nachschrift.

Her burgermaister, wüssend, das der predicant zů Solloturn ze predigen abgestelt ist biß uf jetz kunftigen tag zů Bada; und fürcht, so die fünf ort nit abstan, so werde diser fromm man mer gelten, dan unser hergot Judæ[a]) galt, wiewol der fenner Huge sich in offnem ratt begeben: so dach, wie vorgemelt, die 5 ort dye 800 Kronen je halten, so welle er die genante suma gelt ee selber zalen. Und sind gewüß, daß diser predicant nit von der statt on grosse ufrůr komen wirt, der man all stund wart. Got geb gnad! Sunst ist jetz nicht neuvs[b]) hie. Die Türck ist aber geschwigen. Datum Solloturn, uff 3. Meig 1532.

E(wer) williger *Sebastianus Appenzeller*.

Fridericus, künig uß Barbaria, hat dem bapst Civita Wetscha, Sancta Severa, Angulora und die land hieby ligend geplundert, verprent, vil lüt erwürgt und hinweg gefürt. In kurtzen tagen wil ich euch etwas wietters schriben. Item des gelts halben hat der general dem hoptman zůgesagt, er wolle das best than (!).

Dem fürnemen, ersamen unnd wysen doctor Joachim von Wat, burgermeister zů Sant Gallen, minem gunstigen herrenn.

a) „e“ für „æ“. — b) „news“.

[1]) Vgl. III, Brief 405.

III 112.

683.

Christian Fridbolt[1]) an Vadian.

Regensburg. 1532. Mai 12.

Er hat den Frostbericht erhalten und berichtet über politische Angelegenheiten, besonders die Türkenhilfe.

Min alzytt willig dienst. Günstiger her gfatter, ewer schribenn de primo Maii ist mir uff 10. dito woll worden, in dem den unfal der kelte vernomen. Gott erbarms; iedoch sin wil geschech! Ich und mines glichen bruchen den win zů grob; drum strafft uns gott. Der funf orten halb hoff ich, gott werd an gnedig insehenn thon; nit der kaiser nach bapst, sonder alain gott. Dem setz ich min thail haim. Des Thürcken halb hab ich nit darfür, das es gross nott hab; aber der Wyda wyrt nit usbliben. Mir hand hie brieff von Venedig, das der Thürck bin 60 galea uff Rodis gesant, nit anzůgriffen, sonder sine bletz zů sterchen; dan er besorgt sich vor dem Andre Dorre, der ain Genoweser ist und des kaisers oberster uff dem meer. Gloub gwiss nit, das der Thürck dises jars aigner person kome; iedoch mag es woll geschehen on min glouben. Des Luthers schribenn bekümert mich wenig; Gott wyrt es woll richten. Also hapt ir antwurt ewers schribens. Demnach so hab ich ewer Wishait uff 8. ditto geschriben, so vill mir dozemall wyssent. Hoff, sige woll worden. Hatt sich sidhar zůtragen uff 9. Maii, das kais. Mt. wider an die stend des richs hat lassen langen, ir pitt und beger sige, man well im 50^m zů fůs und 10^m pferd gebenn und die selbenn 8 monat lang erhaltenn. Und wo aber nit, so sölle man im die zall der 50^m zů fuos und 10^m pferd erfullen und nit mer dan 6 monat halten, so welle er fur sich selb halten 25^m zů fůs und 5000 pferd, damit dem erbfind der Cristenhait widerstanden werde. Und uff den tag an die stend des richs bracht, man sölle an gwaltige botschafft an die Schwitzer schickenn und sy manen wider den erbfind denn Thurckenn, von in begeren 3000 man in irem costen zů erhalten, demnach 7000, die sölend zimlich besoldet werden. Daruff ist nach von stenden des richs nach nit geantwurt. So aber kais. Mt. den friden zůsagt und verschribt, so wyrt das alles furgang haben. Hab ich üch gůtter mainung wellen anzaigen. Bedunckt mich och von nötten; dan wan es darzů kem, mügen woll betrachten, so ir můsten des richs anzall geben; dan ich schick üch hiemit die anzall, so man 20^m geben můs, was ieder

stat trifft. Ist zû Wurms gemacht worden. Nun treffs uff 40[m] nach ainest als vill. Wurd min herren 114 man. Hab mich der mûy nit lassen duren, üch solichs zû schickenn, damit ir beschaid wysten; dan alles, so ich min herren zû gefallenn wyset ze thond, bin ich alzytt gûtwillig. Des cardinals von Mentz wegen dero ainliff sind komen har; sagt, er sölle och altag komen. Wan es geschicht, will ich üch es wyssenn lan. Damit gott befolen. Grûssen mir den stürmaster und all min herrenn. Datum Ratisponæ[a)], 12. Maii, anno 32.

Ewer williger *Cristan Fridpolt,* senior.

Dem wolgelerten, fursichtigen, ersamen, wysenn doctor Jochim von Watt, burgermaister zû Sant Gallenn, minem günstigen herrenn.

a) „e" für „æ".

¹) Vgl. III, Brief 416.

684. III 114.

Christian Fridbolt¹) an Vadian.

Regensburg. 1532. Mai 15.

Politische Nachrichten. Bekanntschaft mit Aventin.

Min alzytt willig dienst. Min her gfatter, ewer letzst schribenn hab ich in minem vergangnen schribenn verantwurt. Hoff ich, sige üch uff 16. ditto zûkomen. Sidhar hie nichts gehandlet; aber die gmain sag ist hie, der tag zû Schwinfurt sige uss und haben die cristenlichen fursten und stett an anderen tag in 3 wuchen gen Nûrenberg gelait. Es soll och der bischoff von Mentz und pfaltzgraff Ludwig, churfürst, bis Fritag nach datum harkomen. Sunst gar nichts, dan das ich kuntschafft mit dem Aventino gemacht und in gebetten, üch zû schribenn. Also hatt er es gethon. Pitt üch früntlich, im wider antwurt zû schribenn; dan er an cristenlich man ist. Sunst wais ich üch ietz nit sonders zû schribenn; dan wo etwas gwiss kemm, will ich üch bin erstem wyssenn lan. Damit gott befolenn. Grûssen mir mine herrenn. Datum in Regenspurg, uff 15. Maii, im 32. jar.

Cristan Fridbolt senior.

Dem wolgelerten, fürsichtigen, ersamen, wysen doctor Jochim von Watt, burgermaister zû Sant Gallen, minem günstigen herrenn.

¹) Vgl. III, Brief 416.

III 113. 685.

Polycarpus Cratander[1]) an Vadian.

(Basel.) 1532. Mai 15.

In Abwesenheit seines Vaters zeigt er dankend den Empfang des von Vadian übersandten Frechulfus an und verspricht baldige Rückgabe.

Ne succenseas mihi, vir ornatissime, quod te, haud solitum adeo barbaras literas tuis manibus volvere, meis interpellem literis. Nam absentia patris coactus id egi utque fides tabellionis minime tibi esset suspecta; dedit enim nobis Frechulfum nulla omnino iniuria tempestatis affectum, quem, quamprimum licuerit, incolumem remittemus. Non opus est, ut agamus gratias tibi; frustraneus enim esset labor; vix enim nobis sufficeret Ciceroniana eloquentia. Proinde, vir spectatissime, meam rusticitatem boni consulas, oro. Omnia fusius intelliges ex patris literis, quas brevi (ut spero) habebis. Vale. 15. die Maii, anno MDXXXII.

Tuus a pedibus *Polycarpus Cratander*.

Clarissimo viro D. D. Vadiano, consuli apud divum Gallum, domino meo observandissimo.

Zů Sant Gallen.

1) Von *Polycarpus Cratander*, dem Sohne des Andreas, liegt nur dieses Schreiben vor.

III 115. 686.

Andreas Cratander[1]) an Vadian.

Constanz. 1532. Mai 18.

Bericht über eine Unterredung mit dem Abt (Diethelm) von St. Gallen, der ihn wütend angefahren habe und sich weigere, Bücher aus der Klosterbibliothek herauszugeben, bevor alle verschleppten wieder zur Stelle gebracht seien. Bitte um das fernere Wohlwollen Vadians.

S. Quam sinistre res nostræ apud abbatem ceciderint, paucis accipe, vir ornatissime. Simulatque totum diplomatum et reliquarum literarum apparatum, per secretarium abs me oblatum, perlegisset, e conclavi prodiens, furore et ira percitus, ut vultus plus quam tyrannicus indicabat, in hæc verba prorupit: Wů ist der obenthürer, der dise brieff bracht hatt? Me quærebat, quem præ insania sibi proxime astantem non videbat homo miser. Tandem me aggressus inquit: Wer uch die ander bůcher hatt geben, den heißt uch die auch geben. Dissimulare non poteram, per te mihi contigisse. Mox intulit: Doctor von Watt ist nit abt zů S. Gallen; das hant ir wol gwyßt, — plura adiiciens, quæ mera

commenta sat novi. Porro post longam deliberationem dicebat, non commodum sibi videri, hoc temporis quicquam librorum ex bibliotheca dare, nisi prius omnes, qui desiderantur[a], per eos, quorum opera distracti sunt, restituantur. Præterea plus semel coram suis testatus est, ob id nolle se Cæsareis diplomatis refragari. Quid pluribus? Vidisses non S. Benedicti æmulum, qualem id beluarum[b] genus se profitetur, quin potius bestiam unam ex tribus furiis plane conflatam, quam etiam Hercules ipse domare non potuisset. Quid facerem? re infecta discessi. Et, nisi fallor, vicarii sui literæ huiusmodi amarulentiæ[c] causa fuerunt, cui palam fassus fueram, te volente aliquot libros per tuam humanitatem mihi communicatos. Habes iam peregrinationis meæ statum, mi Vadiane, quem unum te pluris facio quam sexcentos id genus lupos ovina pelle tectos. Tu igitur patrocinari, ut cœpisti, perge, non modo mihi, sed omnibus veræ eruditionis et pietatis studiosis, quorum patronus hactenus fuisti atque perpetuo manes. Vale. Ex Constantia[d], 18. Maii, anno 1532.

T(uus) *Andreas Cratander.*

Clarissimo viro domino Ioachimo Vadiano, consuli apud Sanctogallum, amico et patrono suspiciendo etc.

a) „desyd-". — b) „bell-". — c) „e" für „æ". — d) „-cia".

1) Vgl. II, Brief 183.

687. III 110.

Jakob Bedrotus[1]) an Vadian.

Strassburg. 1532. Mai 19.

Er erklärt sich das Stillschweigen Vadians aus seiner Überhäufung mit Geschäften und nennt Vadian und Angelus Cospus als diejenigen Lehrer in Wien, denen er das meiste verdankt. Auf Drängen des Boten hat er diesen Brief geschrieben und hofft, wenigstens einmal durch eine Antwort Vadians erfreut zu werden. Er berichtet über neuerschienene Bücher geschichtlichen und medicinischen Inhalts. Verweisung auf den Brief Capitos.

S. Vulgo aiunt, si quis non respondeat, vice id responsionis haberi; hoc est, quod apud Plutarchum scite dixit Euripides: τὴν σιωπὴν τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισιν εἶναι. Non est igitur, mi Vadiane, ut inique feras, si ex tuo perpetuo silentio meis te legendis gravari suspicatus sim, idque propter infinitam istam negotiorum molem, qua tum publice tum privatim distringi te non ignoramus. Atque hæc ipsissima fuit causa, cur minus biennio isto ad te scribere libuerit, utut interim numquam mihi defuerit

literis dumtaxat declarandi voluntas, quantum te diligam, quantum item gratitudinem tibi meam cupiam probari. Non solum enim Vadianum mihi glorior amicum, sed et olim præceptorem contigisse, cui inprimis et Angelo Cospo plus me debere fateor, quam ceteris omnibus, quotquot tum Viennæ suum regnabant regnum. At bene habet, posteaquam nuntius[a] iste bona fide me tuis verbis tam sancte adiurat, ut scribam, atque adeo, ut, quod semel statui invitus, rescindam. Utinam vero tibi per occupationes liceat, vel una epistola tandem liberare fidem tuam, ne vana me spe a nuntio[a] tuo lactatum merito queri possim! Erit certe unica mihi centuplicati fænoris[b] loco, non modo suavis, sed amicissime suavianda. Ceterum quos libros proximus nobis mercatus dederit, quando nosse desideras[c], paucis accipe. Basileę excusos non est ut referam. Ex Nurenberga allata est historia rerum Mediolani gestarum hoc decennio, auctore[d] Galeatio Capella. Eam Zieglerus satis bona fide pręter paucula conscriptam putat. Fides esto penes alios. Excusa est pręterea Nurenbergæ urbis descriptio per Eobanum Hessum carmine heroico. Ex Gallia advecti sunt Libri sex genialium dierum Alexandri ab Alexandris, opus non ineruditum, eo argumento fere conscriptum, quo De honesta disciplina Criniti coacervatio. Edidit et Ludovicus Vives opus, quo haud scio an nostra ętate prodierit absolutius. Tres sunt tomi: primus colligit causas disciplinarum corruptarum; alter indicat rationem restituendarum; tertius nonnullas, utpote primam philosophiam, censuram veri et alia quędam, restituit. Idem et pollicetur se in reliquis pręstiturum. Utinam Musis propitiis, quod instituit vir et eruditissimus et pientissimus, studiosis brevi communicetur! Editus est Haganoiæ — nam et tuæ professionis libros recensere visum est — liber sextus Epidemiorum Hippocratis, et versus et commentario prolixo illustratus a Leonardo Fuchsio, medico. Sed et Schotus hic Octavianum Horatium, medicum antea non visum, exscripsit. Vidi etiam vernacula conscriptum libellum de theriace ab Euricio Cordo, cuius argumentum delibat in epistola nuncupatoria Nicandri versi, quem tibi mitto. Habes recensionem omnium, opinor, quos legisse te iuvabit. Quodsi unum aut alterum emptum tibi cupis, per mercatores cives tuos, qui ad nundinas nostras venient, me fac certiorem. Nam et iidem commode, quicquid est librorum, ad te perferre possunt. De rebus nostris Capito scribet. Utinam pace christiana nobis tandem liceat frui! Sed vereor, ut altera nobis

manu lapidem, altera panem sint ostensuri, quibuscum pacis ergo agimus. Timeo ego Danaos et dona ferentes. Tu, mi charissime prçceptor, in domino Iesu vale et me sinceriter[e] te amantem redama. Argentinæ, feriis pentecostes 1532.

Iacobus Bedrotus Pludentinus.

Ornatissimo viro domino Ioachimo Vadiano, consuli reipublicæ Sanctogallensium, amico et præceptori suo.

a) „c" für „t". — b) „œ" für „æ". — c) „desyd-". — d) „aut-". — e) „sync-".

¹) Vgl. IV, Brief 471.

688.

B 227.

Jakob Ziegler[1]) an Vadian.

Strassburg. 1532. Mai 20.

Mitteilungen über Umfang, Gliederung und Tendenz seiner Geschichte. Bitte um die Ratschläge Vadians für deren Veröffentlichung.

S. P. D. Reliqua tuæ epistolæ singularis cuiusdam erga me benevolentiæ[a]) plena[b]) sunt; super autem historia nostra pauca repeto. Rerum gestarum narrationem complexus fui ab initio, quo Clemens VII. annum auriferum vulgavit, et per conspirationem principum et motum bellum contra Carolum quintum perque coronationem, quam is Bononiæ accepit[c]), veni usque ad conventum principum Augustæ indictum. Neque hunc scopum proposui mihi, quod nudam rerum expositionem consectarer ad legentium voluptatem; sed ex condicione[d]) actionum in affectibus adversariorum prodendis, nostrorum autem movendis totus sum, Germaniamque toto opere compellans ei ob oculos proposui, quanta proditione petatur, si queam forte eam excitare, quod remedium opponat sceleratæ adversariorum factioni, suæ vero præsentissimæ eversioni. Eius generis atque eius vehementiæ est, quæ si temere vulgetur, timor sit, quod turbas vulgo commoveat præter remedium. Dux facti quæritur[e]) et potentium urbium consensus. Adeo amicorum consilio opus est, qui, mei studii recessu et historiæ natura cognita, statuant communiter, quid in re non vulgari facto opus sit. In his consultoribus te, multa veteri historia et magis præsenti multorum annorum reipublicæ administratione instructum, unum et præcipuum exopto accedere consultorem; nisique impedimentum casu inferatur, ut nunc sententia est, quando ipse per corporis imbecillitatem venire non possum, mittam cum historia ad te fra-

trem meum selectum[f)], qui referat, quodcunque tua Prudentia agendum statuerit. Vale. Argentinæ, XX. Maii, anno MDXXXII. — Membra autem historiæ hæc sunt: Vita Clementis septimi papæ. Anni auriferi impostura. Conscriptiones, quibus Franciscus, rex Gallorum, bello captus, liber dimissus fuit ab imperatore; earum censura. Conscriptiones, quibus Clemens VII. papa se confirmavit in bellum contra imperatorem earumque censura. Conscriptiones, quibus Clemens VII. papa, obsidione pressus, liber dimissus fuit ab imperatore earumque censura. Andreæ Lanceolini, iurisconsulti, epistola de direptione urbis Romæ. Perpetui instituti episcoporum urbis Romæ historia. Pragmatica sanctio Basiliensis concilii eiusque censura. Marsyæ satyri chorus. Germaniæ infirmitas, centuriæ septem. Respublica; ibi ex Antonio Sabellico de republica Veneta super sortitione magistratu(u)m locus translatus.

Iacobus Zieglerus Landavus.

Ornatissimo domino Ioachimo Vadiano, consuli Santgalli, amico suo.

a) „benivol-". — b) „plæna". — c) „accœpit". — d) „ti" für „ci". — e) „quer-". — f) „dilectum"?

f) Vgl. IV, Brief 466.

III 111. 689.

Nikolaus Gerbellius[1]) an Vadian.

Strassburg. 1532. Mai 20.

Er wünscht Erneuerung ihrer in Wien gepflegten Freundschaft und hat darum dem Boten, den er zufällig beim Buchhändler getroffen und der ihm über Vadians Befinden und Tätigkeit berichtet hat, diese Zeilen mitgegeben, um ihren Briefwechsel wieder in Gang zu bringen.

S(alutem) in Christo. Sępe miratus sum, humanissime simul et amantissime Ioachime, quidnam causę foret quidve utrique nostrum impedimento esse posset, ne veterem consuetudinem atque amicitiam nostram, quam Viennę tecum suavissimam habui, mutuis literis renovaremus, maxime nunc tanto tempore propinquiores facti, commeantibus atque remeantibus fere quottidie ad vos tum ad nos quoque tabellionibus. Quanquam autem uterque, tu vero optimo iure, occupationes suas prętexere possit, nolui tamen habito forte fortuna nuntio permittere, ut absque literis meis et propensissimi erga te animi mei testimonio ad te rediret. Nam cum hominem in bibliopolio offendissem audissemque tui loci esse, deque tua vita, valetudine, studio, curis, laboribus plurima percontatus essem, ac-

cepi ilico calamum in officina iacentem et scripsi hęc qualiacunque, non insignia, sed prioris adhuc firmissime perdurantis amicitię vestigia. Tu cura, mi Vadiane doctissime et prudentissime, ut valeas. Ego cum coniuge et 4 liberis optime valeo. Argentinæ, altera post pentecostes, anno etc. XXXII.

Tuus ex animo *Nicolaus Gerbelius,* doctor.

Clarissimo atque prudentissimo viro D. Ioachimo Vadiano, magistro plebis apud S. Gallum, suo charissimo patrono.

1) Vgl. III, Brief 403.

690. XI 130.

Martin Bucer[1]) an Vadian.

Strassburg. (1532.) Mai 21.

Übersendet einen Brief an Dominicus (Zili). Politische Nachrichten.

Salve, vir amplissime. Dominico iussu Capitonis scripsi; quo ne plus offendam, quam emendem virum, mitto tibi exemplum literarum, ut, si non credas paci profuturum, quod eas ille legat, tu supprimas, cuius tibi potestatem facio. Irritabilia siquidem sunt ista ingenia. In comitiis Ratisponensibus hactenus de auxiliis conferendis contra Thurcas agitur, quibuscum provocandos Thurcas plerique metuant potius quam expugnandos. Pauci adhuc Cæsari consenserunt. Evangelici, quos vocant, nisi pace ipsis confirmata nihil contribuent. Extrahitur itaque caussa, dum de religione conveniat; id quod Maguntinus et Palatinus cum nostris egerunt Schvinfurti, idem acturi nunc Norimbergæ, quo alter conventus indictus est in diem III. Iunii. Nondum enim constitui potuit, quam late patere ista pax debeat. Cæsar solis nobis, qui modo in hac caussa sumus, eam offert; nos eam petimus pro omnibus evangelio credentibus et credituris. Libertas et doctrinæ et cærimoniarum[a]) permittetur, modo nihil novemus, quod cum ea doctrina, quam Augustæ sumus confessi, pugnet; iurisdictio et bona ecclesiasticorum in eo, in quo nunc sunt statu, reli(n)quentur. Postulat Cæsar, ut catabaptistis et Zvinglianis nulla in re faveamus aut iungamur. Zvinglianos intelligit, qui Christum cœnæ absentem et nihil quam panem adesse docent, quales nusquam sunt. Id Hessus et nos pernegamus, hoc pollicentes, si qui (!) contra ea, quæ de utroque sacramento Augustæ sumus confessi, palam doceat, huic nos in hac sua pugnante nobiscum doctrina non adhęsuros. At perstitit

Cæsar hactenus in sua postulatione. Quid Nurenbergæ futurum sit, dies aperiet. De consilii[b] modo et aliorum subditis nostram doctrin*am* amplectentibus quoque adhuc disceptatio est. Hessi animus si omnibus foret, pacem Christi regno profuturam certo habituri essemus, vel etiam invitis hostibus. Saxones pacis aviditate vereor, ut paci probe consulturi sint. Sed negotium[c] est domini! Tu generositatem vide Catti, qui violatam sibi fidem erga vestros colit tam severiter. Si enim omnes vos abiiciant, ille abiicere vos nolet. Hæc sunt, quæ de hisce rebus nobis constant. De agnoscendo Ferdinando agebatur, sed id nunc voluntate Cæsaris differtur. De adventu Thurcarum alii verum, alii vanum pu*tant,* quod spargitur. His siquidem rumoribus rex Iohannes conpelli nos cupit, ut Ferdinandus ab impete*nda* Hungaria absterreatur. Pollicetur enim decennales ind*utias* Thurcas nobis daturos[d], si Ferdinandus abstineat Hungaria. Ferdinandus eisdem sperat constituenda auxilia, quibus ipse Hungariam repetat. Vale, vir ornatissime. Argentinæ, 21. Maii.

D(ominationi) t(uæ) deditissimus *M(artinus) Bucerus.*

Clarissimo viro domino Ioachimo Vadiano, consuli Sanctogallensi, patrono suo singulari.

a) „e" für „æ". — b) Durch untergeschriebenes „c" zu „concilii" berichtigt? — c) „c" für „:". — d) „daturas".

[1]) Vgl. IV, Brief 506. — Der Inhalt des Briefs verweist ihn mit voller Sicherheit in das Jahr 1532.

III 116.

691.

Christian Fridbolt[1]) an Vadian.

Regensburg. 1532. Mai 23.

Türkenhilfe und Türkenkrieg. Tag zu Nürnberg. Tod der Schwiegermutter und Erbschaftsangelegenheiten. Noch einmal die Türkenhilfe und der Türkenkrieg.

Min alzytt willig dienst. Günstiger her gfatter, ewer schriben de 16. Aprill (verston ich Maii) ist mir uff 23. wordenn, in dem ich vernim den abgang miner schwiger. Nun hab minen herrenn uff ditto durch Augspurg und Memingen geschriben alle handlung. Hoff, solle üch woll zůkomenn. Und ist nit sonders gehandlet; dan der kaiser hatt begert, das man im die hillff zůsag zů usgang des künftigen monat Iunii; das aber im abgeschlagen. Und wollen gmain stend des richs fursten darzů verordnen. Söllenn beratschlagen, erkundigen, ob der Thürck

dises jars kom oder nit. Und so er kem, soll man mit der hillff uff sin; wo nit, so ist gmainer stenden mainung, der kaiser mit sampt sinem brůder söllen durch den küng von Boland handlen und fryden mit dem Johan Wyda, dem küng von Hungern, machen.

Item der tag, so zů Nůrenberg wyrt uff 3. Iunii, ist die gröst ursach, das sich die zw'en churfursten nit hand wellenn mechtigen, kais. Mt. zů bereden, das er nachlas, die cristenlichen fürsten und stett ainich püntnus mit nieman zů machen; insonders dingt er uß die Zwinglischen und widertoufer. Das wellen die cristenlichen fursten und stett nit thon und besorgen, er würd etwan den fünf orten ain hillff zůschicken und uns gar us machen; darnach wurd es an ynen sin. Also soll iederman zů Nůrenberg erschinenn. Ich han üch uff ditto all mainung geschribenn. Hoff, werd üch woll zůkomen.

Günstiger her, ir wyssen, was mir alweg von schweher und schwiger begegnet ist. Nun ist min mainung, das alles verbotten werd, was da ist, und das beschlossenn sy. Sind nit so arm; habent lang gewartet. Ich bin ain erb des gůts; dan min hüratbrieff vermag: will ich an witwer belib, das ich soll ain her miner kinder gůtt sin. Ich will von erst den hürat- und gmechtbrieff miner schwiger sehen; darnach thonn, das mich gůt bedünckt. Ich will och Micheln das hus nit lon, es werd dan recht. Ich will och schowen, ob mir die 1000 fl. so lang haben söllen verzogen werdenn und ob min Ursel ain eekind gewesenn oder nit. Ich will och schowen, wo das statrecht sige: ob den sönen des vatters klaider gehoren oder nit. Ich wil och Jörgenn die müli nit lon. In summa: ewer miner heren statrecht und der gemechtsbrieff söllen mich entschaiden. Ich bin lang gnůg ir nar gewesen. Hoff zů gott, es soll sich verkeren. Miner husfrowen selgen, die mer da übel zytt dan ir kains gehapt, ist nie kain faden nüws worden uff ir hochzytt. Der schweher nam die halsata und hielt mir das hochzytt; den sönnen (!) aber, wie er es gehalten, wyrt sich woll finden. Es zergatt die tailung nit on recht. Darumb bitt ich mir zů vergonnen den hafft, und das on mich nichts gehandlet werd; es sige dan, das ewer Wishait an stat min handlen welle. Vermag der brieff, das sy der ding allen gwalt gehept, so ist es schon richtig; wo nit, so will ich die 50 fl. jerlich zinß haben von den 1000 fl., so lang si sy vor mir gehapt. Darum, günstiger her, thond das best, als ir wolten, ich von eweren wegenn thon sölte. Wo ich es dan verdienen kan, bin ich

alzytt gůtwillig. Damit gott befolenn. Grůssen mir mine herren. Aventinus laust üch vast grůßenn.

Des bůchlins sag ich üch flisigen danck. Mir haben och meer (!) von Costentz, wie zů Schaffhusen die götzen hinweg thonn syenn, och zů Glaris die meeß hinweg gemeret sy.

Datum Ratisbone, 23. Maii, im 32. jar.

Wan min schwager Michel zů Österrich wer, můst man och baitenn. Hoff, sy baitenn min och.

Ewer williger *Cristan Fridbolt* senior.

Günstiger her, dise mainung ist vast die handlung sid letzstem schriben:

Erstlich wan die Thürckenhilff angen und berait sin soll. Darzů sagent die stend des richs und geben die antwurt: es syenn zů Augspurg chur- und fursten verordnet und in befelch gebenn, kuntschafft zů machen, ob der Thurck in rüstung sige oder nit. Und ob er uff Hungern oder ain anderen orten an die Cristen ziehen welle, alsdan söllen si macht habenn zů manen. Darbin laussen si es beliben. Man welle och vor nit inziehenn.

Es ist och von den stenden beschlossenn, uff k. Mt. gefallen dem Niclaus Minquitz, so des kungs Johans von Hungern botschafft ist, glaid zů geben und in müntlich zů verhören, ob frid und anikait möcht gemacht werden; dan die stend des richs vermainen, wo die hillff geben wurd und Hungern wider erobert, nem Ferdinandus das land, und wer der Thurck schon geschlagenn, und gieng darnach uber die Lutherischen. Gott wel, der Thürck belib uß. Es ist aber ain sag und kuntschafft komen, er sölle verhanden sin. Sumarie (!): der gaistlichen pratick ist, das sy gern den glouben usrütten welten — gott geb, wie es mer gieng — und Ferdinandum, der irem tant gloupt, hoch satzdind. Ich truw zů gott, es werd besser. Der her wyrt sin wort on uns schirmen und die, so im gehörent, woll behaltenn. Das geb gott!

Dem hochgelerten, fursichtigen, *ersamen*, weysen doctor Jochim *von Wat, bu*rgermaister zů Sant *Gallen, min*em gunstigen herren.

[1]) Vgl. III, Brief 416.

692.

III 117.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

(Basel.) 1532. Mai 23.

Abwehr der üblen Nachrede auf Oecolampad. Capito auf Besuch in Basel.

Myn undertenig willig dienst zůvor. Fürnemer, wyßer herr, üwer schriben am XI. tag Abrelles gthan, han ich am XXI. tag Meyes entpfangen unnd daruß mit sampt dem inglegten zedel den handel verstanden, doch mit großem verdrießen deß unghörten, schantlichen lugs wider den heiligen mann üppigklich erdichtet und zum ersten, wie darinn zhandlen, ernstlich by mir bedacht, demnach mit trüwen, frommen fründen darvon geradtschlagt. Und achten, es wäre also ze thůn, das man zum ersten die sach grüntlich und woll erfür und uff allweg mit völliger kuntschafft uffs best versäch, — nit das wir an üwerm schriben mangel haben, bsunder das diß volck, so ir sach mit sölchem grund muß gstalten, allweg gneygt, die warheit, so schon heyter am tag lyt, mit gwalt hinder sich ze trucken –, und demnach, so man mit solcher kuntschafft woll gfaßt, das es nit fälen möcht, der handel und solche lüge mir oder (das mich das fruchtbarer dunckte) mym alten herren, her Jacoben Meyer, als eym vertruwtem fründ, dem solchs von hertzen leyd wurde sin, zůschribe; nit allein von wegen deß frommen, heyligen mans, bsunder ouch von wegen myner gnedigen hern eyns ersamen radts, die hiemit ouch gschmecht und mit lügen verunglympft werden. Sind wir ungezwifelter hoffnung, myne g. hern wurden den schmachlug nit laßen gligen. Ich will mich ouch darzwischen by den glerten bewerben, daß deß türen heiligen christelich leben und sterben in ein form gstelt und zů Latin bschriben mit der zit ußgange, damit solchen lügen etwan möcht begegnet werden. Also will ich üch dsach entpfellen mit ernstlicher pitt, üch solchs laßenn anglegen sin und uns uffs allerfürderlichst wider zůschriben. Wellen wir uns nit sparen. Uff hüt ist zů uns khon D. Capito von Straßburg, unß bhülfflich zsin unsern synodum zu halten. Was sich do wirt zůtragen und anders me will ich üch zum nechsten laßen wyssen. Damit will ich ü(wer) Wißhait got befelen. Geben 23. Maii, im 32. jar.

Marx Berschi, üwer diener.

Dem hochgelerten, ersamen und wy*sen* heren doctorn Joachim von Watt, burgermeistern zů Santgallen, mynem günstigen herrenn.

(Unter der Adresse von Vadians Hand:) De impudentissimo Wend*elini* mendacio contra Oecolampad*ium*.

[1]) Vgl. IV, Brief 508.

XI 95.

693.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. (1532.) Mai 25.

Die Lage in Bern. Die Synode in Basel. Das Bündnis mit dem Herzog von Savoien. Bitte um Nachricht über die Lage im Turgau. Wiederherstellung der Eintracht zwischen den Städten.

Gratiam et fortitudinis ac constantię[a)] spiritum per Christum Iesum. Tametsi nuntius[a)] itineri accinctus iam primum referret, se Sanctogallum petiturum, nolui tamen literis meis, utcunque scriberem, vacuum abire. Res nostrę satis salvę sunt et utinam tam constantes quam pię, etsi multorum corda magis ac magis excruciet id, quod tam turpiter et christianas civitates et pios, quibus tam corpora quam facultates temere polliciti eramus, reliquerimus omnique tyrannidi, periculo et ido(lo)latrię exposuerimus. Quis unquam hęc satis dolere poterit? A te nova, si quę habes, exspecto[b)]. De comitiis Susulci aliud nihil audio, quam quod evangelio limites pręscribere nituntur, ut hi scilicet, qui ipsi initiati sunt, absque persecutione pergant, ceterum[c)] nemo amplius illis iungatur. Basileę nunc synodum[d)] celebrant, pręsente procul dubio D. Capitone. Nos nostra ministrorum capitula nunc visitavimus, non sine fructu. Speramus, scandala ministrorum dum fuerint ablata, non parum Dei negotium[a)] promotum. Gallorum legati nostrum senatum avertere nisi sunt a fœdere ineundo cum Allobrogum duce, sed frustra. Practicis et mendaciis omnia attentant, quo muneribus suis et religionem et patriam corrumpant. Dominus interim suos habet, qui constantissime resistunt; Sathan item habet, qui, a Gallis persuasi, alios persuadere non audent. Alioqui omnia satis pacata sunt apud nos. Obsecro igitur, scribas, ut sese res habeant in Turgoia, quot parochię ad ido(lo)latriam redierint, aut quę spes te maneat de resuscitando apud eos Christo. Interim salutabis verbi ministros, Cristannum et cordatos quosque. Omnes clamant de concordia civitatum sarcienda, sed nemo aggreditur facto; id quod optime Schaffhusani et Basilienses possent, ubi se nobis citra tabellas et sacramenta iungerent, quo facto facile Tigurini aliique accederent.

Nescio, quid eos remoretur. Vale, vir clarissime simul et frater charissime. Bernę, 25. Maii.

Tuus ad aram *Berchtoldus H(allerus).*

Ornatissimo eximieque docto ac pio viro Ioachimo Vadiano, apud S. Gallum, maiori suo cumprimis observandissimo.

a) „c" für „t". — b) „exsp-". — c) „ç" für „e". — d) „sin-". — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. III, Brief 434. — Als Jahresdatum ergibt sich aus dem Inhalt mit voller Sicherheit 1532.

694.

XI 119.

Hans Valentin Furtmüller[1]) an Vadian.

(1532.) Mai 26.

Bitte um Rat und Beistand in seiner Stellung als Prädicant zu Rorschach.

Frommer, wyser herr, es sie min underthænig, willig dienst üwer Wyshait alzyt berait etc. Es hatts gott gefügt, das ich zů Roschach der gmaind mit ler vorstünd. Got wolt, das ich gschickt darzů were und nutz schafte, wie ichs wol am hertzen hett, oder das es andere, hiezů geschickter, usrichtetind, furnemlich aber zů der ietzigen zyt, die meh kunst, wyshait und dapferkhait forderet, den by mir funden wirt; dan die gfar, trang und not des völcklis, die inen überschwer uffgeladen ist, erhaischet gůten rǻt und fursichtigkhait, deren ich übel mangle. Wolt doch, das die biderben lüt mit miner unwussenhait nit verkürtzt wurden. Hierum, wyser herr, langt an üch min gar ernstlich pitt, ir wellind um gottes und der warhait willen mitt üwerm truwen, wysen rǻt unsern unverstand ersetzen und uns, was üch dunckt by disen artickeln ze handlen sin, berichten, damit wir alweg das handlind, so gottes eer fürderlich und unserm leben zů besserung mag geraten; dan solichs lert uns ietz das krütz zehandt nemmen von gottes gnaden, nach dem wir in glückseliger zyt laider wenig trachtet habend. Und kan der gütig gott uß diser spaltung, die in der welt ougen böß ist, sinen globigen gar großen nutz bringen, wie es sich, got hab lob, schimbarlich (!) sehen last. Darum, ersamer, wyser herr, wellind so vil genaigter sin uns ze raten, wie dan not ist, unrůw und enborung ze verhůtten. Die artickel, die mir ze schwer sind, was ich rǻten sol, darin wir üwers rǻts begerend, sind dise, wie hierin verschlossen sind[2]). Da wellin das best in thůn. Wellen wir uns flyssen ze verdienen. 26. Maii.

E(wer) W(yshait) underthæniger *Hans Valentin Furtmuller.*

(Folgt gestrichen: Der kosten, so über den . . .)

Dem fromen, fürsichtigen und hochgelerten herren Joachim von Watt, der stat S. Gallen burgermaister, sinem gunstigen herren.

1) Von *Hans Valentin Furt-* oder *Fortmüller,* früher Pfarrer in Altstätten, später in St. Gallen, findet sich in unserer Sammlung nur dieser eine Brief vor. Das Jahresdatum ergibt sich aus J. v. Watt, Deutsche hist. Schriften III, S. 411, wo unter Nr. 436 aus dem Jahre 1532 berichtet wird, dass Hans Fortmüller als Prädicant von Rorschach vertrieben worden sei; vgl. dazu ebendaselbst Nr. 531 auf S. 507. — 2) Die Einlage fehlt.

Staats-A. Bern. II. Antiquitates Bernenses, 28, p. 587.

695.

Vadian[1]) an Berchtold Haller.

St. Gallen. 1532. Mai 30.

Die Zustände im Turgau und im Gebiet des Abts von St. Gallen. Der Reichstag in Regensburg. König Ferdinand und die Ungarn und Türken. Der Kaiser und die Protestanten. Ausschluss der Zwinglianer und Wiedertäufer vom Frieden. Die Haltung Strassburgs und der Innerschweizer.

Domino Berchtoldo Hallero, ecclesiæ Bernatium episcopo, domino et tanquam fratri.

S. Literas tuas plenas consolationis accepi, quibus ut sine cunctatione responderem, quædam effecere, quæ ea ipsa hora, qua tuæ mihi reddebantur, e Ratisbona mihi allata, te neutiquam celanda esse ducebam. Ceterum ut ad tua cumprimis, quæ scire cupis, respondeam: bene habet ager Turgoius et est in tam dira calamitosi fœderis condicione maior omnium constantia, quam putassem. Primum videre licet, illos, qui christianam pietatem spiritu auctore didicere, non facile ullis afflictionum procellis cedere. Abbas noster in sui agri ditione solum vertere compellit, quotquot hactenus Christum docuere; qui et missam instaurare et contionatores legere satagit, qui suam, hoc est, si diis placet, veram fidem suos doceant. Est sane in hoc proposito pertinax et Siculam æquat in sævitia, tyrannidem utcunque reclamante et longe maxima parte non admissura papisticam vanitatem popello suo, qui sic est in omnium cum rerum tum famæ discrimine constans, ut dolendum sit, si futuri[a]) non sint, quos huius contumeliæ non misereat; quanquam magna spe ducuntur, fore ut — Tigurinorum imprimis et Glareanorum ope tantisper monachi procacitate coercita — iis accenseri miseri possint, qui fœdere, et ipso misero, frui tamen nulla rerum angustia possint. Ad eam rem assequendam et tuorum ope opus erit. Non indignum optimis quibusque vide-

tur, eum ipsum detractare suis commune fœdus, qui eius imprimis præsidio est, ut sic dicam, postliminio restitutus? Nos tot malis exercitos spiritus domini quotidie alacriores reddit et citius cælum ruiturum nobis persuademus, quam futurum, ut tandem superet impietas. Arceri interdum et vexari veritatem posse, ceterum exstingui non posse, etiam Hieronymus alicubi scriptum reliquit. — Quod ad comitia attinet Ratisponiensia, certum est, ordines omnes Cæsari in præsens auxilia adversus Turcicam expeditionem negasse, neque id sine causa. Scripsit enim Ianus Waiwoda, qui et lectus est et unctus in Hungarorum regem, Turcam minime affuturum, modo Ferdinandus persuadeatur, quo se in suo regno quietum relinquat, quandoquidem, ad hoc ipsum omnium consensu lectus adeoque ab omnibus adamatus, hodie ut rex colatur et ametur. Quodsi bellum Ferdinandus repetere velit, reiectis semel pacis condicionibus, scripsit Ianus, se Turcarum ingentem expeditionem habiturum in promptu. Ubi vero æstus ille tanti æquoris inundare semel cœperit, fatetur Ianus videre se, quantum malorum sit secuturum. Ceterum eius miseriæ Ferdinandum futurum auctorem, quia ipse pacem iamdudum bello vel æquissimis de causis cœpto prætulerit et in præsentia non aliud magis quam pacem ambiat, non tam sui regni quam Germanici imperii gratia, quod sane doleat ob paucorum insaturabilem ambitionem in tantas discriminum angustias detrudi etc. Illis literis tantum imperiales illi ordines tribuere, ut legatum regium Nicolaum Minquiz, publica fide Ratisponam admissum, coram audire statueri(n)t et huius imprimis consilio uti, si qua ratio pacis stabiliendæ præsto esse queat, qua et Turcæ animus sedari et simul Hungariæ saluti et Ferdinandi gloriæ consuli queat. Audio præterea, iussum esse Ferdinandum, quo de Sigismundi, Polonorum principis, intercessione, quam dudum est pollicitus, legationibus agat, si forte et ille, non opibus solum et prudentia clarus, verum etiam Iani sororius, auxilium præstare paci perpetuæ poterit, Illud sane parce memorandum, etiamsi verum, quod optimi et prudentissimi quique persentiscunt, non alium scopum Cæsares eos spectare, quam ut ceteris regnis suis Hungariam illam populosissimam adiiciant. Id si tanto imperii dispendio factum daretur, non aliud futurum esset certum, quam ut illi pro papa iuvando et religione nostra pessundanda insolentius agerent (viribus nostris iam exhaustis), quam ut ullorum opes ferre possent. Sed o misericordem deum nostrum, qui ist-

hæc ingerere suo spiritu vel principum animis voluerit, ne quid dispendii pii homines et sui negotii dignitas, suo verbo nixa, pateretur! Qua in re vel ab impiis hoc nobis compendium accedit, ut, quod bene animati proceres religionis gratia asserendæ contra Cæsaris conatus deliberant, id ipsum illi non damnent, tantum ne maior eis moles expensarum et sumptuum adcrescat, quam fortuna possit æquare. Sic et malorum consilia in honorem sæpenumero dominus noster solet convertere. — Iam arbitror te certiorem de capitibus controversiæ christianorum principum et Caroli; longum enim foret ea recensere, utcunque re acta in compendium. Sed certa hæc et præcipua sunt: primum ne illis fœdere iam iunctis liceat deinceps ullos aut principes aut urbes in suum fœdus recipere. Et clam esse Campegii legati factionem, illi sciunt. Timet enim papa, ne fœderis propagatione firmior fiat horum concordia, quam ut postmodum ulla vi dissipari queat; nam de scripturis est ab illis conclamatum. Secundo: ne quid illi aut doctrinæ aut cæremoniis innovent præter ea, quæ Augustæ in sua confessione prodidere, donec locus esse queat generali et legitimo concilio etc. De hoc capite parum est controversiæ, etiamsi olfaciant pii, hoc prætextu viam perstrui, quo verbo domini suus cursus intercipiatur. Tertio: liberum illis facit Cæsar, quo et vitia et vitiatam doctrinam reprehendant pro suggestu, modo ne quos nominatim præstringant. Nolunt enim digito indicari sacrifici illi ministri abominationis et Satanæ, longe minus episcopi, sed minime omnium bellus ille prostitutæ Babylonis pontifex. Quarto iubet Cæsar, ut ne illi post constabilitam pacem quicquam habeant commercii cum Zvinglianis et catabaptistis. Vult enim hos ab horum omnium communione seiungi, qui inter membra ecclesiæ censeri cupiant etc. Hoc caput natum putant in Fabri officina, qui vel defunctum vita Zvinglium sic amarulentissima mordacitate Ratisponæ publicis contionibus perstringit, ut non videri possit, ullum virum graviorem se hostem habere tantum, quam mortuum Zvinglium habeat. Sed est mea sententia, Berchtolde charissime, adnitendum, ut tua cumprimis industria cum Argentoratensibus ministris agatur literis aut nuntiis, ut in causæ publicæ commendatione nostri memores esse velint neque committere, ut ullis modis indigni ipsorum consortio videamur; quippe qui nihil aliud aut fide aut doctrina asseramus, quam quod ipsi Augustæ aut credere se aut tenere sunt confessi; neque dubito, quin Faber has invidiæ nobis conciliandæ technas ab Immon-

tanis hauserit, qui et ipsi suam legationem compluribus diebus Ratisponæ habuerunt, neque alius finis spectatur, quam ut his modis separemur et occasio fœderum ineundorum tollatur; præterea Cæsar adoriri olim seorsim per partes quiret, quos iunctos nulla spe potiundi voti[b] auderet petere. Vide factionem et carnis deliria![c] Sed tibi gratia, o summe deus, qui et hoc hactenus caveris, ne hac ipsa in re consentirent aut principes aut urbes iniqua petenti Cæsari.

Hæc sunt, quæ habui et inter summas occupationes, stans pede in uno, tibi, charissimo amico, perscribere volui. Quæ sane boni consules neque committes, ut Argentinenses non instructi nostris literis ad proxima comitia Norimbergam abeant, quæ quidem ad diem III. Iunii condicta sunt. Non est autem, ut de his omnibus, quæ scribo, quicquam dubites. Habemus enim hæc certissimis nuntiis et sic adornavimus indices quosdam, ut latere nos non possit facile, quid Ratisboniensibus sessionibus consulatur. Vale et charissimis impartire istæc, si modo me primum auctore accipis. Santogalli, festinatissime, III Kalendas Iunias, anno MDXXXII.

IOACHIMUS VADIANUS.

a) „facturi". — b) „noli". — c) „delicia".

1) Fehlerhafte Copie. Das Original ist nicht nachzuweisen, wie überhaupt die meisten Briefe Vadians an Haller verloren zu sein scheinen. Die Schreibart ist der von uns angenommenen angepasst und offenbare Schreibfehler sind stillschweigend verbessert worden.

696. III 120.

Ulrich Brunschwiler[1]) an Vadian.

(Bischofzell.) 1532. Juni 6.

Er bittet, seinem Anwalt an die Hand zu gehen, damit ihm ein Darleihen von 18 Pfund St. Galler Währung an Ulrich Pfunds Witwe, seine Base, zurückbezahlt werde.

Fromer, fürsichtiger und wyser, günstiger herr, min gantz gůttwillig dienst syend ewer fürsichtig, ersam Wißhait allzit zůvor berait. Günstiger lieber herr burgermaister, es hat min baß, wilend Ulrichen Pfunds seligen verlaßne wittew, vor 2 jarn nechst verschinen von Hainrichen Hochrüttiners seligen husfrowen und irn kinden ain hüßli und gůttli zů Stainach umb ain summ geltz, uff zil und tag zů bezalen, kofft. Daran hab ich ir uff ir früntlich bitt und ansůchen uß erbärmd 18 ℔ d. S. G(aller) werung gelichen. Nun hat sy als ain arme frow den kouff nit mögen bezalen und hat demnach den willen darin geben und

vermelten Hochrüttinerin und irn sönen nachgelaßen, söllichen kouff widerumb zu irn handen zů nemen oder gegen andern lüten zů verkouffen; das nu von inen beschechen und mer daruß gelöst ist, dann min baß darumb geben hat. Unnd so ich jetz min ußgelihen gelt gern wider haben wölt, mag ich des nit bekomen, das mich zůmal befrömbdt. Darumb langt an ewer fürsichtig Wißhait als minen sondern günstigen lieben herren min gantz dienstlich bitt, ir wöllind minem anwalt Ůlrichen Wirt, dem ich darinn minen gwalt geben hab, gůttlich underrichtung tůn, damit ich mins ußglichens gelt, wie dann Lienhart Hochrüttiner wol waist und in sin bůch verschriben hat, widerumb ußgricht und zalt werd, mit sampt costen und schaden, in ansechung mins langen stillstands und das mer ußem huß und garten gelöst ist und der halbtail der frowen billich ouch zůgehört. Und wöllend üch nach minem vertruwen bewisen, damit ich miner fürbitt hierinn fruchtbarlich genießen mög. Wil ich umb ewer fürsichtig Wißhait gar mit gůttem willen unverdroßen zů verdienen haben. Datum an Donrstag, der VI. Brachat, anno XXXII.

Ůwer williger *Ůlrich Brunschwilr*,
stattschriber zu *Bischoffzell*.

Dem fromen, fürsichtigen unnd wysen hern burgermaister Joachim von Watt der statt zů Santgallen, minem günstigen herren, zů handen.

1) Von *Ulrich Brunschwiler* ist in unserer Sammlung nur dieser eine Brief vorhanden.

III 121. 697.

Christian Fridbolt[1]) an Vadian.

Nördlingen. 1532. Juni 7.

Berichterstattung. Die Absicht, nach Nürnberg zu reiten. Familienangelegenheiten.

Min alzytt willig dienst. Günstiger herr gfatter, ewer Wishait schriben de 30. Maii ist mir zů Norlingen geantwurt, in dem ich eweren fruntlichen, gnaigtenn (och miner herren) willen spûr, des ich üch früntlichen danck sag, und schick abermals die handlung minen herren. Och was ich wytter innen wyrd, wil ich mich nit sumen, sonder alzytt üch berichten bin erstem. Ich wird von hinnen uß uff Nûrenberg rytten, daselbst erkunden, was da gemacht werd; dan mynes gedunckens wyrt lützel zů Regenspurg gehandlet piß usgangs des tags zů Nûrrenberg. Dem Aventino wyrd ich wils got eweren brieff selb antwurten.

Demnach miner schwiger gůt halb wyrd ich Cristan ain concept geben. Pitt üch, den selben zů überlesen und, was üch gůt bedunckt, im zů rattenn. Will ich, wo ich gůt bin, alzytt willenklich verdienen; dan ich nit anderst, dan was recht ist, beger; und wohin ir mich wysen, will ich gern thon. Und so sy sich früntlich mit mir halten, wil ich es och thon; wo nit, in gottes namen sige mir das recht das böst. Bitt üch alweg, mich für befolenn haben. Damit gott mit allem, das üch liept, befolenn. Grůssen mir all min günstig herren, die ir baß dan ich kennen. Datum 7. Iunii, in Norlingen, anno 32.

Ewer williger alzyt *Cristan Fridbolt* senior.

Dem erenvestenn, wolgelerten, ersamen, wysen doctor Jochim von Watt, burgermaister zů Sant Gallen, minem günstigen herren.

1) Vgl. III, Brief 416.

698. III 122.

Andreas Cratander 1) an Vadian.

Basel. 1532. Juni 10.

Er bestätigt das abschätzige Urteil, das Vadian über die Mönche des Klosters St. Gallen gefällt hat, und verspricht getreue Rückgabe der ihm übersandten Bücher. Besprechung der für den Druck vorbereiteten geschichtlichen Werke.

S. Quam scite tui cœnobii monachos tenebrionum vocabulo (ita in tuis ad me literis doctissimis vocas) insigniveris, vir ornatissime, res ipsa clamat. Ad hoc enim nati videntur, ut luci, hoc est veritati, pessulum obdant, qui interdiu ambulare verentur, ne spurcissima eorum opera deprehendantur, neque facilius Aethiopem ex vultu atque id genus homines suis ex operibus est cognoscere. Equidem ingenia illorum iam mihi ita perspecta, immo[a] deplorata sunt, ut plane nihil spei sit reliquum ab eis quicquam ex bibliotheca impetrandi, nisi vel resipiscant, quod ad Kalendas[b] Græcas futurum censeo, quum Aethiopem albescere raro videamus, vel per dexteram excelsi rursus deiiciantur, id quod deus optimus maximus faxit. Exemplaria ea fidei integritate, qua per tuam humanitatem mihi credita, salva et cum fænore[c] restituentur. Quanquam Primasius, nunc Coloniæ transscribi[d] cœptus, mihi usui non sit, in hoc tamen diutius paulo adservabo, ut posthac manuscriptum ad impressum conferam; noster enim mire depravatus est. Frechulphus vero non omnino videtur aspernendus (!), non ob Latinę linguæ puritatem, qua plerisque

historicis, fateor, multo inferior est, sed propter rerum gestarum fidem, quas non oscitanter sermone, prout sæculum[e] suum ferebat, trito et familiari prosequitur. Porro tabellioni Paulum Aeginetam Latinum tibi deferendum dedissem, nisi iamdudum[f] illum a Gregorio Mangolt, Constantiensi bibliopola, meo nomine te recepisse sperarem. Qui si nondum oblatus est, iube, ut mittatur. Brevi habebis Nicolai Leoniceni omnia, quæ exstare[g] sciebam, in unum volumen congesta. Vale, patrone omnium charissime. Basileæ, 10. Iunii, anno MDCCCII.

T(uus) *Andreas Cratander.*

Ornatissimo viro domino Ioachimo Vadiano, consuli apud Santogallum, amico et patrono observandissimo.

a) „imo". — b) „Cal-". — c) „fœn-". — d) „transcr-". — e) „e" für „æ". — f) „iand-". — g) „ext-".
1) Vgl. II, Brief 183.

B 33.

699.

Andreas Karlstadt[1]) an Vadian.

Zürich. 1532. Juni 19.

Die Gründe seines Streites mit Furtmüller.

S. Sum[a] profecto, prudentissime piissimeque Vadiane, prorsus indignus, qui tuis literis respondeam; tamen, ne quispiam habeat, quo dicat, me alio animo quam imbecillitatis conscientia tacuisse, respondeo. Itaque te per Christum precor[b], ut pro tua humanitate rusticitatem[c] hanc boni consulas. Porro quemadmodum inter Furtmullerum et me coram tua eximia Pręstantia actum est, non infitiabor[d]. Fateor ergo dixisse, me non esse ita lęsum, ut Furtmulleri contumeliam quam honorem malim; immo[e] hoc esse ingenio me, quod ad illius decus addere cupiam. Sed hoc, vir eloquentissime, ad superiora, quę coram tua humanitate atque sapientia agimus per vicesque et diximus et respondimus, respectat. Impetraverat ipse precibus[b], ut coram te narrarem, quemadmodum oborta[f] esset inter nos dissensio; nempe Furtmullerum mulieri, quam me vidente nuper[g] a contione convenit et diu alloquebatur, iussisse, ut innotesceret mihi, et ab ipso ante biennium fidem contionatum[d] esse et populo clamante: fides, fides! sese ad opera contulisse etc. Sed ego fidei iustitiam[d] ita prædicaveram, ut eam necesse erat (!) aut referre operibus aut abesse ei, quisquis eam iactaret, et breviter fidem non esse, sed mortuam aliquam Christi notitiam[d], quæ non exprimeret Christum

factis. Ad ista eiusmodi sua verba mihi renuntiari[d] iussit. Sed Furtmullerus coram te, vir optime, respondit, se neque cogitavisse istud neque præcepisse[h], adiiciens talia: «Si dixissem, si prædicassem, error esset, atque errorem paratus essem confiteri». Sub hęc, ubi consurrexissemus, dixi: «Neutiquam ita Furtmullerum odi, ut ei ignominiam quam gloriam magis faveam», neque ita lęsum esse, ut debeam, quandoquidem ipse Christus condonaturus fuisset. Hoc ordine ad hęc ventum est. Verum istęc[i] non aliter repeto, quam ut tibi, viro et occupatissimo et calamitosam ruinam mærenti[h], refricem memoriam, neque est mihi aliud magis persuasum, quam, ut non velis Furtmulleri famam, ita meam immo[k] unciam proscindi nolis. Videat autem Furtmullerus ipse suam conscientiam; deus non fallitur. Eidem, ut neminem damno, ita Christi iustitia[d] nihil prius, nihil antiquius puto. Debemus prædicare opera, sed ex fide. Sed videtur istud multis multo facilius, quam re ipsa sit. Nam scio, utrosque ignoratione iustitię[d] Christi laborare, nimirum et eos, qui moliuntur ullam redemptionis velut particulam assequi operibus, et eos, qui fidem, quam iactant, operibus non confitentur. Nempe ut isti peccatum mundi sic existimant, quasi certe possit minore pretio quam ab ęterna sapientia constituto præstari, ita hi minime sentiunt[d] peccati gravitatem neque vim mortis Christi tenent. Difficilius autem errata revelluntur quam inseruntur, et pręstaret, nihil insitum esse, quam lolium infelix, quod facilius nuda et vacua quam evacuanda implentur. Omnes reddemus rationem ei, quem nihil fugit. Furtmullerum amo, sed Carolstadium[l] minime sic odi[m], ut velim illius amore omittere vitam ęternam. Scripsi, quantum temporis brevitas tulit et mea iustitia[d] permisit. Lubens tibi ob eximiam et raram eruditionem tuam obsequor, sed minor sum, quam ut possim. Si aliud cupias, significato; sed in re huiusmodi respectus habendus est et Carolostadii et cumprimis Christi. Si huius prima ratio fuerit, dabo, quicquid rogaveris, tibique ius facio meo nomine Furtmullerum et gravius et utilius promovendi, quamvis homines, qui illum appetunt, videantur indigni. Vale feliciter[n] et me tibi commendatum habe. Tiguri, Iunio die 19, anno MDXXXII.

Tuę Pręstantię[d] servulus semper obsequibilis
Andreas Carolostadius.

Eximia pietate prudentiaque viro domino Ioachimo de Watt, medicinę doctori et optimo apud Sanctum Gallum senatori, patrono charissimo.

a) „Simm". — b) „prçc-". — c) „rustiticitatem". — d) „ci" für „ti". — e) „imo". — f) „aborta". — g) Unsicher; am ehesten „map.". — h) „œ" für „æ". — i) „isthçc". — k) „inno". — l) „Curolst-". — m) „odio". — n) „fçl-".

[1]) Vgl. oben, Brief 665.

III 123.

700.

Ludwig Öchslin[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1532. Juni 19.

Dringende Bitte um Übersendung eines angeblich von Vadian hergestellten Heilmittels nebst Angabe des Gebrauches und der Bestandteile.

Laus deo semper. Id[a]). 19. Iunii, in Schaffhusen 32.

Gratiam[b]) et pacem Christi. Mea importunitate eris multo occupatior[b]), doctissime Vadiane, quam unquam rependere possim; sed utinam eveniret, ut tandem mea utereris opera. Sentires, plane me prçter officium[c]) nihil egisse. Rettulit mihi amicus quidam, Metridatum, optumum repulsativum veneni, apud vos inveniri, nimirum opera tua confectum. Quodsi[d]) res ita est, te etiam atque etiam per amicitiam oro, ut aureo isto scuto, quantum potes, per tabellionem ad me transmittas atque, quomodo eo in illa iam clandestina grassatione uti liceat et ex quibus speciebus conficiatur, verbo significes; quo officio[c]) me tibi de integro sic demereberis, ut nullo alio çque magis possis. Cursim. Ex Schaffhusia[e]), die ut supra. Tuus ex animo *Bovillus.*

Excellentissimo viro Ioachimo Vadiano, summo patricio apud S. Gallum, fratri suo percharo.

Zů Sant Gallen doctor von Watt.

a) Ob „id." zu der Eingangsformel oder zum Datum gehöre und wie es aufzulösen, ist uns nicht klar. — b) „c" für „t". — c) „t" für „c". — d) „-sy". — e) „Schaffbususia".

[1]) Von *Ludwig Öchslin*, genannt Bovillus, aus Schaffhausen, liegt nur dieses eine Schreiben vor; vgl. übrigens das Register zu Serie II, Mittlgn. XXV.

B 383.

701.

Bedrotus an Vadian.

Strassburg. 1532. Juni 30.

Klage über das Schweigen Vadians. Übersendung von Schriften und literarischen Neuigkeiten.

S. Quod impatientius çquo tuum silentium accepi, vir humanissime, amori in te meo imputes velim. Etsi enim in Sparta tua publice exornanda plus satis occupatum te non ignorem, fingebam tamen, non dedecere Vadianum, si tot literis flagitatricibus responderet semel. Idem quia nunc abs te factum est, hoc autographo testor, fide te optima

liberasse fidem. Vivis libros ad te mitto, quorum pretium[a] mihi numeravit mercator 14 batzios nostrates. Sacrum de sudore Christi tuam Prudentiam minime offendet[b], sat scio; nihil enim continet impii, atque utinam, quam late regnant pontificii, ab omnibus impetrari posset, ut pro exsecrabili[c] missa id genus preces psallerentur. In libro colligato imprimis obsecro legas primum 4, 5 et sequentes aliquot. At quid memorem moneo? Videbis unicum esse scopum auctori[d] pietatem et benemerendi studium de proximo. Budæus lucubretur aliquid necne, ignoro, nec hi, qui ex Galliis huc veniunt, certi quicquam referre possunt. Rhenanum totum hac æstate fuisse in Cornelio Tacito emendando, ad fidem pervetusti exemplaris et scholiis quibusdam illustrando, narravit mihi heri Spiegellius. Livium incepit superiori anno recognoscere magna et accurata diligentia; verum qua de causa cœpto[e] destiterit, ignoro. Ne autem nescias: sanctissime adiuravit me Spiegellius, ut verbis suis salutem tibi adscribam. De Chalcagnino nihil est, quod studiosi exspectent[f]; otium[a] tuetur iste, sed ἄμουσον atque rara hac eruditione indignum. Referebat mihi nuper Zieglerus, prętere libellum de vestibus apud illum vidisse nihil nec tamen hunc absolutum. Sed forsan multa ex Ziegler o audies de ingeniis Italicis, ubi semel istuc ab eo sciscitabere. Erasmum aiunt responsurum Cæsari Scaligero, Gallo, qui contra illum Ciceronis patrocinium suscepit: Bythus adversus Bacch(i)um, quod dicitur. Apophthegmata auget idem libris aliquot, Chiliades item suas. Apud nos recte satis omnia et spes erat, Musarum hic haberi tandem rationem; sed vereor, ut omnis pietatis ac studiorum iuratissimus hostis Turca nos hac spe sit fraudaturus. Non enim leges modo, quod ille dixit, inter arma silent, sed et quicquid est sanctum ac rectum. Nova certa apud nos, quod sciam, nulla sparguntur pręter Turcica, hoc est, quæ publica hæc ingratitudo et obstinatissima cęcitas nostra meretur. Faxit dominus, ut manum domini patienter feramus. Resalutant te officiose Capito, Bucerus, inprimis Gerbellius etc. Tu, mi charissime pręceptor, qua in re cunque tuis votis gratificari possum, fac sciam, et experieris discipulum et amicum obsequentissimum. Vale felicissime. Argentorati, ultima Iunii 1532. *Bedrotus.*

Gravissimo ac integerrimo viro domino Ioachimo Vadiano, plebis apud Sanctogallum magistro, domino et patrono observando.

a) „c" für „t". — b) „offendat". — c) „exe-". — d) „aut-". — e) „cępto". — f) „exp-".

III 124.

702.

Christian Fridbolt[1]) an Vadian.

Nürnberg. 1532. Juni 30.

Übersendung von Berichten und Ratschlägen. Friedliche Neigungen des Kaisers, aggressive der Geistlichkeit. Die Türkengefahr und deren Abwehr.

Min alzytt willig dienst zů bevor. Gunstiger her burgermaister, wyssen, das ich uch uff 23. ditto per Ůrich Schnider geschriben und die handlung hie und zů Regenspurg zůgeschickt, die selbigen abzůschriben, so es üch gefiel. Hoff, sige geschehen. Demnach so ist hie aber ain antwurt und ain ratschlag des landgraffen von Hessen; ist anderst, dan des Luthers. So es üch gefelt, mugen den abschriben laussen und darnach minem son geben; wyrt in min brůder wytter tragen. Es sind nach dry ratschleg, aber vast lang. Ist ainer des hertzog von Lünenburg, ainer des grafen von Mansfeld, der drytt deren von Costentz. Sagt der Zwick, so ir deren begeren, welle er üch si woll von Costentz schicken.

Wytter der handlung halb hie, so ist nach nichts gemacht. Ich verston aber, das der kaiser gůtwillig wer, den friden ufzůrichten und zů versicheren. So wellen die verflůchten pfafen nit und sprechen, es sol bim augspurgrischen (!) abschid belibenn. Der vermag, das sy söllen lib, êr und gůt zůsamen setzen wider die Lutherischen. Haben den artickel disputiert: ja er vermög allain defensive, das ist so die Lutherischen sy angriffen. So wellen aber die pfaffen, er sol verstanden werden defensive et offensive. Begeren also ain kaiser, er soll uff dem richstag also declariert werden. Das ist also der span; wart man hie ainer antwurt.

Demnach so wyssen, das Nůrrenberg uff 29. ditto hat 2 fendlin mit 800 man hinweg geschickt; und ist die sag, wie der Thürck in aigner person zů Kriechysch-Wyssenburg ankomen und welle den nechstenn fur Wyen. Laust der kaiser und küng umbschlahen umb knecht. Hatt niemant lust, in zů dienen. Lauffen die knecht all den stetten zů; verhoffen bessere zalung. Sorg, es werd můy; dan der Thurck kompt starck. Die Beham hand sich gewilgot, 30 ^{m} man zů geben, ja uff iren grenitzen zů beliben; es sige dan sach, das rich ziehe. War die selben ziehen, wellen si mit. Wellen och dem küng kain gelt, sonder das volck

geben. Besorgen, er vertůy es; dan er ist vast arm. Man ist och sin unwillig alenthalb, wo er hinkompt. Die sag ist, der richstag sol in 8 tagen usgon. Rytt ich uff dato hie uß wider gen Regenspurg, etwas zů erfaren, und so der richstag ain end nem, kom ich haim; wo nit, wais ich dan vernim, tůo (!) ich uch alweg zů wyssen. Damit gott befolen. Grůssen mir all min heren. Datum uff ultimo Iunii, im 32. jar, in Nůrenberg.

Cristan Fridbolt senior.

Dem fürsichtigen, ersamenn, wysenn Jochim von Watt, bürgermaister zů Sant Gallenn, minem insonders günstigen herren.

[1]) Vgl. III, Brief 416.

703.

III 146.

Hieronymus Guntius [1]) an Vadian.

Biberach. 1532. (Juni?)

Er beruft sich auf eine Begegnung mit Vadian in Zürich. Ulrich Zwingli und Johannes Zwick haben sich ohne sein Zutun für ihn um eine Lehrstelle in St. Gallen beworben. Er nennt die Lehrer und Freunde seines Vaters und als seine Gönner Johannes und Konrad Zwick. Zwingli machte ihn vom Rechtsstudium abwendig. Gruss an Andreas Eck.

Guntius Teutofibranus salutem dicit. Salve. Is ego sum, quem hoc nomine «Hieronyme» non semel præsentem Tiguri appellasti et si quid disertius in sermone tuo addere solebas. Ne vero æstimare possis, instinctu meo ita factum esse, ut doctissimus vir Huldrych Zwingel, vita functus, et alius, Ioannes Zwick, munus publicum, puto docendi, apud te mihi ambirent, de importunitate prius ista me excusabo. Atque ut condicionem[a]) meam noveris: parentem habui Fibranum patria, qui et olim aliquo saltem, ne dicam magno loco accensus erat in republica nostra. Præceptores[b]) ille habuit D. Georgium Simler et D. Ioannem Capnionem, qui in omni doctrinæ genere cum eo literis contulerunt; amicos certe intimos D. Michaelem Humelberg, D. Urbanum Rhegium, D. Alexandrum Brassicanum, superiore quidem paulo tempore nec pro indoctis habitos, ille, inquam, habuit. Ingenium eius, ut noscas, tali præditus erat, ceu ab bonis viris omnibus merito amaretur. Cæsaris legati D. Bilibaldus Pirckhaimer, D. Gregorius Lamparter, D. Ioannes Schad multis literis apud eum egerunt, ut iuris titulos sibi usurpare vellet; ad istam vero vanitatem non respexerat. Hinc me quoque Ioannes Zwick cum Cunhart, fratre suo, fovere cœperat et per affinem meum Melchiorem von Bolstat, nobilem

Constantinum, ab senatu nostrate hereditatem[c] meam sibi poposcerunt. Poposcerunt, quasi deinde, ut certe erant, tutorum vice futuri essent. Sed quamvis res meæ accisæ tum fuissent nec senatus noster ipsis annuere vellet, ingenio meo tantopere confisi sunt, ut promitterent, se sumptus facere, si, apud suos iureconsultus factus, retalionis lege sibi ipsis resoluturum me stipularer; nec dubito, ita facturos fuisse. Enimvero ad hunc modum me vix annos quatuordecim natum persuaserant et talibus lenociniis Cunhartus Zwick et D. Mangolt hortabantur, post paucos annos me iureconsultum Constantinos habere posse, et non D. Peutinger amplius, nisi, dum maturiore ego ætate postea constitutus, mihi ipsi vir amicissimus Huldrychus Zwingel dissuasisset, ne ad vanos titulos respicerem, quibus me die Zwicken[2]) decorari vellent, si prius sumptuosis legum studiis insudaverim; ut hoc potius agerem, ut quoquo modo in patriam rediisse velim. Tempus enim futurum, quo ingenui quique et seræ libertatis amantiores per suas singuli urbeis in hac longe latiore Germaniæ regione — Svevorum puta — se auctore[d]) respublicas in melius mutaturi essent; tum se quoque meo ingenio aliquid confisum fore. Nec adeo falsa prædixit. Porro[e]) me sine ulla Zuciorum commendatione propter me ipsum amplexus est; quin annos vix decem et septem me natum ad docendum literas et ad ducendum uxorem maturum sive aptum putavit. Rebus adhuc dubiis in patria mea nec ut nunc ita se habentibus, apud te munus – sic mihi retulit ille – ambivit ac principio quidem sine ullo instinctu meo id egit, donec Zucii, advertentes ipsum hoc modo de me agere et Zwingel, inquam, me ab eorum instituto abducere et dehortari, opem mihi deinceps ferre denegarent, ego apud Andræam Eccium, discipulum tuum, etiam ambivi iussu Zwingels. Igitur, Vadiane disertissime, importunitatem seu mavis immaturitatem istam boni consulas, si ego excusem; nam optimis viris me placere mihi studium est, ceu tu in me nihil offendaris. Utinam in otio rescribere velis! Te ipsum colo vel maxime; discipulos tuos plerosque[f]) ita amo, propter ut ipse redamari merear ab illis. Sed nuper Argentinæ Iacobus Bedrotus tuas literas, in quibus de Ludovici Vivis scriptis tractas, mihi monstravit. Andræam Eccium salvere iubeas. Vale.

Fibræ scriptum, anno post sesquimille trigesimo secundo.

Clarissimo Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli et poetæ et medico.

a) „t" für „c". — b) „Præcœpt-". — c) „hæred-". — d) „aut-". — e) „porrho". — f) „plær-".

1) Von *Hieronymus Guntius* aus Biberach liegt nur dieses Schreiben vor. — Für dessen nähere Datierung bietet die Erwähnung der Schriften des Ludovico Vives am Schluss insofern einen Anhaltspunkt, als doch mit ziemlicher Sicherheit anzunehmen ist, dass der Brief Vadians, in dem er sich gegen Bedrotus über diese Schriften äusserte, zwischen den zwei Briefen des Bedrotus vom 19. Mai und 30. Juni — Nr. 687 und 701 — geschrieben wurde. — 2) Am Rande: «es ist noch etwas brachts in inen; nosti phrasin».

704. III 125.

Sebastian Grübel[1]) an Vadian.

Berg. 1532. Juli 3.

Bericht über die Vorgänge in Goldach und Rorschach.

S. Lieber herr burgenmaister, uff iüwer beger schick ich uch zů die mandat, so ainer kilchhorin und mir von unßer herren und obren der dryen und vier ortten übersandt sind. So witt ir vermainendt, frucht daruß ze erwartten, mügend irß verordnen, wo es von nötten sin würde. Balthasar, predicant zů Golda, ist hütt bi mir xin und anzaigt, wie in gerstern (!) sin aman, der Prager, hab gehaissen mit dem predigampt still ston, und wider ab der cantzell hab můssen. Do syend die gůttwilligen tapffer herzů ge(t)retten und in kaissen[a]) predigen und sich uff den landtfriden vertröst. Das er gethon, und also der aman mit sinem huffen ain weg hatt můssen. Fortmüller hatt nit geprediget; aber der gůttwillig huff vermaint und botten in Closter gesandt: diewill sy still söllend ston, so söllend sy biß zů ußtrag rechtens ouch still ston und kilchen beschlüßen. Ist inen geantwurtt, für herren appt bringend. Doch hatt ain meßpfaff nechtig wellen vesperen. Sind die gůttenwilligen früntlich zů im gangen und in abgestelt. Do ist Hany Schlosser und aman Renhaß komen und wellen ungeschicht sin. Doch der gůttwilligen so vill worden, das sy bim hag abgetretten sind. Doch ist es als früntlich gehandlett. Were etwas nüws verhanden, lond michs wissen. Sind gott bevolhen. Zů Berg, uff 3. Heuwmonatt, im 1532.

Sebastian Grübell, üwer williger.

D. Ioachimo Vadiano.

a) = gehaissen.

1) Von *Sebastian Grübel*, seit 1520 Pfarrer in Berg, später in Schaffhausen, sind 19 Briefe aus den Jahren 1532 bis 1543 in unserer Sammlung.

III 126.

705.

Ambrosius Eigen[1]) an Vadian.

Soloturn. 1532. Juli 3.

Die Türkengefahr. Bevorstehender Tag zu Baden. Zu 300 ausgezahlten Kronen für die Stadt St. Gallen sollen noch 100 andere geschickt werden.

Min underdenigen, willigen dienst. Lieber her burgermeyster, ich lon üch wissen neuwer leyff halb, das der kung an alle ort schribtt umb ein zall lütten, dem Dürcken ein widerstantt zů thůn. Die will er êrlich besölden; dan er will mit grosser macht uff sin. Und glaub, er werd parsonlich ziehen; dan der Türck zücht mit zweyhen grossen huffen dohar: der ein huffen uff Tütschland, der ander uff Itallien zů oder Napples. Und ietz uff Zinstag soll iederman zů Baden ann der herberg sin mitt foller antwortt. Das han ich minen herren im besten nit wellen verhallten. Die 3 hundert kronen, die ir wissent, die ich uß han gricht von miner herren wägen, so will ich üch, wilß gott, die anderen hundert kronen von Baden ouch schicken. Nitt me, den(n) segen minen herren min willigen dienst, und alles, das ich inen dienen kan und sü mich des brichtten, so wil ich alltzit gůttwillig sin. Und sind gott befolhen. Actum Solotturn, III tag Iulii 1532.

Von mir *Ambrosius Eygen*, üwer willigen diener zů allen zitten.

Dem fürnemen und wisen herr Jochim von Watt, burgermeyster, minem günstigen lieben herren. Santt Gallen.

[1]) Vgl. III, Brief 458. — Der Brief ist ohne Zweifel wieder nicht von *Ambrosius Eigen* selbst, aber kaum von Sebastian Appenzellers Hand geschrieben; vgl. Brief 631.

III 128.

706.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

(Basel.) 1532. Juli 15.

Bitte um Bericht über die kirchlichen Verhältnisse im Turgau. Meinungen der Kundigen über den Reichstag und den Türkenkrieg. Der Sendbrief der Zürcher und die sich daran knüpfenden Befürchtungen der Strassburger. Neue Druckwerke in Basel.

S. Te bene valere gaudeo. Abbatem suo more insanire, non est rarum. Quid enim faceret, permittente deo, quam id, ad quod est destinatus? Ut vero se habeant hinc inde ecclesiæ per Turgoiam et præcipue, quæ sub abbate affliguntur, magnopere scire cupio; sed nemo est, qui scribat, si tu cessaveris. De comitiis imperialibus et bello Turcico varie apud nos sentiunt ii, qui iudicio valent et rerum peritia. Quidam

omnia agitari et excogitari hęc putant, ut tandem supprimatur veritas. Facile tamen apud patrem nostrum cælestem impetrabimus puris ac assiduis precibus, ut hi[a] Sathanę conatus omnes frustrentur. Epistola illa[2]), quam ediderunt[b] Tigurini, meo quidem iudicio non immodesta, non admodum probatur Argentinensibus; timent forte boni ac oculatissimi illi viri, ne quid (tempore tam periculoso) irritet adversarios et maligni hinc maiorem arripiant ansam, nos ab aliis, Lutheranis videlicet, separandi[c], quo nostræ partes sic fiant imbecilliores. Opus fuerit, tam crudeliter sęviente Sathana, magna constantia, modestia et frequentibus precibus, quibus citra dubium omnem hostium nostrorum vim superabimus. Evangelio apud nos melius speramus consulturum (!) iri, quam hactenus, propter senatus nostri innovationem[d] iam pro more factam. Frobenius Platonis opera Latina facta a Marsilio Ficino sub prelo[e] habet, Hervagius Demosthenem Gręce, Curionis prelum[e] Gręcum premit lexicon. Publicarum rerum sollicitudo[f] adeo me occupat, ut ferme privatam ac domesticam negligam. Vellem tamen tabulas meas distractas, si citra intolerabile[g] incommodum[h] fieri posset. Tu cura, ut diu nobis valeas et consulas, optime consul ac integerrime. 15. Iulii, anno 32.

Marcus Bersius tuus.

Fratres omnes meo nomine perdiligenter salutabis.

Prudentissimo domino doctori Ioachimo Vadiano, domino ac pręceptori[i] suo observandissimo.

Sanctogalli.

a) „hii". — b) „ędid-". — c) „seperandi". — d) „inmovat-". — e) „pręlo". — f) „solic-". — g) „intoller-". — h) „incomod-". — i) „pręcępt-". — Durchwegs „e" für „æ".

1) Vgl. IV, Brief 508. — 2) Der Bullingers Ausgabe des Bertram vorgesetzte Sendbrief an Luther vom 17. Juni 1532, oder die Ablehnung des Namens «lutherisch» vom 13. Juni 1532? Vgl. Pestalozzi: Heinrich Bullinger, S. 165 f.

707. B 79

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1532. Juli 26.

Nachrichten über die Anfänge des Klosters St. Luci und der Kathedralkirche in Cur.

Gratiam[a] et pacem a domino Iesu Christo. Literas Humanitatis tuę accepi, vir eximie, ac in primo versu exhortaris me officii iamdudum impositi, ut ex annalibus, si quæ[b] forent, sciscitarer exordia et fundationes[a] cathedralis ecclesię ac monasterii divo Lucio sacri. Ego quidem

diligenter sciscitatus sum apud divum Lucium per omnes fratres conventus; at hucusque nihil reperi. Ante mensem miserant ad me ingentem codicem membranis descriptum antiquum, in quo præter historiam[c] divi Lucii, quomodo a beato Timotheo[d] quondam ad Christi fidem conversus dicitur, penitus nihil reperi. His vero diebus ego ipse monasterium ingressus, perlustrare cupiens annales eorum; at illi suarum rerum adeo ignari, ut nihil supra. Non norunt tempora primordiorum neque nomina fundatorum. Demum sic respondebant, monasterium illud, Pręmonstratensis ordinis nunc, quondam ordinis divi Benedicti fuisse; hoc quoque certum esse, monasterium[e] suum ante annos plurimos flamma penitus consumptum et post quadraginta annos rursus pari clade interiisse, ob quam causam suarum antiquitatum nihil reliqui reperiri posse. De kathedrali ecclesia nihil quoque certi adhuc adeptus sum. Custos eius ecclesiæ[b] promisit me in archivum introducturum, ut ego ipse libros eorum verram ac a pulvere discutiam, si quid reperire possim. Hoc quidem, quantocius potuero, faciam. Ego quidem, doctissime Vadiane, hoc suspicor, hominibus illis suarum fundationum bases et exordia adeo lubrica et fabulosa videri, ut potius celare libeat quam prodere in lucem. Nihilominus operam dabo continuo et pro virili, ut aliquid nanciscar, tuo operi dignum ut inseratur. Quo Mussius divertit, prius ad te scripsisse puto; dicuntur varia de eo. Certum est, quod ad palatium quoddam parum munitum admissus est paucis viris ac perpaucis munitionibus; etiam tormenta sua in quodam loco dimittere coactus est et quæ[b] ad tormenta pertinent, ut puta pulverem et lapides, in aliis locis, ut, quando videre libeat, concedatur, sed coniungere non permittitur. Vale. Ex Rhætorum[f] Curia, 26. Iulii 1532.

Tibi deditissimus *Ioannes Comander.*

De monasterio divi Lucii Iacobus Salandronius noster piæ[b] memoriæ[b] ita dicebat, virum quendam nobilem de Underwägen ex Scanfic[g] valle quondam aquis Blasuræ suffocatum ac illic sepultum et pro divo Lucio venerari et a suis monasterium illud initium sumpsisse. An fabula sit necne, ignoro.

Doctissimo eximioque viro domino Ioachimo Vadiano, Sanctogallensium consuli ac domino suo primario.

a) „ci“ für „ti“. — b) „e“ für „æ“. — c) „hyst-“. — d) „Thimo-“. — e) „monest-“. — f) „Ret-“. — g) Eher „Scanfit.“

1) Vgl. IV, Brief 468.

708.

III 130.

Erasmus Ritter[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1532. August 6.

Freude über den Brief Vadians und sein treues Festhalten an der Wahrheit trotz vieler Anfeindungen und Verleumdungen. Befriedigender Stand des Evangeliums in Schaffhausen trotz der unzuverlässigen Haltung des Benedict Burgauer. Entschiedenes Vorgehen der übrigen evangelischen Pfarrer in Schaffhausen.

Gratia et pax etc. Nichil michi in vita iucundius contingere potuisset litteris tuis ornatissimis, doctissime Vadiane, non solum, quia elegantissimæ, sed quia certissimi testes fuerunt inconfracti atque constantis animi tui in tam miserabili rerum omnium nostrarum statu, ut a cognita veritate tam absit quod defeceris unquam, quod etiam[a]) spem nobis facis amplissimam, perpetuo id vitii[a]) a te nunquam exspectaturos[b]), qui et prudentia et doctrina ecclesiæ dei columnam præstare potes. Perge, ut cœpisti[c]), nec tibi molestię quicquam adferant sycophantarum[d]) mendacia pessima in te, alios quoque optimos viros in dies excussa; ego enim, alii quoque sciunt, quid sibi de te persuadere[e]) possunt. Ceterum quod ais apud S. Gallum simile mendacium subortum, facile credo. Habet enim mundus mendaciorum fabrum Sathanam caput, cui nunquam deest, quod iaculari in pietatis et veræ religionis ministros audet. Deo tamen gratia apud nos evangelii negotium satis feliciter crescit, non minus labor et sollicitudo assidua. Neque tamen vanus est rumor, si sub Benedicti nomine exiisset. Is iam dudum omnium bonorum tam senatorum quam vulgi favore spoliatus, iam aliquot ebdomadas febre laboravit. Huic posset accidere, ut solum, licet invitus, mutaret aliquando. Non possum michi obtemperare, quin tibi hominis impudentiam detegam. Accidit his[f]) diebus, quod omnes nos, qui sub imperio Scaphusianorum evangelium Christi adnuntiamus[g]), convenimus atque aliquot articulos senatui obtulimus, nempe de corrigendis vitiis[a]), ipsum admonentes, ut severius quam hactenus officium suum exsequeretur[h]); quibus articulis omnes propriis manibus subscripsimus excepto Benedicto. Timuit enim impios, quos habemus in senatu, ne ipsos offenderet sibique invidiam conciliaret. Nos autem nichilominus, ut constitueramus, rem exsecuti[h]) sumus effecimusque, ut nunc apud nos vita christiana maiori sedulitate quam hactenus observetur etc. Rerum apud nos novarum nullæ sunt, quam quod Hel-

vetii, nunc in comitiis Badensibus congregati, et Cæsari et Gallo et papæ milites dare recusarint. Vale. Ex Scaphusia, 6. Augusti 1532.

Erasmus Ritter, tuus ex animo.

Præstantissimo viro Ioachimo Vadiano, apud S. Gallum consuli dignissimo, sibi inprimis observando.

a) „c" für „t". — b) „exp-". — c) „cęp-". — d) „sicoph-". — e) „persuaderi". — f) „hiis". — g) „adnuncc-". — h) „exeq-". — Durchwegs „e" für „æ".

[1]) Vgl. IV, Brief 521.

· III 131.

709.

Oswald Myconius[1]) an Vadian.

Basel. 1532. August 21.

Dank für den Gruss Vadians, der ihn zum Schreiben ermutigt hat, und Freude über Vadians Festigkeit trotz aller Anfechtungen. Er berichtet, dass er zum Nachfolger Öcolampads gewählt worden sei, und hofft, die Pflichten seines Amtes getreulich zu erfüllen.

S. Quia me salutavit Præstantia tua, virorum clarissime, non potui calamo temperare, quin ut minimum indicarem, quam ea salutatio me adfecisset. Crede mihi, nescio, si quid gratius abs te potuisset fieri. Semper tu magnus es a multis iam annis apud me, non profecto simpliciter, sed multis modis. Doctrina vales enim admirabili, vales eloquentia, excellis humanitate, præstas dignitate. Atque hæ res cohibuerunt, ne scribendo interim, dum essem Tiguri, forem impudens, cum non semel succurreret tamen, salutem ad te saltem dimitterem. Iam vero dum intelligo, te nominis mei non esse immemorem, visus sum nescio cuius esse rusticitatis, ne quid peius dicam, si non vel duobus verbis docerem, quanto gaudio me adfeceris, dum salutem precaris. Testis est mihi Bersius, quam sæpe optarim, ansam dari te vel salutandi, præsertim hac temporum calamitate. Nunquam enim dubitare potui de constantia tua in rebus dei et omni probitate. Video nunc, quam non sim animo deceptus; quamobrem et gratias ago deo communi. Non contemnendum profecto, perstitisse in re tam dubia virum etiam mundana pompa ingentem. Videre videor itaque, quam te dei benignitas foveat. Qui scis, an adhuc aliquid organo tali sit confect*urus ad glo*riam suam? Perge per gratiam, quam dedit dominus; non dubito, quin et auxi*lio suo* tibi sit adfuturus fortiter. De negotio[a)] scriberem Argentinensium, nisi viderem ex literis *Mar*ci, rem omnem te intellexisse. Ego sperabo tamen de his non male, dum literis docebunt, omnem spem esse tollendam. De me vis scire. Dicam non

lubens, quia minus iucundum, ni alius essem. Successi Oecolampadio pię memoriæ. Bone deus, quæ imparitas! Sed deus ita constituit. Electione sic evenit veteris ecclesiæ non absimili: primates cum ministris ecclesiæ summæ cumque[b] plebeis delectis suffragiis sortiti sunt; sors super me cecidit. Et quid ita, quæso? Quam res est mihi nova et stupenda! Nisi deus per imbecillitatem, ut initio statim, vult restituere, quæ perierunt, equidem nescio, quid sibi velit. Quodsi sic habuerit, de auxilio eius haudquaquam dubito; sin aliter, in trivio sum constitutus. Precor deum, ut peream potius, quam sanctificatio nominis eius per meam functionem diminuatur. Tantillum licuit per otium[a]. Oro, vir præstantissime, ut quæ scripsi, immo[c] quod scripsi, boni consulas; ego enim sinceriter[d] ago. Orabis dominum pro me; itidem et ego faciam, qua potero devotione, diligentissime. Basileæ. Raptim, XXI. Augusti, anno XXXII.

Oswald Myconius tuus.

Domino Ioachimo Vadiano, viro doctrina et dignitate præstantissimo, præfecto Sanctogallensi dignissimo, domino suo observando. Sant Gallen.

a) „c" für „t". — b) „cunque". — c) „imo". — d) „sync-".

1) Vgl. I, Brief 105.

710.

Simon Grynæus[1]) an Vadian.

XI 68.

(Basel. 1532. August 21.)

Freude über den Brief Vadians an Marcus Bersius. Wie der Streit mit Luther zu führen sei.

S. Annus est vigesimus, arbitror, aut amplius, ex quo audire te desii et iucundissima oratione frui. Memini enim, cum nihil esset iucundius, quam te auscultare. Sic enim semper iudicavi, solidam te habere doctrinam; quæ opinio ex eo insedit, quia absolutius nihil iuvenis isto tempore videram Vadiano. Hanc persuasionem de te meam epistola tua ad Marcum nostrum scripta vix dico verbis quam confirmarit. Quid enim dicam, quomodo tollam? Cum tanta fide et studio pietatem colis, veritatem tueris, cum adeo sollicite evangelii casum ingemiscis, tanto gaudio reviviscenti applaudis! Tametsi enim propter perspectam mihi iam olim rectitudinem animi tui et innatam constantiam virtutesque ceteras[a] nunquam aliud quidquam exspectarim[b], tum etiam ex nostris hominibus, quicunque te norunt, dudum de pietate tua intellexerim, tamen nova lętitia[c] afficis me, cum plenam pietate et animi robore epistolam legissem. Ac ego quidem, mi Vadiane pręceptor, istuc pror-

sus consentio tibi: pro veritate standum, facienda, amittenda, periclitanda omnia, ac etiam illud: nulla charitatis specie dissimulandum, quominus pro ea palam, quantum poscit res, dimicemus. Male enim præteritur, meo quidem etiam videre, pietas, cum eadem in periculum venit, cum laborat, cum opprimitur; atqui nusquam magis potest, quam veritate oppressa.

Sed enim, optime vir Vadiane, cum ista consentiamus, videndum est, quomodo rectissime et evangelicę professioni accommodatissime adversarium illum, sane violentum et pertinacem, repellamus. Video enim nostris hominibus ad eam rem nec animum nec facultates deesse; sed qui id fecerit sic, quemadmodum est non indecorum evangelicæ gravitati, vixdum, arbitror, invenias quenquam. Calore nimio ferimur omnes et adversarium magis, quam causam, quam præsentem occasione(m) respicimus ac propemodum imprudenter et incaute dixerim præ studio certamus, quæ res etiam in bello quam non solum inutilis, sed etiam perniciosa sit, quanquam viribus tantum res agitur, sæpenumero ex te audivi et quottidie res declarat. Luculentum præterea adversarii nostri exemplum satis commonet, qui clamoribus istis suis, sua importunitate et violentia omnes propemodum abs se alienavit. Lubet igitur mihi, doctissime vir, postquam ex te, quemadmodum video, consilium persępe[d] capitur, ad te in his rebus concurritur, verbis paucis explicare, quomodo mihi contra Lutherum certandum videatur, siquidem perrexerit in nos sibi permittere. Principio, quod Argentinenses prudenter monent et charitas dictat, considerare profecto universam Christi ecclesiam oportet, atque id veris animis, veris, non simulatis amoribus; tum etiam adversarium ipsum iisdem charitatis manibus excipere oportet, summam[e] charitatem, siquidem fructificare doctrinam Christi volumus, in omnibus præferre, non fictam, sed veram, quæ una solaque mirum est glutinum, quo etiam dissidentia inter (se) copulentur. Nam hanc vim sola charitas habet. Ergo quia inter fratres et cum fratribus contenditur, non cum hostibus, Vadiane, sed in theatro ecclesiæ Christi, in conspectu et cœtu piorum, in oculis eorum, qui Christum omnis lenitatis exemplum in vita sibi proposuerunt, vides, quanta necessitas sit, summam in omni illa disputatione modestiam observare et ne vocem quidem ridiculam aut scurrilem et vel adversarium provocantem vel spectatores illos pios offendentem emittere. Quid enim? Non nebulonibus, non scurris scribimus nec quemadmodum

oratores isti popularem[f] auram et vanos vanissimorum hominum plausus quærimus. Nam hoc hominum genus, siquidem in sententiam nostram iis artibus, cuiusmodi dicacitas, urbanitas, risus, ioci, sales sunt, attrahatur, causam certe non meliorem, sed deteriorem reddit. Ergo sic pugnamus nos, ut non studio hominum velut calculo quodam approbari, sed solide et cum veritate vincere cogitemus, nec quemlibet suffragatorem moramur, sed pium illum cordatumque et solidum, securi, ceteri[a] quid de nobis sentiant. Vidisti nuper, cum esset periculum et certum discrimen fidem et constantiam hominum desideraret, quam male incertum hominum plausum simus secuti. Erant tot millia hominum evangelicorum, atque id in armis; sed quotusquisque[g] pro ea veritate, cui nomen dederat, paratus fuit exponere vitam? Nempe cum tentaret nos dominus, dubitabant, ecquid veritas esset, pro qua certaretur. Itaque tum maxime destituebamur, cum res maxime constantiam flagitaret. Ergo contemnere plausum hominum oportet et sic prœliari, ut de victoria simus certi, quomodocunque interea, quod frivoli omnes solent, ante victoriam quidem triumphent. Hæc paucis de charitate et modestia in omni re custodiendis præferendisque. Nunc de veritate certandi. Equidem video, unam esse viam optimam et tutissimam: ut neque nos, quemadmodum nec vulgum specie armorum circumducamus, sed presse, sed perspicue, sed potenter veritatem lucida et omni virtute et modestia prædita oratione in conspectum hominum producamus. In omni causa iugulum sic feritur certissime adversarii, si vim (?) causæ totius[c] ipsi primum (?) teneamus, mox sumpto spatio, addita diligentia, sic verborum luce sub conspectum hominum referamus, ut tam clare ceteris[a] appareat et elucescat, quam nobis ipsis. Hæc summa vis et ἐνεργία oratoris, cui si adiungit eas virtutes, quas moderatum et prudentem virum in omni actione obtinere decet, dubium non est, quin optime dixerit et præclarissime dimicarit. Scio enim, cui scribam; scio, quam intelligas, quid istuc sit: presse, perspicue, potenter rem producere. Zwinglius sane noster omnia potuit, nisi amore certandi et calore nimio congredi solitus fuisset, quanquam cupiam, tempus su(m)psisset et diligentiæ adhibuisset plus et, quod dixi, æternam spectasset victoriam potius quam præsentem. Imponit mirabiliter in istis certaminibus exspectatio[b] hominum nostrorum. Ruere ad arma absque mora iubet itaque potissimas occasiones nec videmus sæpe nec occupamus facimusque ex certa causa ancipitem nulla alia re quam festinatione. Hæc, arbitror,

nec tu quidem ipse improbabis. Sed istuc est, quod video disputari, cum non argumentis, sed clamoribus et nominis auctoritate[h] valeat Lutherus: non solum causam agendam recte, sed auctoritatem[h] imminuendam (?) detrahendamque larvam, siquidem errore liberare simplices volemus. Istuc ipsum est, Vadiane, doctissime vir, in quo cogitandum nobis etiam atque etiam video, quid agamus. Primum omnium Lutherus is est, cuius ore spiritus dei Babilonem Romanam deiecit, lucem evangelii terris infudit; qui si nullus est caditque, scias, nullum esse renatum evangelium in eorum animis, qui hactenus receperunt. Obsecro enim te, si, quantus Lutherus est, cadit et ille annorum[i] decem plausus piorum hominum, illa congratulatio tacita, cum ruere passim catervas Phariseorum videremus et omnem superstitionem ire præcipitem, si fefellit prorsusque Sathan est Lutherus: cui spes erit, aut tutum nos sequi aut postea ulli homini credere, etiam de cœlo venienti, aut quis non habebit suspecta omnia nostra dogmata? Ergo abiici totus nec debet nec potest. Qua igitur parte abiiciendus? Nulla dico, sed sanandus ea, qua laborat, nec mutilandus membris omnibus, quia putrescit unum. Quis istuc medendi genus ferat, præsertim in necessarium hominem et fratrem? Cum autem per cetera[a] pie doceat, sinamus cetera[a], et contentionis vincendique studio, quod sanum est et bonum, non recidamus. Aggrediamur, qua parte laborat. Sed quæ erranti medicina est? Neque enim ego Lutherum eum virum esse credo, qui veritatem desperatis animis sceleste et sacrilege oppugnet, sed errare dico. Errorem igitur quomodo Luthero et Lutheranis eximemus? Credo, si, quod dixi, lucide, perspicue, pressissime, et penitissime rem tractemus nec pigeat, quia non successit statim, accuratius[k] malagma tentare. Hæc si, priusquam fratrem prorsus tanquam immedicabilem abiicimus, bona fide, summa ope, summo studio et certa erga dominum Christum fiducia tentaverimus, aut Christo duce succedet nobis, aut iudicabitur sic inter nos, ut perspicuum sit omnibus futurum, unde veritas stet. Aio enim, in hoc nos peccasse et peccare vehementer, quod ægrius est[l], nos succumbere quam veritatem, quodque de veritate contendimus nimis accensi, nimis præfracti, absque omni charitate et lenitate christiana. Idcirco tentat nos dominus et, quod solet, prius suos castigavit. Comperio usu, nullam rem esse potentiorem ad efficienda omnia quam charitatem. Hæc volui, charissime pater Vadiane, egregium ornamentum patrię tuæ, ad te, principem virum, scribere idcirco, quod

sperem, per te effectum iri, ut nomen Christi apud nos, ut cœptum est, præclare apud omnes homines audiat. Equidem nihil minus unquam consulo, quam ut ne respondeatur Luthero. Pugnandum est contra, sed sic quemadmodum Christianos decet: fortiter, constanter, sapienter, amanter ac, ut uno verbo dicam, vere. Sed tu mihi ignosces, dum te occupo diu nimis; quanquam, si frui conspectu tuo dabitur aliquando, occupabo te quantumvis occupatum totos dies. Vale. Mitto tibi Benedicti nostri Ducis, tibi iam olim familiaris, dulcissimi musici, cantilenas quasdam, quibus ille in memoriam tibi revocari voluit. Agit apud me, iste quoque propter veritatem exsul[m]. Uxorem tuam et liberos et familiam omnem diligenter mihi salutabis. Vale in Christo Iesu domino. Amen.

Tuus discipulus *S(imon) Grynæus.*

(Adresse fehlt.)

a) „cæt-". — b) „exp-". — c) „-cia, -o, -us". — d) „persępæ". — e) „sumam". — f) „-rum". — g) „quottus-". — h) „auth-". — i) „an" mit Abkürzungsstrich. — k) „acu-". — l) Folgt „nobis" gestrichen. — m) „exul".

¹) Von *Simon Grynæus* sind in unserer Sammlung 7 Briefe vorhanden, alle bis an einen undatiert; mit vorstehendem wird offenbar die frühere Bekanntschaft erneuert. Wir haben in ihm ohne Zweifel den Brief des Grynæus vor uns, den Bersius am 22. August mit seinem eigenen und dem vom 21. August datierten des Myconius an Vadian abgehen liess — s. den Eingang von Brief 711 —, und dürfen daher als sein Datum auch den 21. August 1532 ansetzen.

711. III 132.

Marcus Bersius [1]) an Vadian.

Basel. 1532. August 22.

Dank für den Brief vom 15. August, den er Grynæus und Myconius mitgeteilt hat. Auf der Festigkeit Vadians beruht vornehmlich die Hoffnung der Freunde des Evangeliums. Die am 13. August erfolgte einstimmige Wahl des Oswald Myconius an die Stelle Öcolampads.

S. D. Litteras tuas, ornatissime vir, XV. Augusti datas, XXI. eiusdem accepi, pro quibus gratias ago innumeras; vix credis, quantum consolationis ac voluptatis nobis attulerint. Ego perlectis statim domino Grynæo[a] et Myconio salutationes tuas denuntiavi[b], simul et suavissimas litteras tuas legendas exhibui, quo quantum eis sim gratificatus, suis litteris testantur, ut coram vides. Inter alia, quę scribis, imprimis mihi volupe est audire, in istis etiam afflictationibus ac periculis residuos esse, qui nondum genua flexere Baal, nec dubito, quin deus optimus pro sua benignitate pusillum hunc gregem sit aucturus ac animaturus; id quod hoc potissimum argumento futurum credo, quod te et tui similes superstites nobis servat, in hunc procul dubio finem, quod populum suum ali-

quando vestra virtute, quam ipse administrat, ab omni impietate ac violentia sit liberaturus. De rebus aliis, quę hic aut alibi gerantur, multo commodius eruditi nostri scribunt. Hoc unum addam, Myconium nostrum, quem nosti, virum pietate, eruditione ac humanitate spectabilem, XIII. Augusti concordi ac sanctissima electione tam magistratus quam plebis in locum divi Oecolampadii esse sublimatum. Magna spes est piis omnibus, ad gloriam Christi hanc rem præcipue[a] cessuram. Vale. Fratribus omnibus salutem ac fidei incrementum exopto. Basileę[c], XXII. Augusti, anno XXXII.

Marcus Bersius tuus.

III 133. Excellenti viro domino Ioachimo Vadiano, Sanctogallensium consuli integerrimo, domino suo observando.

a) „e" für „æ". — b) „c" für „t". — c) „-ςę".

1) Vgl. IV, Brief 508.

712.

Hieronymus Nyeppaim[1]) an Vadian.

Nürnberg. 1532. August 31.

Dank dafür, dass seinem Schwager auf sein Gesuch ein Rechtstag angesetzt worden.

Mein frünntlich, unndertenig, wyllig diennst zů voramn. Erwyrdiger, geunnstiger, lyeber her burgermayster, myr ist auff denn 30. tag Augusti ann bryff vonn euch wol zůkomenn, des dattum ann Sanntt Barttlomes abennd. Euwer schrybenn vernnommen, wie ir so gůttwyllig seigtt gewest und mein schrybenn unnd beger von wegenn meins schwagers seligs aim ersamen ratt fürgehalltten unnd aim erber ratt gůttwyllig erfunden, das sy sampt euch meim schwager auf seim beger ain rechtttag gesetz habenn[a]) hie unnd Michahelli, denn selbenn tag selbs zů verstonn oder ain annwallt, der gnůgsamen gewalltt hatt, ann seimer statt sölichen tag zů vertretten etc. Auff selichs ist meim schwager Jerg Bayr ganntz woll zůfreyden. Sagtt euch unnd aim ersamen ratt Sanntt Gallen, grossenn danck, das ir im selichen tag gnůgsamlich gesetzt habenn, das er woll aim mag daruff sennden, der im selichenn tag verstautt unnd verwist. Darum sagtt euch meim schwager euwer Wurdi unnd aim ersamen ratt fleysigen dannkh. Sagt dann, er woll spürenn kund auff euwer erbyttung alls gůtz, alls zů seinnen gnnädigen herrenn etc. Er wyrtt auff selich zeytt ain dahienn verordnnen unnd sennden werden etc. Wa ich nitt kranck-

haitt laybs halbenn gewest wery, so wer ich selbs auff datto mit euwer botten inn aigen personn mitt im hinuff geraysт seinn. Wa ich so fyll starck möchtt werden, so zeich ich die nächsten rays mitt im hinuff etc. Also hapt ir hiemitt anntwurtt auff euwer schrybenn. Dattum inn Nürnberg, Sampstag nnach Bartholmei, inn 1532 jar.

Euwer Wishait diener *Jeromus Nyeppaim.*

Dem erwyrdigen, hochgelertten herren doctor Jochamen von Watt, burgermayster zů Sanntt Gallen, minem günstigen lieben herren.

a) „zwischen" zu ergänzen.

1) Von *Hieronymus Nyeppaim* findet sich nur dieser eine Brief in unserer Sammlung.

713. X: 167.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

(Basel. 1532. Anfang September?)

Übersendung der Declarationes des Erasmus. Mitteilung der Briefe Vadians an Grynæus und Myconius. Die Freundschaft der Städte. Neue Veröffentlichungen des Frobenius. Dominicus (Zili).

S. Declarationes Erasmi[2]), quas petis, mitto, in quibus — meo quidem iudicio — plus Sorbonicę vanitatis quam solidę eruditionis aut pietatis invenies. Evangelium ut apud nos currat, ex mandato nostro recenter edito[3]) satis te puto cognovisse. Præstet[a]) deus, ut in dies magis ac magis promoveamus! De rebus peregrinis pauci apud nos sunt rumores. De pagis nemo est, qui bene speret, nisi deus pro sua benignitate antevertat. Litteras tuas bona fide Dn. Grynæo[a]) et Myconio communes feci[b]) nec puto tibi fore molestum, cum absit omne periculum; ultra modum enim nobis gratę fuerunt ob rerum dignitatem, quæ cognitu sunt utilissima. De urbium N. amicitia[c]) optime sentis. Non pauci sumus, qui hoc idem tecum sentimus. Conandum erit omnibus modis, ut redintegretur. Officina Frobeniana recens nobis edidit opera Platonis a Marsilio Ficino Latina facta, Apophtegmata Plutarchi aliquot libris aucta auctore[d]) Erasmo, Eutropium historicum[e]) cum nonnullis aliis. Sunt, qui timent Dominicum vestrum, alioqui fidelissimum, plus iusto catabaptistarum hypocrisi titillari. Peroptime valeat tota familia tua, et tu imprimis pro facultate tua cura, ut valeas.

Marcus Bersius tuus.

Incomparabili heroi domini doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, prudentissimo domini meo observando.

a) „e" für „æ". — b) „œ" für „e". — c) „-cia". — d) „aut-". — e) „hyst-".

[1]) Vgl. IV, Brief 508. — [2]) «Declarationes ad censuras Lutetiæ vulgatas» etc. — [3]) Unter diesem Mandat ist wohl dasjenige gegen den Besuch der Messe an auswärtigen Ortschaften vom 27. August 1532 zu verstehen. Die im Text erwähnten Schriften sind auch sämtlich im Jahre 1532 erschienen.

III 134.

714.

Konrad Pellican[1]) an Vadian.

Zürich. 1532. September 26.

Ersetzung seiner frühern Schrift über die Psalmen, welche gegen seinen Willen veröffentlicht worden ist, durch eine neue Bearbeitung. Seine Commentarien sind nicht für die Gelehrten, sondern für die Landgeistlichen bestimmt, die keine gründlichen Studien gemacht haben. Berufung auf eine Stelle in Vadians Ausgabe des Pomponius.

Gratiam[a)] domini ac pacem in Christo. Forte fortuna excidit tibi dudum, doctissime Vadiane, sermo de psalterio nostro olim obtento, de quo interim semper dolui, sciens indignum, quod a tanto viro haberetur, nedum legeretur, quandoquidem me invito per impostorem prodierat in publicum, quod mihi monacho præparaveram[b)] ad primam manum. Coactus sum emendare et longe deteriorem inveni, quam putaram. Eum nunc mitto reponendum in alterius locum, ea condicione[a)], ut prior ignibus consecretur. Audio quoque, tibi commentaria nostra destinata, quæ tui similibus minime scripsi, sed regionariis pastoribus, qui altiora non caperent et sacrę scripturę tantum dogmata prædicare[b)] coguntur, quę nunquam didicerunt nec opportunitatem[c)] habent discendi aliter quam libris[2]). Indolui eatenus tibi missum, quod indignum lectione tua non ignorem. Verum iudicium tuum eruditum et candidum me solatur, quod nuper didici ex eruditissimis commentariis tuis in Pomponium tuum, ubi sic scripsisti: «Plerique, qui post me aliis erunt in annis, nostra audacia ducti fortasse meliora proferent. Nam vilia nonnunquam ingenia, dum pro tempore quid commode[d)] conantur, magnos animos provocant, ad id præstandum[b)] scilicet, quod in illis ceu affectum nec absolutum natura reliquerat[e)]». Hæc[b)] Vadianus. Unde abunde consolor, sperans ea condicione[a)] nostra suscipienda ab eruditis piis. Alios vero non moror; coactus a domino veni in hanc infelicitatem[f)], ut ineptus lingua cogar ineffabilia enarranda suscipere. Sed et Mosen, impeditioris linguę amicum dei, sacrosancti episcopi et populi non aspernantur, et Christus humilitatem suam iactat æque[b)] vel magis quam divinitatem carne indutam. Frisio iam ancincto ad iter instantique pro epistolio, hęc quoque

quantulacunque exciderunt; sed maior est humanitas tua, quam ut verear, redargui meam sinceritatem, qui eruditionem nullam polliceor. Vale cum populo et domo et cum universa ecclesia. Tiguri[g], 26. Septembris 1532[h].

Tuus *Pellicanus,* totus semper.

Doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogallensium consuli piissimo et eruditissimo.

a) „ti" für „ci". — b) „e" für „æ". — c) „oport-". — d) „comode". — e) „reliquirat". — f) „infęl-". — g) „Tyg-". — h) Aus „1531" berichtigt. — Durchwegs „e" für „æ".

[1]) Von *Konrad Pellican*, Lehrer des Hebräischen in Zürich (seit 1526), Freund und Helfer Zwinglis, liegen acht Briefe aus den Jahren 1532—1545 vor, wovon einer in Bremen aufbewahrt wird. — [2]) Vgl. dazu das Chronikon des Pellican, herausgegeben von B. Riggenbach S. 128.

715. III 135.

Wolf von Helmsdorf[1]) an Vadian.

(Bischofzell.) 1532. October 3.

Bitte um Vadians Rat in einem Processhandel.

Unnser ganntz gůttwillig, früntlich diennst und was wir ern, liebs unnd gůttz vermögen alltzit zůvor. Fromer, vester und hochgelerter, sonders günstiger herr, lieber und gůtter fründ, es halt sich ain span zwüschen zwayen unnsern burgern, namlich maister Barthlomen Liner dem parpier, unnserm rattzfründ, an ainem, und Barbaren Zwinggeren, jetz Hainrichen Lieben des metzgers eeliche husfrow, am andern tail. Welicher span und hanndel me wann jar und tag vor uns und demnach vor unnsers gnedigen herren von Costentz statthalter und rätten zu Merspurg in appellacionwyse und jetz jungst wider da dannen komen und noch vor unns onußtragen schweben ist; alles innhalt der acta darüber vergriffen etc. Unnd so wir dann in söllichem hanndel ettwas verstrickt und deßhalben üwers trüwen rattz notturfftig sind, hierumb so schicken wir üch hie by disem botten den handel altz und nüws fürtrags, mit fliß dienstlich bittende, ir wöllind üch umb unnsern willen darinne bemůgen und arbaiten, oder ob üch das allain zů schwär und überlegen sin wölt, ander verstendig lüt, üch wol bekannt, zů üch nemen, den handel für üch nemen und besichtigen und demnach uwern trüwen rattschlag in geschrifft verschloßen fürderlich by aigner bottschafft zůschicken unnd nit achten, das wir nit die fürsprechen der parthyen oder ain rattzbottschafft zů üch geschickt haben. Ist darum nit beschechen, das wir nit wissen mögen, wenn üch der handel komlich sig

zů besichtigen oder ob man üch anhaim funde oder nit. Das wöllen wir um üch gar mit gůttem willen gantz früntlich und nachberlich beschulden und verdienen. Datum Donnrstag nach Sant Michelstag, anno etc. XXXII.

Wolff von Helmstorff, der vogt und ratt zu *Bischoffzell*.

Dem fromen, vesten, hochgelerten hern Joachimen von Watt, docter, burgermaister zů Santgallen, unnserm sonders lieben hern und gutten fründ.

¹) Vgl. IV, Brief 611.

III 136.

716.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1532. October 7.

Er benutzt die Rückreise des Sebastian (Appenzeller), um Vadian Bericht zu geben vom Stande der kirchlichen Angelegenheiten. Drohungen der innerschweizerischen Nachbarn, dass der Friedensschluss mit den Türken die Schweiz dem Kaiser zur Beute machen werde. Ein Komet als Verkündiger von Gefahren. Die katholischen Orte geben rechtlich gegen die Zürcher vor wegen Schmähung der Messe in Mandaten. Instruction für den bernischen Boten nach Baden. Vorgesehener Tag der evangelischen Stände in Brugg. Die Chronik des Sebastian Franck. Ein in Aussicht gestelltes Werk des Johannes Aventinus. Bitte um Bericht über den Stand der Dinge in St. Gallen und Turgau.

Gratiam et pacem, simul et vitę innocentiam a domino. Tametsi nihil novi apud nos sit, quod te, vir candidissime, scire operæ[a]) pretium[b]) sit, nihilominus, cum amicus noster communis Sebastianus a nobis ad te reditum pararet, nolui, absque testibus animi erga te mei te salutaret. Salva primum est respublica christiana et utinam tam constans! Silent papistę, ac si muti sint omnes facti; silent utcunque hactenus grassati catabaptistę, non quia modo (?) quippiam istius farinę hominibus decedat, sed quod parum fidei illis habetur. Interim autem exspectamus[c]), quid Turcica rabies nobis etiam pacem ambientibus paritura sit. Minantur vicini Immontani, pacem iam tractari a Cęsare cum Turca, qua pacta Hispanis totique Cęsareo exercitui Helvetia christiana sit quasi pro spoliis aperta. Minatur dominus e cęlo per cometam, quem vidimus his diebus apud nos. Ominamur nobis ipsis mala. Quem prophetam felicem[d]) exspectabimus[c])? Expostulant a Tigurinis ius papistę, scilicet Helvetii, quod in edictis in agrum suum invulgatis missę detraxerint. Nostrates cum vident, non rem Tigurinorum, sed omnium piorum agi, legato ad comitia Badensia equitanti committunt[e]), quatenus ab instituto pagicos dehortetur. Quodsi condescendere nolint, indicta est dies Bruggam, qua civitates pię convenient consulturi. Non solum faxit deus,

quomodo iterum coeant et amicitia[b] cordibus refricetur, sed ut nunc se ab hac iuris tyrannide exonerent. Inhibuerunt item nostrates Tigurinis, ne sese huic foro committant[e], et satius esset cedere fœderibus, quam fidei negotia[b] tali fœderum foro summittere. Tu perpetuo cogites, quibusnam conatibus sit resarcienda inter nos amicitia[b]. Plebs nostra sincera[f], primates utcunque, papistę sui similes. Ceterum[g] chronica[h] nunc horis succisivis lego cuiusdam Sebastiani Franck, anno superiore Argentinę evulgata. Quę ubi perlegeris, etsi sint vulgaria, desiderarem et tuum iudicium, qui expertus iam multis annis multorum annales pellegisti. Certe meo iudicio extra aleam scripturę nemo fortius evertit papatum quam ille; omnium temporum et hominum hæreses[a] in fasciculum congessit, quos quidem tales Romana ecclesia hactenus condemnavit. Augustinum, Athanasium, Ambrosium primo loco ponit, quoniam abcdarium ordinem servat, perinde Luterum, Erasmum, Zvinglium, catabaptistas, immo concilia et pontifices ipsos. Ubi videris ea, non pœniteat te legere, quod mihi ceterisque[g] sanius consilium dare poteris. Scribit idem, quendam Ioannem Aventinum maiora et meliora parare, quod et Capito indicavit. Homo tibi forte notus est. Tandem ecclesię et rerum vestrarum successum adeoque totius Turgoię, cum nuntium[b] et otium[b] habueris, depingito. Vale valeantque tui tuaque omnia quam felicissime. Bernę, 7. Octobris, anno 32.

Tuum minimum numisma[i] *Berchtoldus Haller.*

Eximię pietatis et eruditionis viro, consulari dignitate et prudentia ornatissimo Ioachimo Vadiano, apud S. Gallum, maiori suo summe prę primis observando.

a) „e" für „æ". — b) „c" für t". — c) „exp-". — d) „fęl-". — e) „comit-". — f) „syncęra". — g) „cęt-". — h) „cronica". — i) „numm-".

1) Vgl. III, Brief 434.

717. III 137.

Oswald Myconius[1]) an Vadian.

Basel. 1532. October 24.

Dank für den Brief Vadians an Marcus Bersius, den ihm dieser mitgeteilt hat. Die Unselbständigkeit des Kaisers, der von schlechten Ratgebern missleitet wird. Die Tyrannei der Orte. Bitte, den Bernern zuzureden, dass sie sich zuverlässig zeigen. Die Auflösung des Bundes.

S. Marcus, quo sumus inter nos amore, litteras tuas mihi legendas tradidit, virorum dignissime, e quibus didicimus vere, quod prius coniec-

tura quadam videbamus de pagis, de Cæsare, de aliis. Agimus tibi gratias, quod illa tam exponis certo; est enim, ubi iis utemur, non sine utiitate. Mira profecto ingenia hominum. Paucis ante annis legatus iste tam erat invisus illis, ut Uriæ caperent et nulla ratione legati pontificis a latere habita coniicerent in carcerem publicum; nunc colunt ut deum, quia numerat; unde non est obscurum coniicere, quinam animus sit paganis. Deum talibus ingeniis parcere usque ad tempus, nihil habemus compertum magis. Nos interim diligenti, vera et aperta doctrina conabimur formare corda hominum, precatione devota per Christum habita ad deum nostrum pro confirmatione, ut, si quando procellæ Romani pontificis ingruerint, immotum maneat, quod formavimus. Cæsaris illa vel malitia vel stoliditas nobis non est nova. Non is suus est, ut audimus; ducitur a malignis sacrificis et aliquando trahitur. Neque hoc manebit perpetuo. Quid vero, si Germania cœpisset aliquando videre? Coniicitur in damnum tam intolerabile atque interim videtur contemni. Amorem ista non conciliant. Sed novit his deus uti ad gloriam suam; huic nos omnia obtulimus atque vendicavimus iam olim. Dolet interea tamen pro carnis imbecillitate tyrannis mihi pagorum, bone deus, quam vehementer! vere dico multo vehementius, quam infirmitas, qua nunc laboro. Atque hic si non solatium esset a dei iustitia[a], qua non fieri potest, ut diutius illam toleret tam insolentem, nescio, si vincere possem. Homines bonos et pios cogere, ut malum bonum et bonum malum dicant! et id quidem cum iuramento! Cogere item, ut mœnia demoliantur ad solum usque et portas patulas semper teneant, non ob aliud, nisi ob fidem in deum! Vivit dominus, qui non patietur suos vexari ultra, quam oporteat. Trias si manserit, rem optime habituram coniectas, et recte quidem mea sententia. Hoc velim tamen, si commode posses, te hortari pro singulari tua et auctoritate[a] et eloquentia Bernenses, ut ita se in præsenti negotio haberent, quo alii ad fidendum ipsis fierent alacriores; id quod facilius conficeretur, si odium pagorum in eos depingeretur ad indignationem usque. Qui scis, an ita boni aliquid nobis conficere valeas? Præterea in animo est quibusdam, suadere fœderis dilacerationem. Per deum quæso, mihi dicas mentem hac in re tuam, si poteris per negotia[a], hoc est negotiis[a] permittentibus. Hic enim quid sentiam ego, dum caput a vertigine fuerit liberum et pedes a carbunculo, quem vocant, curabuntur, audies. Hoc postremum

in aurem tibi. Vale per dominum et quod scribo, boni consule; non aliter enim potui. Basileæ, XXIIII Octobris, anno MDXXXII.

Os(valdus) Myconius tuus.

Domino Vadiano, urbis præfecto apud Sanctum Gallum, amico admodum venerando.

a) „author-".

1) Vgl. I, Brief 105.

718. B 80.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1532. November 17.

Nachrichten über die Kathedralkirche und das Kloster St. Lucius in Cur. Erscheinung der hl. Jungfrau in Chiavenna.

Gratiam[a)] et pacem[b)] a deo, patre nostro, et domino Iesu Christo. Imperasti mihi iamdudum, vir spectatissime, ut diligenter inquirerem primordia et fundationes[a)] templorum kathedralis et divi Lucii. Ego quidem quam sancte iuro, quod diligentissime inquirendo indagandoque nihil perscrutari possum. Monachi divi Lucii prorsus ignari sunt suarum rerum. Denique perlustravi ego ipse eorum bibliothecam; at nihil reperi præterquam[c)] hęc barbara verba in quodam magno codice homiliarum[d)]: Anno domini millesimo CCCXXX anno combustum[e)] est ecclesia Sancti Lucii regis et confessoris in die Sancti Lucæ evangelistæ[c)]. Postea sequitur de ecclesia, quando consecrata[f)] sit, et de reliquiis altaribus inclusis. De ecclesia kathedrali[g)] exacte quæsivi[c)] apud magistrum Lucium Iter, eius ecclesiæ[c)] canonicum et custodem, etiam apud magistrum Gaudentium de la Porta (alias Byæsch). canonicum, qui pariter respondebant: scilicet sese monumenta non pauca habere suarum antiquitatum in deposito reclusa; sed eis non esse locum aut tempus perlegendi, nisi aliqua necessitas urgeret. Idem responsum dederunt etiam Aegidio[c)] Scudo, qui eadem rogavit, quæ[c)] ego, ut suis chronicis insereret. Nihil itaque aliud nunc respondere possum. Dabo tamen operam in posterum, si quid per me aut alium quempiam investigare queam. — Cæsarem aiunt Mantuam venisse ante aliquot dies, illic forsitan hibernaturum[h)]. Quidam sacrificus parochus[i)] in dicione[k)] Clavenensi, nuper speciem deiparæ virginis ementitus, cuidam puellæ apparuit ac multa nugamenta edidit[l)]; qui tamen deprehensus capite truncatus vitam finivit. Huius historiæ[c)]

tota series descripta a iudice ipso mihi dabitur; postea Humanitati tuæ[c] mittam. Nam nebulo ille conatus est evangelio Christi obesse scelestissima hac fallacia. Vale, vir egregie. Ex Curia Rhætica[c], 17. Novembris, anno Christi 1532. Tibi deditus *Ioannes Comander*.

Præstantissimo ac doctissimo viro domino Iachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli bene merito, suo domino ac fratri observando.

a) „c" für „t". — b) „pacen". — c) „e" für „æ". — d) „homel-". — e) „combussum". — f) „consecreta". — g) „K" aus „C" berichtigt oder umgekehrt. — h) „hy" für „hi". — i) „parr-". — k) „t" für „c". — l) „ęd-".

1) Vrgl. IV, Brief 468.

Stadt-B. Zürich.

719.

Vadian[1]) an Heinrich Bullinger.

(St. Gallen. 1532. November 20.)

Ermahnung zum Festhalten am Evangelium gegen alle Anschläge der Feinde.

Mitto ad te, Bullingere amantissime, suggestionem, quam subito quodam calore conscripsi, quum, quid animi paganis nostris adversum Tigurinos quidem specie, ceterum re ipsa adversum evangelii nostri sanctitatem esset, animadvertissem. In hoc est meo iudicio annitendum[a]), ut, qui Christo sincere et captu verbi eius nomen dedimus, utcunque spoliati fœderibus et afflicta societate, animis tamen constantibus et eo amore, quo colendam nobis veritatem proposuimus, receptam semel et cognitam perspectamque fidem longe maxime concordibus votis promoveamus. Ea re inductus, malui noctuas, quod dicitur, Athenas ferre, quam deesse aut officio aut ipsi, quæ omnis officii magistra est, charitati. Cura id maxime, o Bullingere, frater amantissime, ut in hoc tuos animes, inflammes, cohorteris, ne deiici se de gradu fidei in Christum malis artibus sinant. Tum demum Christum amplexi videbuntur, quum tot exantlatis ærumnis nihilo segniores in huius honore retinendo victi erunt, quam erant victores, ut non memorem, eam demum verissimam victoriam atque adeo propriam Christianæ professionis esse, qua in angustiis et tribulationibus, exaltati animis, spiritu uni sunt, non robore; confessione non armis; gloria Christi, non hostium strage. Hac certe via per medias Satanæ catervas iuvat ire patientiam, modo ne quid committat adversum decoro pietatis. Amamus enim armorum usum, qualem amavit Zvinglius, non ad vindictam (?), sed ad retinendam tuendamque veritatem institutum; eo ipso, si pereunt, qui militant, magna gloria vincunt, quum non habeant usum celebriorem, quam quo cum Christo, non cum Acciis aut

Brutis oppetant, qui non hauriendi sanguinis, sed verbi dominici retinendi sunt avidi. Dabit autem et fidentibus fortitudinem vel armorum et virium dominus, modo rectum sit institutum, quod moliuntur[b]. «Non deseram enim te neque derelinquam», Iosuæ in hostes profecturo et difficillimam provinciam obeunti dixit plenus fidei et veritatis Deus noster. Proinde non est, ut nos ulla tyrannis sinistros rapiat. Hoc ingenium est nostræ professionis, ut exerceamur malis atque adeo quassati ceu procellis mundo non fidamus, sed illi, qui vicit mundum. Antronio nostro probe successit, nimirum suis artibus freto. Manus habet longas et pingue pecuarium. In hanc nassam sunt qui ultro repant, modo esca potiantur, quanquam cum animæ periculo, quod fere solent stulta natatilia. Sed o gloria Deo, qui nos tot malis petitos veritate victores constituit! Superat ille, sed arte et dolo, hoc est Satana; nos in hoc vincimus, quod[c] gratiam Dei habemus in manu, quo frontem huius pudore suffundamus. Denique ut ille maxime sit adeptus, quo stultitiam expleat, nobis tamen incolumibus agere præ eius libidine licet, nec nobis solum, sed et agro et subditis; his enim libera fidei optio gratia domini relicta est, neque carebunt ministris suo ære alendis. Tantus est amor in Christum eorum, qui vere crediderunt. At vero nos passi graviora; dabit Deus his quoque finem. Dabis operam, ut et Bernates et Basileienses, præterea et Schafhusiáni ministri admoneantur, ne communi causæ defendendæ segnes manus admoveant. Non credis, quam nihil concutiantur his technis, qui rore spiritus compluti sunt. Agit caro interim suo more et muliebriter triumphat, nescia sane, quam sit ridiculum agnoscere, cuius nullam evidentem rationem reddere possis. Nos habemus in numerato Davidicum illud: consilia impiorum peribunt. Sela etc.

(Unterschrift und Adresse fehlen.)

a) Oder „innit-"? — b) Oder „molimur"? — c) Oder „qui"?

[1]) Vgl. I, Register, unter «Vadianus». Eine grosse Anzahl von Briefen Vadians an den aus Bremgarten gebürtigen und als Nachfolger Zwingli's nach Zürich berufenen Heinrich Bullinger liegt im Stadtarchiv Zürich, so eine fortlaufende Sammlung von Originalen aus den Jahren 1541—51 in Band E, II, 351. Andere finden sich zerstreut in Original oder Copie in andern Bänden des Archivs und in den reichen Briefsammlungen der Stadtbibliothek, die für unsere Zwecke von Hrn. Stadtarchivar Dr. T. Schiess ausgenutzt worden sind. Vorstehender Brief, wie Nr. 721, ist als Copie in Ms. F. 64, T. 648 der Stadtbibliothek Zürich erhalten. Einzelne Worte sind nicht völlig sicher. Das Datum ist von der Hand des Copisten übergeschrieben.

III 139.

720.

Johannes Zindel[1]) an Vadian.

Zürich. 1532. November 22.

Bitte um Auszahlung eines rückständigen Zinses von 2 Gulden.

Den gunst gottes mittsampt allem gůten, so mir vermüglich, zůfor. Wolglerter, fürsichtiger, wiser herr, alß üwer Wissheit denn wol zů wissen ist deß ferndrigen verjarten und verfelnen zinß der zweyen guldinen halb, die mir dann nach usstendig und nit betzalt sind, da ist min flissig, ernstlich und angelegenlich bitt an üwer Erwirdickeit, das ir daran wellint sin, das mir semlich usstendigs ouch bezalt werde; als mir daran nit zwifflet, ir werdint semlichs fürderlich nach üwerem zůsag thůn, angesechen das üwer Wisheit wol weist, das ich mitsampt minen kinden deß wol bedarff, besunder zů disen zitten. Sind also ermant von mir armen und thůnd das best. Wo ich dann semlichs mit minem armen und willigen dienst umb üch insunders und die üweren inkünfftig vargelten unnd beschulden künde, sond ir mich ouch bereitt finden. Hiemit sige gott mit üch und unß allen. Amen. Datum Zürich, uff Fritag for Katharine, im 1532. jar nach Christi unsers herren geburt.

Johannes Zindel, üwer williger und undertheniger alltzit.

An hochgelerten, ersamen und wisen herren herr N. von Wat, burgermeister der statt Sant Gallen gehört diser brieff.

[1]) Von *Johannes Zindel* ist in unserer Sammlung nur dieser eine Brief vorhanden.

Stadt-B. Zürich.

721.

Vadian[1]) an Heinrich Bullinger.

(St. Gallen. 1532. November 28?)

Freude über das Einverständnis der Städte zur Abwehr, über die Standhaftigkeit der gemeinen Herrschaften im Glauben und die Festigkeit Zürichs. Unzufriedenheit mit dem zweiten Landfrieden und der Haltung des Zürcher Landvolks im letzten Kriege. Weiteres Verhalten.

V. Kalendas Decembres literas tuas plenas consolationis accepi, ex quibus intelligo, partum esse vestra solertia, ut in fide retinenda et avertendis paganorum (sic eos Myconius vocat) calumniis urbes consentirent. Profecto auspicatum est et nescio quid eximiæ miserationis dominicæ nobis adumbrat Bernatium, Basileensium, Scaphusianorum auxilium. Significat enim, nisi fallor, solidam pietatem et ipsam non ita multis annis agnitam fidem, quæ verbo illius nititur, suas radices

altius egisse, quam ut ullis malorum procellis facile queat obrui. Idem in hominibus fidelibus communium præfecturarum experimur, qui, quanquam doctrinæ libertate spoliati iacere atque adeo rapti et oppressi tyrannide videantur, in media tamen afflictione sic stant erecti animis nec desinunt de ministris suo ære alendis inire consilia, ut palam videre habeamus, verbum domini in terram frugiferam seminatum non posse non reddere suum fructum. Quod restat igitur, hoc ipsum gratia domini videntur assecuti, nempe constantiam Tigurinæ urbis, quæ re ipsa nostra metropolis est. Cogita vero, quantum scandali inde nasceretur, si, quæ viris, quæ ordine, quæ auctoritate valet civitas vestra, quæque ceu pia mater reliquis urbibus Helveticis lac illud purum defecatæ religionis præbuit, obortis conspirationum et malarum artium procellis de gradu caderet receptæ et tanta cum asseveratione professæ pietatis! Nam quod illorum furori pro tempore est in militari illo fœdere datum, non attinet ad illius fidei rationem, quum nemo non videat, consuta (?) violentaque esse, quæ tunc adversariorum versutia postulavit, atque adeo factum, quod plerumque in hoc doli genere usu venit, ut, quo illi consilia sua in militia confirmare et nostra infirmare tentarunt, eodem consilio iam nunc nos, capite illo fœderis recte inspecto, diluere dolum et calumniam declinare cum assertione religionis nostræ facile possimus. Legi vero magna cum voluptate consilium tuum circumspectissimum; et quandoque rogas, quid equidem agendum existimarem, respondeo: mihi non videri consultum, ut initio negotii ea ratio ineatur, cum quod spes sit, futurum ut illi palam cernant, suos conatus assequi non posse, quod moliuntur, tum maxime, quod ad fœderum solutionem vulgus nostrum varie affici et novis artibus adversum nos, ceu rerum novarum cupidis et libertatis Helveticæ negligentibus, aut excitari aut alienari animis posset. Præterea vix mihi persuadeo, id ita fore, quod tu quidem candide coniectas: quum fœderibus nos renuntiarimus, pacem illos facile ullis condicionibus servaturos; quin magis id metuerem, quibus possent artibus daturos operam, ut prætextu veteris libertatis et Helvetici nominis atque gloriæ retinendæ agros passim ab urbibus alienarent, quod quidem bello cœpto et alienis adductis auxiliis præsidiisque facile consequerentur, si pagis aliquot exustis et vexatis, qui sunt rure, passim suos facerent, qui iam nostri videntur. Scis enim, quam fidem præstiterint senatui Tigurino nuper, hoc est proximo bello, quidam ex agro, qui rebus suis nondum petitis ab adflictis secedere

tamen et cum hoste, nescio et contempto magistratu, pacisci sunt ausi; quorum (ut libere dicam) perfidiæ hocce tam speciosum fœdus debemus et acceptum referimus. Proinde primum tentanda humaniora et placabilior ratio ineunda, si forte illi humanitati et gravi mansuetudini cedant locum. Ea si assequi nequit, qua ex æquitate est, proxima via erit minitandi, de solvendis scilicet fœderibus: nobis enim fœdera hoc modo calumniis patentia non fœdera, sed vincula esse negatæ libertatis. Quis scit, an ad has minas fiant tractabiliores? Non enim sunt tam stupidi, quin expendere queant, quid mali illis paritura esset nostra discessio. Quodsi ne hoc quidem consilium posset proficere, tum in hoc esse, quod consulis: nempe nostræ libertatis retinendæ gratia fœdera illa rescindenda, scilicet interim multa vigilantia de novis ineundis et servandis amicis sociis, de urbium Transrhenanarum et principum Christianorum ambienda concordia, de Gallo salutando ac agris privatis hostiatim rogandis, in fidene mansuri, et inibi de caussæ genere: nempe hoc esse in foribus[a], ut non libertatem modo pristinam, sed et fidem primævam et religionem apostolicam, qua nulla antiquior est, amissuri simus, si fœderati paganis esse velimus. Multa sunt, quæ pro tuo acerrimo iudicio rectius vides, quam ego monstrare possem. Hæc postrema erit et, quod dicitur, sacra ancora. Cura tantum, id quod sedulo facis, ut animis tuorum nihil decedat ad veritatem retinendam. Veniet dies, quæ resarciet etiam sæculo, quicquid damni clade superiori respublica vestra pertulit. Dives est deus noster et se diligentes[b] beare etiam regnis assuevit. De Cæsare securi estote. Dimisit magnum militum Germanicorum numerum, nec putant illi aliud esse consilii, quam ut primo vere undis se committat Hispaniis reportandum.

(Unterschrift und Adresse fehlen.)

a) „nempe — esse in" unsicher; es muss überhaupt in diesem Satze fast notwendig ein Versehen des Abschreibers — Überspringen einer Zeile oder dergleichen — angenommen werden. — b) „diligentibus".

[1]) Vgl. I, Register, unter «Vadianus», und oben Nr. 719. Diese am gleichen Orte eingetragene Copie ist noch erheblich flüchtiger geschrieben, als jene Nummer. Einzelne Stellen sind schwer zu entziffern und, so wie sie dastehen, fast unverständlich. — Als Datum ist vom Copisten «4 Cal. Dec.» beigeschrieben. Der Brief Bullingers wäre also von Vadian umgehend beantwortet worden.

722. III 141.

Konrad Som[1]) an Vadian.

Ulm. 1532. December 3.

Die Überhebung der siegreichen Papisten in der Schweiz. Niederlage der Türken und Siegeszuversicht der kirchlichen Gegner. Das Vertrauen auf Gottes Hülfe lässt die Evangelischen nicht verzagen. Die gefährdete Lage der Constanzer. Der schwäbische Bund.

Salutem et obsequium. Clarissime vir, quod literis indicasti, multi ex fratribus ore et coram retulerunt, nempe adversariorum nostrorum apud vos insolentiam et securitatem, quæ[a]) scriptura teste perdet illos. Est et hoc malum apud nos tantum, ut maius numquam visum sit. Nec mirum. Tyrannicum est victoriis insolescere; superiores sibi ipsis videntur Zvínglianis (ut vocant). Turcam fugarunt nostri et non timendum, sed contemnendum putant; porro Cęsar et pontifex cum squamis suis ab eis stant. Nihil ergo restare videtur, quod impiis eorum conatibus obstare possit; cum Babyloniis iam clamant: Exinanite, exinanite etc. Nihil est, quod iam non audeant. Occasionem se nactos putant, qua et funditus perdere et deglutire nos valeant. Et profecto nisi dominus esset cum nobis, actum esset de nobis; sed vivit adhuc magnus ille et invictus triumphator in Israel, cuius causam agimus, non nostram. Illo fidamus et non deseret nos. Non terreamur impiorum impia securitate et insolentiis. Ante ruinam (inquit scriptura) exsaltabitur[b]) cor; superba eorum corda haud dubię imminentis ruinę indicia sunt. Vindicabit dominus olim sanguinem sanctorum suorum, quem illi effuderunt.

Constantiensibus nostris dira minantur; quibus non timeo, si urbes (ut spero) et militum præsidia[a]) et commeatum miserint.

Fœdus illud Svevicum totum in hoc quoque est, ut nos perdat, et hac causa conventum iam habent Augustę. Videntes enim iam huius fœderis finem esse in foribus, extorserunt a Cęsare mandatum, quo omnibus confœdustis mandat, ut fœdus illud in plures annos prorogent; id quod nostris integrum non erit, nisi eiusmodi condicionibus, quas impii nec ferre neque acceptare poterunt. Quid illic futurum sit, ubi resciverimus, ad te scribemus. Interim optime valeat Dominatio tua, cui et me plurimum commendo. Verbi ministros apud vos salvos cupio et pios omnes. Ulmę, III. Decembris, anno MDXXXII.

Chunradus Som, ex animo tuus.

Clarissimo viro Ioachimo Vadiano, apud S. Gallum consuli prudentissimo, domino suo semper observando.

a) „e“ für „æ“. — b) „exalt-“.

1) Vgl. IV, Brief 512.

XI 92. Berchtold Haller an Vadian. Bern. (1532.) December 10.

Verschiedene Nachrichten.

(IV. Brief 624. — Mitteilungen XXVIII. S. 237 und 386.)

III 142.

723.

Ammann Hans Vogler[1]) an Vadian.

Zürich. 1532. December 13.

Seine Lage und kleine Aufträge.

Der herr alles trostes tröste üch alle etc. Yn yl. Min herr getruwter, bishar hab ich üch wenig geschribenn. Pitt ich, mich darinn nitt für undanckpar zů achten; dann ich hoffnig und noch üch mit fröden sechen, darinn üch anzaigen min ellend etc. Uff den tag harr ich aber. Er wirt mir helffen, so ich uff in lang gharret hab. Da wirt weder mim (!) noch der finden rat darwider helffen etc. Ich wais üwer gantz hertz zů mir; es ist mir onfergessen. Gott geb gnad! Sagend mir Othmarn und der schwöster, ich wels bald sechen und zalen; och dem alten Othmar und frowen. Ich schick üch hierinn ain brieff. Pitt üch, miner frowen das by truwter botschaft zů schicken. Fillicht hat Manrat etwan ain von Altsteten da. Grüssend mir üwer lieb husfrowen. Es hat mich gott warlich wunderbarlich bhůt bishar. Ich pitt in, das er sin fätterlich růt von im werff und mir aber wie aim unützen kind truw und mir kraft geb. Amen. Pitend inn für mich; denn er hett üch nie onerhort glassen, ob ich glich in sünd und schwach gsin bin und noch. Actum Zürich, Fritag nach Nicolay, anno 32. jar.

Ü(wer) armer diener *Hans Vogler*.

Ich wais nüt nüws, dann das got das zheptter selbs in der hand hat; aim gnomen, dem andern wir(t) er das geben etc.

An min fyl geliepten hern und günner Jochim von Watt, doctor, burgermaister der statt Sant Gallen zů handen.

1) Vgl. oben, Brief 666.

724.

III 143.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1532. December 16.

Entschuldigt sich, die gewünschte Auskunft über den Priesterbetrug in Chiavenna nicht erteilen zu können. Politische Nachrichten. Bittet um Bericht über den Ausgang des Streits mit den Wiedertäufern. Klage, dass das Land von Räubern wimmle.

Gratiam[a)] et pacem a domino et servatore nostro Iesu Christo. Redditæ sunt mihi, vir venerande, litteræ tuæ gratissimæ, et quæ poscis, plane intelligo. Sed votis tuis hac vice satisfacere nequeo. Commissarius Clavenensis, huius causæ iudex, nuper in nundinis Martinianis rem, ut gesta est, ordine descriptam pollicebatur; sed hucusque nihil præstitit. Inde fit, ut nec ego tuæ Humanitati ad vota respondere possim. Quantocius vero promissionem suam exsecutus[b)] fuerit, citissime et ego, quod pollicitus sum, exsequar[b)].

De Cæsare eum esse Mantuæ audimus exercitu mediocri, et papam Bononiam venturum vel iam venisse aiunt. Hii duo a Francorum rege poscunt, ut Taurinum veniat, sed non magnis copiis, fortassis de rebus fidei tractaturi. Nostri quidem pontificii nonnihil iactare incipiunt, comitium futurum Mediolani.

Latronibus terra nostra scatet. Novit enim tua Prudentia, quod bella illa perditissima decoctores nobis multos generarint, qui, dum sedatis bellis non habent, unde in otio vivant, militiæ[a)] huic nefandissimæ merent[c)]. Duo ex illis nuper rotę inflexi et duo capitibus detruncati. Multi vero quæruntur[d)], ad excidium ut digni sunt etc.

De pugna illa, quam cum anbaptistis habuistis, certum quid habere cuperem. Quidam enim de Abbatiscella ad nos venit, iactitans victoriam ad catabaptistas concessisse. Tuæ igitur Humanitatis erit, ut me certiorem facias. Vale. Ex Rhætorum[d)] Curia, 16. Decembris 1532. Hermannum Militem meo nomine salutare digneris.

Tibi deditus *Ioannes Comander.*

Egregio ac doctissimo viro D. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli prudentissimo, domino suo observando ac in *Ch*risto fratri *colendo*.

a) „ci" für „ti". — b) „exe-". — c) „męr-". — d) „e" für „æ".

1) Vgl. IV, Brief 468. — 2) Vgl. Brief 717.

III 145.

725.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

(Basel.) 1532. December 31.

Der Brief Vadians hat ihnen die Zuversicht zurückgegeben. Was Vadian berichtet, wird nur ganz Vertrauten mitgeteilt, wie Myconius und Grynæus. Misstimmung über das ungeschickte Auftreten der Zürcher.

S. Bene facis, observandissime vir, pro tua sollertia[a]) et sollicitudine[a]) tam fideliter nos confortando. Divis heroibus Oecolampadio et Zvinglio sublatis pauci superstites sunt, qui hoc possint aut velint, te uno excepto. Tu si tacueris, hęremus[b]) miseri. Mirum est, quantum alacritatis proxime litterę tuę nobis attulerint. Nec est, cur anxius sis, ne cui tua concredam nisi fidissimis tuique nominis studiosissimis Myconio et Grynęo. Pręter[b]) hos vix unus et alter est, quocum de iis rebus conferre ausim; tanta est ubique pseudochristianorum periculosissima colluvies. Tigurini apud nos pios omnes non mediocriter offenderunt, alios ferociores reddiderunt, quod super ea re litigare velint, quę nisi sacris litteris decidi non potest idque coram iudice nescio quo (rem tenes). Si quid habes auspicatius, gratissimum fuerit, si nobis communicaveris. Vale, ultimo Decembris, anno 1532.

Marcus Bersius tuus.

Incomparabili viro domino doctori Vadiano Ioachimo, consuli dignissimo Sanctogallensium, domino observandissimo.

a) „sol-". — b) „e" für „ę".

1) Vgl. IV, Brief 508.

III 151.

726.

Vadian an Ambrosius Blaurer.

St. Gallen. 1533. Januar 31.

Freude über die Nachrichten des Überbringers und Hoffnung auf günstigen Ausgang der Kämpfe Blaurers für die Kirche zu Isni. Der Zustand der st. gallischen Kirchen. Hoffnung auf bessere Zeiten. Zerwürfnisse zwischen Zürich und den inneren Kantonen und zwischen Stadt und Bischof von Constanz. Bitte um Nachrichten über den Kaiser und Papst. Der jüngere Herzog von Würtemberg. Ungarn.

S. Significavit mihi vir ille, cui has ad te perferendas tradidi, haud dubie candidus, et valere te et tuo in officio persistere, quorum alterum magnæ mihi voluptati fuit, alterum sane non incognitum, ubi valere te accepissem. Addebat, cum Antronio quodam aterrimo tibi negotium[a])

esse, velut cum excetra subinde veneno papistico omnia inficiente, utcunque tu doctrina Christi ceu Herculea clava istius sibilum premas et pullulanti[b] perfidię toto te opponas pectore, atque eius rei gratia comitia[c] habita. Eximie polliceri sibi aiebat, futurum ut tandem belua succumberet. Quod ipsum si te auctore[d], qui Christo niteris, Isnacensi ecclesiæ obtingit, est, quod magna cum gratulatione recipiant; quid enim maius, quid præstantius, quam magno emptos pretio[a] servitute hominum liberari et asseri conscientias tot modis captivas carni et sanguini? Sin minus id ab INFIRMITATE in pręsentia possis assequi (ut est illa in avertendis declinandisque damnis sæculi oculatissima), certum tamen sit, Nemesin illam ab alto despectantem non parsuram monachismo, nimirum pesti nocentissimæ et cui aliud malum, si Christi doctrinam et puritatem spectes, conferri non queat. Interim tibi, viro ornatissimo, nulla in parte cessandum, quem gratia domini tot præclaris arenis et tanta (ut vere dicam) panoplia ad suę gloriæ præconium obarmavit. Quod attinet ad nostras ecclesias, probe habet veritas, et inter afflictionum procellas supra quam credi possit illi perstant consistuntque, qui Christum propius, hoc est se magistro, didicerunt. Labuntur passim rure plusculi, sed offensione magis quam animi morbo neque casu graviore, quam ut de erigendis confirmandisque magna mihi spes sit, modo paulo mitior aura favorem evangelii promoveat, id quod vel de his mihi persuadeo, qui sunt adversum nos seditiosissimi. Quis enim sit tam vecors[e], ut celatum[f] iri putet perpetuo artes hominum et studia existimet, quibus sua illi retinere et orbi notam ex scripturis veritatem premere fucumque facere piorum oculis incassum nituntur? Veritas, inquit Hieronymus, claudi et ligari potest, vinci non potest, quæ et suorum paucitate contenta est et multitudine hostium non terretur. Gratias autem agimus domino, quod iam non pauci, sed plurimi ad deum supplices manus erigunt, id unum cum lacrimis[g] precantes, quod de veritate omnibus his constare queat, qui Christo viæ veritatis nomen dedere. – Tigurini nostri aliquot mensibus magno discrimine cum pagis immontanis sunt conflictati ob nescio quas calumnias verius, quam iustas caussas. Sed a proximis Thermarum comitiis nuntium[a] accepimus id nobis persuadentem, ut illinc nihil amplius bellici tumultus timeamus. Id magis metuendum, ne dissidio, quod inclytæ Constantiæ tuę cum mitrato[h] pontifice ob redditus quosdam et intercepta vectigalia perdurat, nubecula aliqua sese ingeminet, quæ tempe-

statem aliquam sit editura[i]. Mihi sane de domini misericordia polliceor, quod solemus pii omnes in tanta rerum angustia, ut vel obstinacibus (!) vel perverse impiis aut proprii commodi studio transversum raptis meliorem mentem largiatur, quæ nec malefacere nec maledicere, sed sui verbi splendorem vereri et exosculari suavitatem pergat. Potest enim ille et de lapidibus Abrahæ filios excitare; quod utinam tandem usu nobis veniat! Amen.

Si quid de Cæsare apud te certi et de pontifice Clemente quid rumor ferat, fac, oro, tuis literis certo aliquo nec tardo nuntio[a] intelligam. Ducem iuniorem Wirttenbergensem aiunt Ferdinandi aula deserta ad patrem contendisse. Qua caussa id factum siet, facilius divino, quam explicem. In Hungaria aiunt pacem componi magnis arbitris, quorum unus Faber est. Utinam autem non tam sero pacem optassent, qui tam præpropere bellum malebant! Ganniunt quidam, Cæsari cum Clemente non admodum convenire. Quod si est, nihil novi committitur. Ille fortasse vellet concilium convocari; hic ferre se id et admittere posse pernegat. Lucem, quod vulgo dicitur, noctua odit. Vale, decus nostrum, et ubi vacarit, rescribe fido nuntio[a]. Sangalli, pridie Kalendas[k] Febru(ari)as, anno MDXXXIII.

Ioachimus Vadianus tuus.

*Clar*issimo viro D. Ambrosio *Blaurero*, pientissimæ ecclesiæ *Isn*acensi Christum *prædicanti*, domino colendo.

a) „c" für „t". — b) „pulul-". — c) „comm-". — d) „auth-". — e) „æ" für „e". — f) „cœl-". — g) „lach-". — h) „mythrato". — i) „æd-". — k) „Cal-".

¹) Vgl. I, Register, unter «Vadianus». — *Ambrosius Blaurer* suchte damals auf seiner Rückreise von Esslingen nach Constanz die Reformation in Isni völlig durchzuführen.

III 150.

727.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1533. Januar 31.

Absicht eines Besuchs in St. Gallen. Die Geschichte des Priesters von Chiavenna. Politische Nachrichten und Befürchtungen.

Gratiam[a] et pacem a Deo per Christum. Bonam valetudinem tuam, ornatissime vir, iucundo[b] ac grato animo percepi. Ego quoque corpore satis valido vivo, sed animo tristiore et fere consternato. Causam huius tamen nunc obticere cogor. Si vero pax firmior nostræ patriæ restitueretur, tuam Humanitatem invisere ac coram meas ærumnas[c] enumerare

ac in sinum tuum velut amicissimi ac fidissimi patris recondere statui. Historiam[d] perfidi illius sacrificuli nondum præstare valeo, quamvis commissarii Clavenensis adventum in hodiernum diem pręstolor, quo veniente rem ordine describam et per bibliopolam ad te mittam. Ex Italia nihil certi habemus. Frater tuus fortassis plura ac certiora[a] percepit quam ego. Audimus Cæsarem Bononiæ cum papa ac omnibus Italię potestatibus comitia celebrasse; at quale monstrum conflarint, nondum apparuit necdum ex foco prodiit idolum[e] illud. Ego quidem coniecturam meam te non celabo; tu enim insipientię[a] meę parcere consuevisti. Cæsar secum habet exercitum duodecim millium. Cum illis concedet Mediolanum his diebus et de exercitu illo partem aliquam ad quinque pagos mittet, qui bellum cum Tigurinis incipient, ubi prius successit prospere. Residua parte Rhætos[c] infestabit in Volturena, ne Tigurinis opem ferre queant. Deinde dux Sabaudię cum Müssiano latrone Bernensibus imminebit, quo e suis laribus Tigurinis opitulaturi cedere non audeant. Faxit deus, ut coniectura illa mea me fallat et penitus ementita sit! Quinquepagici his diebus magistrum quendam tormentorum præcipuum de Bellizona ad se vocarunt, quod mali alicuius propositi indicium est. Cæsaris omnia sunt fucata, papæ omnia hypocritica et tyrannica, Quinquepagicorum omnia avara et sanguinaria, nostra omnia tepida et remissa. Deus benevortat! Amen. Vale, vir candide. Ex Rhætorum[c] Curia, ultima Ianuarii 1533.

Tuæ Humanitatis servulus *Ioannes Comander.*

Clarissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli prudentissimo, domino suo ac fratri inprimis co*len*do.

a) „ci“ für „ti“. — b) „ioc-“. — c) „e“ für „æ“. — d) „Hyst-“. — e) „yd-“.

1) Vgl. IV, Brief 468.

728. III 152.

Erasmus Ritter[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1533. Februar 1.

Empfeblung des Überbringers zur Schlichtung seiner ehelichen Händel. Befriedigender Stand des Evangeliums in Schaffhausen. Gerücht über das Verhältnis von Kaiser und Papst.

Gratia[a] et pax a deo per Iesum Christum. Qui tibi hasce reddit literas, uxorem duxit patria Sanctogallensem, quæ tamen sibi cohabitare negat, ut inprimis matrimonium christianum exigit et honestam uxorem

merito decet, nescio quibus causis mota. Certe, quas ipse indicat, non videntur michi esse iustæ, ut ob eas divortium quærat. Forsan ipse sua, uxor alia narrat. Utcunque autem res se habeat, eum tibi penitus commendo[b], primum ut omnibus in rebus te ei commodes[c], quoad fides tua dignitasque patietur. Patietur autem in omnibus; nichil enim alienum probi hominis moribus a te postulabit, modo pollicitis satisfaciat. Ceterum apud nos negotium evangelicum satis feliciter crescit, tum etiam labor et sollicitudo. Habemus senatum pium, qui tamen suis (ut ubique) Clodiis non caret. Habeo antagonistam veterem, qui symmysta[d] esse deberet, sed suo vivit ingenio et more. Apud nos fama est constans, papam Cæsari annuisse concilium; ea tamen lege, ut prius omnes cæremonię iam abrogatæ primo nitori restituantur. Si quid certi habes, fac ut sciam. Vale. Ex Scaphusia, 1. Februarii 1533.

Erasmus Ritter, ex animo tuus.

Dem wolgelerten herren doctor Joachim von Watt, burgermeister zů Sant Gallen, sinem lieben herren zů handen.

a) „c“ für „t“. — b) „comen-“. — c) „comod-“. — d) „simista“. — Durchgehends „e“ für „æ“.
1) Vgl. IV, Brief 521.

XI 186.

729.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. (1533.) Februar 3.

Stellt einen Bericht über das Treiben des Priesters in Chiavenna in Aussicht. Nachrichten aus Italien.

Gratiam[a] et pacem per dominum Iesum. Vir candide, aliis literis Humanitatem tuam libet molestari. Venit eo die, quo David abiit, commissarius Clavenensis. Poscebam exemplar rei gestæ per sacrificum illum perfidum. Tum respondit in hæc[b] verba: se scripturum ad suum locumtenententem, ut ex ipso processu verbotim describat ac in parvo tempore mihi reddatur. Quum ille hanc promissionem suam præstiterit, ego quoque fidus ero. Retulit mihi idem dominus commissarius[c] de Cęsare et de rebus Italicis: scilicet papam reliquisse Bononiam ac Romam suam repetere; Cæsarem propediem Mediolanum venturum; quin etiam archinauclerum Andream de Dore cum Cæsare Bononiæ[b] fuisse; inde communem famam esse, quantocius classes Ianuæ applicuerint, Cæsarem soluturum in Hispaniam[d] suam; item quod omnes Italię primores

secum Bononiæ habuerit atque hoc prçcipuum fuerit, quod ab illis petiit: scilicet ut exercitum illum 12000 peditum, quem secum ducit, suis stipendiis detineant ad tuendam Insubriam ac totam Italiam, si opus fuerit. Sed quid responsum sit Cæsari, non constat. Item rumor quidam ad nos delatus est, Anthonium de Læva, capitaneum, a quodam nobili cive Bononiensi trucidatum propter suspicionem adulterii ac cum illo nonnullos Hispanos[d] ac dorigeros. Rumor tantum est sine certo auctore[e]; qui si clarior nobis factus fuerit, et ego tuam Humanitatem quoque certiorem faciam. Vale. Ex Rhætorum[b] Curia, die tertia[a] Februarii.

Tibi deditus *Ioannes Comander.*

Celeberrimo ac doctissimo viro domino D. Vadiano, domino ac amico suo primario.

a) „ci" für „ti". — b) „e" für „æ". — c) „comi-". — d) „Hysp-". — e) Das „c" gestrichen.

1) Vgl. IV, Brief 468. — Das Jahresdatum lässt sich mit Sicherheit nach dem Inhalt des Briefes ergänzen.

730.

Ms. 42. 713 b.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

Zürich. 1533. März 8.

Verwunderung über das Gerücht, dass Zürich vom evangelischen Glauben lassen wolle. Versicherung des Gegenteils.

Dem ersamen, weysen h. Joachimen von Watt, altburgermeister zů S. Gallen, meinem günstigen herren etc.

Gnad und frid von Gott durch Jesum Christum. Üwer Weysheit schreyben umb der red, so bey üch gadt, wie mein herren das mandat habind haruß geben, damit sy ouch den bäpstischen glouben bevest, hat mich seer befrömbdt, verwondert ouch alle die gůthertzigen, so darvon hörrend; dan ich die meynung üwers schrybens etwelichen, und nit den kleinsten, angetragen, doch niemandtz gemeldet. Ja so gar ferr ist es, das noch iemantz bey üns dess willens sey, das mandat abzethůn, das ist ünsern glouben hinzegeben, das wir ee (ob gott wil) ünß in alle gfor begëben werdend. Den schidlüten ist auch nit mer befolhen, dann ich üch zůletzst angezeygt und in vorigen tagen dargethon. So verr dass eß nit gsin mag und sy, die schidlüt, so sich harumb ze reyten erbotten, mit gůte ab dem weg nit thůn mögend, so wirt man ein rächt lassen walten. Darzů sind schon erwelt mein herr burgermeister Röyst und meister

Chamly, zwen glöubig, redlich man zůn zůgesatzten, meister Hans Hab zum reder, meister Cůnrad Äscher und meister Růdolf Stoll ze radtgeben und Burkhart Würtz zům schreyber. Da wirt man ouch nit rëchten umb den glouben oder umb die mëss, ob die gůt oder böß, recht oder unrächt sey; sonder von wegen dess, ob wir dess nit fůg oder recht habind, ouch nach vermög dess ellenden fridens und der alten pündten mandata ze machen, dieweyl wir üns doch ünsern glouben und freyheiten vorbehalten etc. In summa: mich betriegend dann vil erlicher byderber lüt gmůt, so verstan ich nit, das iemantz werd ünßern glouben hingeben; dann eß möglicher, pündt und anders ze lassen, ee Jesum Christum und sein opfer ze lassen, Gott welle ünß denn umb ünser sünden willen insonders plagen und schenden. Darum sind wol getröst. Man wirdt ouch one und wider die landtschaft, die seer gůt ist, nützid annemen. So stadt eß sunst ouch nit alß übel. Eß sind noch vil stetten und byderber lüt ouch usse(r)t Rheyns, die üns wol tröstend. Gott welle alle zeyt mit üns sin. Verstand mein schreyben im besten. Datum Zürich, VIII. tag Mertz, im 1533. Ü. W. underthäniger *Heinrich Bullinger*.

Der krieg und das tröuwen dess kriegs wirt nit alles ebnen mögen; dan ouch die, so bey üns die bößwilligen geschätzt, einmündig sprächend: die 5 ort wellend mit irem übermůt ouch noch mengen kriegsch machen, der vor lieber růwb ghebt etc.[2])

[1]) Von *Heinrich Bullingers* zahlreichen Briefen an Vadian sind in unserer Sammlung nur noch 36 und ein paar Bruchstücke erhalten — dazu 3 in Bremen —, weil sie nach Vadians Tode von dem Schreiber zurück verlangt wurden, s. Johannes Kesslers Sabbata, Neue Ausgabe S. 645, Br. 22. Eine Anzahl dieser zurückgegebenen Briefe sind im Original in das Zürcher Staatsarchiv gekommen, von andern sind in den grossen Simler'schen und Hottinger'schen Briefsammlungen der Zürcher Stadtbibliothek wenigstens noch Copien erhalten. Alle diese zürcherischen Stücke sind von Hrn. Stadtarchivar Dr. Traugott Schiess in St. Gallen für unsere Ausgabe abgeschrieben worden. — Der vorstehende Brief ist in Vadians Diarium erhalten und daraus abgedruckt in seinen Deutschen histor. Schriften, herausgegeben von Götzinger, III, 517 f. — [2]) Am Rand: «Schlaffenden hund wekken.»

B 228.

731.

Jakob Ziegler[1]) an Vadian.

Strassburg. 1533. März 23.

Mitteilungen über Inhalt und Einteilung seiner Geschichte. Wünsche für die Haltung der schweizerischen Nachbarn. Übersendung zweier Karten von Palästina und Skandinavien.

S. P. D. Nihil optatius in hoc genere votorum accidere mihi queat, quam quod historiam nostram inter nos conferremus et de ea quid sta-

tuendum foret, tuam sententiam conciperem, qui, in republica versatus, ad rerum quandam providentiam attemperatus sis; nam istos umbratiles homines, quamvis iustorum auctorum nihil non evolverint et epigrammatum et otiosi argumenti nihil non scripserint, nihil moror. Tu de historia vere auguraris, atque eius est instituti, ut — nisi Germaniæ contingat princeps, cui hæc Romani senatus exemplo summam rerum committat: videat, ne quid detrimenti res Germana capiat — permitti publico non possit. Non quia tragica sono vociferarim; sed ea facies rerum est, ut producta vel simplici narratione sustineri non possit extra commotionem. Capita historiæ nescio si antea transmiserim tibi. Sunt hæc autem per libros partitos: Clementis septimi papæ vita. Anni auriferi MDXXV impostura. Conscriptiones, quibus Franciscus[a], rex Gallorum, bello captus, liber dimissus ab imperatore fuit, earumque censura. Conscriptiones, quibus Clemens VII. se confirmavit in bellum contra imperatorem, earumque censura. Conscriptiones, quibus Clemens VII., obsidione pressus, liber dimissus ab imperatore fuit, earumque censura. Perpetui instituti episcoporum urbis Romæ historia. Marsyæ satyri chorus. Germaniæ infirmitatis centuriæ septem. Respublica.

Isti utinam tales sese præstent, utinam testimonium viciniæ ita referant, ut tu prædicas[b] candidissimas animas! Nunc vel se præbeant[b] dignos candore tuo, vel Germaniam alia malorum facie tandem afflicturi sunt; ita studiis humanis omnia agunt. Contio magis in diem abstemia est, non palati, sed vappæ[c] vitio[d]. Ignosce, obsecro, nec me minus candidum, contra quam est tua exspectatio de me, arbitreris. Mitto Palæstinam[b] et aliquot attinentes provincias et diversissimam ab istis Schondiam. Nunc chorographica[e] in manu sunt, secundum eandem ducta lineam. Vale, Argentoracti (!), XXIII. Martii XXXIII.

Iacobus Zieglerus Landavus.

Ornatissimo domino Ioachimo Vadiano, Sangalli senatori, amico suo.

a) „Francz-". — b) „e" für „æ". — c) „vapæ". — d) „c" für „t". — e) „corogr-".

¹) Vgl. IV, Brief 466 und 688.

III 155

732.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1533. April 10.

Der Process des Priesters von Chiavenna. Politische Nachrichten. Anhänger des Evangeliums in Italien.

Gratiam[a)] et pacem per dominum Iesum. Adversa corporis valetudo et[b)] temporis certa negotia, ut pluribus ad te scribam, vir eximie, non permittunt. Ecce tandem pręsto, quod dudum promiseram: copiam scilicet ex ipso processu facinorum perfidi hominis, quæ iam multos dies apud me fuit; sed tabellarium non habebam, per quem ad tuam H(umanitatem) mitterem. Cæsar ad suos properat; quidam iam solvisse asserunt, quidam vero nondum, sed in brevi, cum aura secunda spiraverit, soluturum. Pontifici rediturum se in Germaniam post triennium promisit. Apud Italos nihil agitur, quod scitu dignum sit, nisi quod evangelium Christi plurimos habet fautores, quamvis palam et libere nihil audeant. Crebras ad me dant epistolas; ego multos ad eos mitto libros Zvinglii, Oecolampadii, Buceri et similium; Lutheri etiam libros plurimum postulant. Ego vero, quantum possum, detrecto et caveo, ne ad eos veniant, propter dissidium, quod ecclesię obtrudit et fovet. Vale, vir candide. Ex Rhætorum[c)] Curia, 10. Aprilis 33.

Tibi deditus *Ioannes Comander.*

Pręstanti doctoque viro doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli prudentissimo, domino suo observando.

a) „c" für „t". — b) „at". — c) „e" für „æ".

1) Vgl. IV, Brief 468.

III 156

733.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

(Basel.) 1533. April 24.

Zuversichtliche Hoffnung auf guten Fortgang des Evangeliums. Feste Haltung des Rates von Basel für den bevorstehenden Tag in Einsideln. Der schwäbische Bund. Luther entfremdet sich durch seine Heftigkeit die eigenen Anhänger. Laurentius und Guldin.

S. Nedum fide, sed ipso etiam sensu ac experientia cernimus, vir incomparabilis, quam vere a Christo dictum sit: Capilli capitis vestri omnes numerati sunt et pilus de capite vestro sine patre cælesti[a)] non peribit, — non quod ante victoriam canam encomium et omnia nos iam

evitasse pericula putem, sed quod impios cum omnibus suis consiliis a propheta scitissime pulveri, qui a vento dissipatur, collatos perpetuo videamus. Ubi magnifici illi ac terribiles rumores de expeditionibus ad nos perdendos paratis, de minis paganorum, Cęsareanorum, pontificiorum? Hæc omnia apud nos ita evanuerunt, ut nemo sit etiam ex adversariis nostris, qui ne verbum quidem ullum amplius ea de re iactet; quo factum est, ut bona pars eorum, qui hactenus[b] restiterunt, nunc tandem ecclesię se submiserint. Senatus noster, quantum mihi videre licet, satis integer est. Ad comitia[c], quæ nunc aguntur in loco Heremitarum, non accessissent, nisi certiores facti, omnes Helvetię partes illuc confluxuras (tibi in aurem dico). Legato in mandatis dederunt: si quicquam contra pietatem aut consulere aut statuere præsumant[a], ut ipse aperte aut resistat aut abeat. Ego pro mea ratione nonnihil a fœdere Svevico nunc pendeo; confido enim per dei misericordiam, illud nobis non infaustum futurum. Tu quod ea de re acceperis, nobis communicare velis, oro. Quid Francofordię factum sit et futurum pii sperent, te scire melius puto per mercatores quam nos. His diebus mecum fuit vir certissimæ fidei et integritatis, qui recta venit a Luthero, quocum etiam collocutus est et cum Melancthone pariter. Dicit autem, Lutherum admodum esse anxium, turbatum ac miris curis perplexum, nulla alia re magis quam circa eucharistiam; in sua præsentia[a] oblatas ei literas ab Osiandro, quibus grandem querebatur Osiander a sua defectionem sententia ac sibi timendum, quod propediem ipsum cum suis symmystis sint Nurinbergenses expulsuri[d]. In summa: quanto in nos Lutherus acerbius furit, tanto plures a se et sua opinione alienat, maxime eos, in quibus non est spiritus conpunctionis, sed dei timoris. Laurentius ille misellus mihi semper suspectus fuit; nunquam enim ne micam quidem pietatis in eo deprehendere potui. Guldius placet. Rogo, ut eum ad me mittas, quoties huc venire contigerit. In casu matrimoniali quid nostri commissarii censuerint, scedę inscripsi. Vale. 24. Aprilis, anno 33.

Marcus Bersius tuus.

Prudentissimo viro ac omnibus rebus ornatissimo domino doctori Ioachimo Vadiano, domino suo observandissimo.

Sanctogalli.

a) „e“ für „æ“. — b) „i“ für „e“. — c) „comm-“. — d) Am Rande: Id (?) observari potuit et notari ex verbis, vultu et gestibus (?) Lutheri, dum huiusmodi legitur (?) epistolium.

¹) Vgl. IV, Brief 508.

III 157.

734.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

(Basel.) 1533. Mai 1.

Übersendet ein ehegerichtliches Urteil. Verrechnung von zugeschickten Büchern. Vertrag der Zürcher mit den 5 Orten.

Die gnad gottes sy mit üch. Amen.

Günstiger, wyßer herr, es ist die tag hie gsin Gregorius Mangelt. Dem han ich brieff gen an üch und daby ouch zůgschickt den sentents unsers eegrichts deß eehandels halb, so ir mir zůgschickt. Chronica Witichindi schick ich üch; kost 6 batzen Constanzer[a]). Darvor han ich üch gschickt Determinationes Parisienses; kosten 5 batzen Constanzer[a]). Sunst weyß ich nünt, das nit bezalt sy. Ich han ein vettern zů Roschach, heyßt Fridli Bretter. Dem han ich etwas gelts eins erbfals halb überanthwurt. Daran byn ich im noch 8 batzen schuldig. Hett ich woll mügen liden, so es üch nit bschwerlich, das irs im die 8 batzen bezalt hetten; doch das er mich vorhin quittirt in wiß und form, als ich im ein copy zůgschickt han. Der bedarff ich nit umb sinetwillen, bsunder ich můß sy hie eim schultheis können zeugen; ist also myner heren bruch. Die übrigen 3 batzen will ich mynem vettern Anthoni schencken; dem mügen irs überanthwurten; der wirt üch ouch der andren sach halb woll können bricht gen. Noch hüt by tag welt ich, das min zins verkoufft möcht werden. Anderer sachen halb han ich üch vor gschriben. Es bekümert uns yetz der vertrag, so die Tigurini mit den pagis angnommen. Ich hoff aber darneben, es hey etwan ein andere form und meynung, dann man uns fürgibt. Gott welle alle ding zů siner eer und unserm heil schicken und üwer Wyßheit vor allem übel verwaren. Amen. Geben am Meytag, im 33. jar.

Ü. W. diener *Marx Berschi* etc.

Dem hochgelerten, fürsichtigen, wisen heren doctorn von Wadt, mynem günstigen lieben herren, zů Sangallen.

a) „Constan" mit Abkürzungsstrich.

1) Vgl. IV, Brief 508.

735. III 158.

Martin Bucer[1]) an Vadian.

Bern. 1533. Mai 16.

Dank für bewiesenes Wohlwollen. Abschluss einer Schrift über kirchliche Zucht und Bitte um den Rat Vadians. Befriedigender Stand des Evangeliums in Zürich und Bern. Anrufung des göttlichen Beistandes. Lob des Franz Kolb für seinen Eifer. Er verspricht, von Strassburg aus einlässlicher zu schreiben. Bitte, dem Johannes Vogler zu sagen, dass er aus Basel oder Strassburg Prediger schicken werde.

Gratia et pax, vir ornatissime. Immortales gratias ago pro incredibili illa vestra in nos beneficentia. Utinam vestro commodo detur, ut gratitudinem adversus vos nostram testari liceat! Rationem instituendæ disciplinæ ecclesiasticæ inter tot negotia[a)] ægre[b)] tandem absolvimus, immo[c)] non absolvimus, sed scripsimus. Descriptor parum idoneus contigit. Tuam oro Dexteritatem, tuis hic sis Delius natator. Gratia domino: et Tiguri et hic res Christi adhuc firma stat, utcunque Tigurini aliquo nunc metu perculsi et Bernates forsan non satis ardentes fuerint. Apud ministros probe videntur habere omnia. In cruce nostra victoria est. Dominus erigat lapsos, firmet nutantes, servet stabiles et vestræ reipublicæ adsit, ut sincera[d)] ecclesiasticæ politiæ institutione exemplum fiat. Dominum Franciscum, qui me deduxit, oro, nostro nomine salutes; nimis quam humaniter et superstitiose reverenter nos habuit. Optarim, posse me gratum illi declarare. Nec t(uæ) D(ominationi) possum scribere plura nec D. Francisco nunc aliquid. Cras summo mane abiturus sum, nec licuit vel per dimidium diem hic otiari; tanta fuerunt negotia. Domo scribam pluribus. In domino vale, vir amplissime. Bartholomæus[2]) ipse scripsit. Bernæ, XVI. Maji MDXXXIII.

M(artinus) Bucerus tuus, quantus est.

Optimo viro domino Iohanni Vogler dicas, me quidem reperisse aliquot Tiguri et hic; sed pulsi hinc (?) metuunt iterum pelli nec cetera[e)] idonei visi fratribus sunt, ut illic ministrent. Videbo igitur, ut aut ex Basilea[f)] aut Argentorato mittam, qui optimis illis hominibus ministrent. Iterum vale. Ursi vehementer ursum, adsit miseris. Consulem pientissimum habent; spero aliquid.

Clarissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, reipublicæ Sangallensis singulari ornamento, patrono suo singulari.

a) „c" für „t". — b) „e" für „æ". — c) „imo". — d) „sync-". — e) „cæt-". — f) „ę" für „e".

1) Vgl. IV, Brief 506. — 2) *Bartholomæus Fontius*, vgl. den folgenden Brief.

III 150

736.

Bartholomæus Fontius[1]) an Vadian.

Bern. 1533. Mai 17.

Bericht über seine mit Bucer gemeinsam unternommene Reise nach Zürich und Bern, die ihm Gelegenheit bot, viele Glaubensgenossen kennen zu lernen. Die erlittenen Niederlagen haben sie nicht entmutigt, sondern nur zu treuerem Festhalten angespornt. Er verweist auf den eingehenderen Bericht Bucers und dankt Vadian für sein unablässiges Wirken für die gute Sache. Grüsse von den Bernern und Farel.

S. D. Sospites, divino favente numine, invisimus Tigurinorum et Bernatum ecclesias. Utrique satis celebrem synodum habuerunt, unde facta mihi facultas est, plerosque eruditos et pios fratres Germanos seu mavis Helveticos agnoscendi et complectendi in domino; quo quid poterat mihi esse iucundius? Propterea etenim profectionem hanc institueram, ut bonos viros et invenirem et agnoscerem. Vicerunt multi exspectationem[a]) meam, quorum consuetudine video me non mediocriter profecisse. Messis quidem multa, sed operarii quoque non usque adeo pauci. Det modo dominus incrementum tam laboriosę plantationi et rigationi operariorum! Omnes uno ore fatentur, proxime acceptas clades multum seriæ hic pietati consuluisse, quando iam videant, non armorum vi adigendos hostes, ut nostram religionem recipiant, sed sincera verbi divini doctrina et vita iuxta hanc doctrinam inculpata esse alliciendos et invitandos, scientes opus dei esse, non hominis, ut quis credat in illum, quem pater sanctificavit præ participibus et consortibus suis, Iesum Christum. Suasimus magistratibus, ut, salvis interim legibus fœderum iniquis, subditos pro virili non deserant. Polliciti sunt omnem operam Tigurini præsertim, qui segniores videbantur. Inter verbi ministros quoslibet atque nos belle convenit hactenus tam de dogmate sacramentario quam de reliquis omnibus. Scio D. Martinum Bucerum diligentius et exactius, quam ego possim, ad te perscripturum hisce de rebus; idcirco non est, quod præsentibus singula curiosius persequar, quas non ob aliam causam scribo, quam ut tibi persuadeam, me Præstantiæ tuæ, ne si velim quidem, unquam posse oblivisci. Adeo (ut poeta noster inquit) hærent infixi pectore vultus verbaque non vulgari comitate, candore, prudentia, lepore, eruditione, ad hęc pietate condita; taceo meliora facta, quæ verba sequuntur. Nam de quo bene mereri[b]) non studes? aut quem officio et beneficentia prolixa non animadvertis? non prosequeris? Ego quidem hac ratione quantum

tibi obstrictus sim, non facile dixerim. Agere gratias non possum; par pari referre qui possim? Reliquum est, ut meminerim agnoscamque cum Plinio, hominem homini deum esse posse non minus quam lupum. Deus pater omnipotens et deorum omnium deus incolumem servet te diu, non solum isti reipublicæ, cui merito prees, sed isti quoque ecclesiæ christianæ, quam scimus bona ex parte humeris tuis incumbere, tua doctrina fulciri, tua integritate et vitæ honestate decorari. Hanc tibi officiosissime commendatam volo, non quod hactenus operam tuam et studium ulla in re desiderarit, sed quod optem, tè non minus gnaviter porro pergere, quam pridem cœperis[c] promovere negotium Christi et ecclesiæ ipsius. Salutant te, vir rarissime, omnes fratres Bernates, qui nunquam non recordantur, quantum tibi ecclesia sua a tyrannide[d] et impietate papistica liberata debeat. Salutat te imprimis Farellus noster, qui te unice colit et apud Gallos suos pro incremento veræ pietatis incessanter laborat non sine fructu. Christus, ut spero, non aget semper in angulo Germaniæ; vitis hæc palmites suos protendet aliquando ultra Alpes et orbem terræ denique pervagabit. Vellem finire, hoc desinere ineptire tecum; sed quod non possum coram, necessum est scribendo faciam, nempe ut, quam longissimas possum, tecum, ornatissime vir, moras traham. Finiendum tamen est, urgente abitum Bucero. Vale ergo, tui Fontii non immemor. Ego, quantusquantus sum, obsequiis tuis addictus semper ero, quocunque deferar hospes. Datum Bernæ, XVI. Kalendas[e] Iunii MDXXXIII.

Servulus *Barptholomæus* (!) *Fontius Venetus.*

Clarissimo viro domino Ioachimo Vadiano, omnis eruditionis parenti, medico et consuli reipublicæ Sanctogallensis, domino suo et patronō semper observando.

a) „exp-". — b) „mer-". — c) „cæp-". — d) „tir-". — e) „Cal-".

f) Vgl. I, Brief 118.

737.

Staats-A. Zürich. E. II. 342. 21.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1533. Juni 13.

Verweisung auf den Bericht des Ratsherrn Studer. Erwartung der Epitome. Die gefährdete Stellung Vadians.

Gratiam et pacem. Commendasti, vir doctissime, Studerum senatorem neque quicquam de homine dixisti tam magnum: nos maius in illo

admirati sumus. Utinam nobis aliquot similes illi forent! Quid actum sit, ipse exponet; quid sperandum, similiter dicet. Annitere, ne tui in hac quadriga nobis desint. Non omnino de concordia sarcienda despero. At anxie Epitomen expecto; in ea si quid reviseris, ad Baptistæ festum mittas, oro; mox illud quoque missurus, quod iam per occupationes ad Ioannis usque adornare non potuisti. Imprimis autem indica, quot credas fore quaterniones. De periculo et insidiis tibi structis maxime doleo; at te lætum et cautum esse iubeo. Dabit deus his quoque finem. Vive et vale. 13. Iunii 1533.

Heinricus tuus.

Audio, Bucerum quædam ad te de excommunicatione scripsisse. Id si verum est, oro communices et scripta mihi exhibeas, propediem remittenda.

Præstantissimo viro D. Ioachimo Vadiano, domino imprimis mihi observando.

[1]) Vgl. oben, Brief 730.

III 160

738.

Ulrich Hornbog, Ulrich Kapfer, Lienhart Benz und Gallus Jann[1]) an Vadian.

Marbach. 1533. Juni 17.

Entschuldigung, dass sie ihrem Prädicanten kein Geld geben können, und Bitte, ihm das Nötige vorzustrecken.

Unser undertenig, willig dienst zůvor. Lieber herr burgermaister, uwer schriben habend wir wol verstanden unsers predicanten halber. Da ist warlich semlichs, im ietzzůmal gelt zů geben, in unserm vermogen nit gsin; dann uns hatt bißhar nie nütt von der pfrůnd mögen wärden, wiewol wir gůt abschaid von unseren herren obren darum haind ghan und den landsfriden. Und haind in also byshar, was wir im gen haind, usß unserm gůt erhalten und von ainander entlechnett. Darum byttend wir uwer ersam Wishait ernstlich uwerm erbietten nach, ir wellend im in unserm namen fürsetzen und lichen, was er ietzzůmal noturfftig ist zů zerung uff die fart; so wellend wir üch redlich und erlich darum usrichten und bezalen und semlichs um uwer Wyshait, wo wir als arm lütt gůt

darzů sind, trüwlich beschulden. Nitt mer, dann gott sy mitt üch. Datum zů Marpach, nachts, am 17. tag Brachmonatt, im 1533. jar.

Ulrich Hornbog, Ulrich Kapfer und *Lienhart Bentz* und *Gallus Jann*, uwer allzytt willigen.

Dem fürsichtigen, ersamen und wysen herren her doctor Joachimen von Watt, alt burgermayster zů Sant Gallen, unserm getrüwen, lieben herren.

[1]) Von diesen 4 Marbachern liegt nur vorstehender Brief in unserer Sammlung.

739. III 162.

Martin Bucer[1]) an Vadian.

Strassburg. 1533. Juli 9.

Nachdrücklicher Dank an den Rat von St. Gallen für seine reiche Beschenkung. Als Beweis seiner dankbaren Gesinnung schickt er die Schrift, die er gegen einen einflussreichen Häretiker geschrieben hat. Die Copie einer Schrift über die Excommunication wird Berchtold Haller nach St. Gallen schicken; ausserdem sendet Bucer zwei Büchlein gegen die Irrtümer Hofmanns und zwei Tafeln über das Abendmahl, wovon je ein Exemplar dem Franz Kolb übermacht werden möge. Grüsse an Dominicus (Zili). Seine Absicht, Prediger nach Altstätten zu schicken. Tod des Markgrafen von Baden, der zwei Brüder hinterlässt.

Salve, vir amplissime. Immortales gratias ago præclaro senatui vestro, dominis meis observandissimis[a]), pro egregio illo dono, quod adiecerunt tam prolixæ beneficentiæ et liberalitati, qua me antea honorarunt, certe immeritum; sed non satis erat nos pavisse, nisi etiam vestiretis. Dominus rependat! Hac profecto ratione facitis, ut me pudeat meæ ad vos profectionis, qui sim adeo supra meam condicionem[b]) beneficiis vestris cumulatus, ut rependere vel ex parte non ausim sperare. Dum aliud non licet, mitto memoris animi argumentum libellum, quem improbitas et successus ad errorem perniciosissimum serendum insignis profecto hęretici extorsit[2]). Tot sane in Inferiori Germania dementavit, ut id deplorari satis nequeat. Hic quoque, etsi in vinculis, cœperat tam multis admirationi esse, ut ipsi etiam petierimus, eum in synodo nostra audiri. Gratia autem Christo: sic ipse et alii, quamlibet ad decipiendum religionis specie instructi, sese gesserunt, ut veritas nunc melius cognoscatur a plurimis. Rationem excommunicationis Berhtoldo vobis mittendam reliqui, male sane descriptam; sed non erat, qui describeret melius; nam omnia occupabat synodus, etsi dimidiata tunc (?). Blaurero commisi, ut paulo melius descriptam et, quia perdideram, ex autographo[c]) quædam, in parte forsan explicatiorem, ad vos primo quoque nuntio[d]) transmittat. Utinam esset,

quo gratificari et commodare vobis queam! Duos libellos contra quatuor Hofmanni errores et duas tabulas de eucharistia mitto; alterum libellum et alteram tabellam, obsecro, D(ominatio) t(ua) det Dominico et hospiti meo communiter legenda. Alterum ubi legerit D. T., legendi eius copiam, oro, faciat domino Francisco, si id ille cupiat. Proprium ei mittere in animo erat; sed verebar gravare bonum hunc virum, quem miror, quod tantum sarcinæ susceperit. Apud nos novi nihil. Absunt legati nostri Schmalcaldi. Ubi inde aliquid attulerint, rescies. Dominico et hospiti meo, oro, ex me salutem dicas, nam scribere eis non fuit otium; scribam autem brevi. Dominus det, ut perstent in concordia Christi et deferat membrum nobilius ignobiliori, ignobilius accommodet se nobiliori, ut ex æquitate paria fiant. Dominus sit vobiscum omnibus, dominis, consule et aliis optimis illic Christi confessoribus[e]. Valde dolet, quod adhuc nullum vobis misi, (qui) desolatis illis Altstatensibus Christum prædicaret. Tres hic exsules[f] ex marchionis Badensis dicione[b] abiens ad vos reliqueram, viros solide pios, e quibus cogitaveram unum mitterem, cum rediissem, etiam si nullus in via obtigisset. Verum ubi redii, ægrota*vit* unus, alter ascitus est in pagum quendam, ter*tius* ob caussam magni momenti cogitur exspectare[g] ad has nostras nundinas fratrem suum. Hic tamen venire ad vos, expedito hoc negotio suo, statuit. Si provisum interea ecclesiæ illi esset, etiam (?) optare*m* scire; sed veniet tamen. Marchio ille, qui Christum in sua dicione[b] noluit regnare, per Christum vita cum dicione[b] his diebus exutus est. Dominus donet successorem meliorem! Duos reliquit fratres: alter intelligit satis caussam evangelii, sed amplecti eam nondum voluit plane; alter nescio quid sit aut possit. Bene vale, vir humanissime. Resalutat te Capito et Bedrotus, item consul noster Matthias Pfarrer.

Sturmius abest in legatione. Argentinę, 9. Iulii MDXXXIII.

Dominationi tuæ deditissimus
M(artinus) Bucerus.

(Adresse fehlt.)

a) „t“ für „d“. — b) „t“ für „c“. — c) „auth-“. — d) „c“ für „t“. — e) „confessioribus“. — f) „exules“. — g) „exp-“.

1) Vgl. IV, Brief 506. — 2) Es wird sich auch hier um die gleich nachher erwähnte Schrift Bucers gegen den Wiedertäufer Melchior Hofmann handeln. — 3) Die allerdings schon 1530 veröffentlichten « Propositiones novem de sacra Eucharistia »?

740. XI 74.

Bastian Appenzeller[1]) an Vadian.

(1533. Juli?)

Bevorstehende Ankunft des französischen Gesandten mit Geld. Bündnis des Papsts, des Kaisers und des Herzogs von Mailand mit den 5 Orten und Freiburg.

Her burgermaister, ir verstand durch hoptman Ambrosis schriben, wie nach kain gelt haruß komen; aber all stund sol es komen. Hans Juncker, der gardi hoptman, ist gen Bada den nechsten von dem küng von Leon komen; sagt den eidgenossen, der von Lamet und das gelt solle in 6 tagen zů Solloturn sin. So wil ich euch dan fürderlich euwer halb tůchli, die 80 eln, zalen. Item wüssend, das die püntnuss, so von dem bapst, keiser und dem hertzogen von Meiland mit den 5 orten und denen von Friburg ze machen fürgenomen, von dem küng zeruck gestelt, wiewol mit starcher pratick uff der ban gewesen; und haben die obgenanten herren schon ob 4000 kronen an disem wagen verschmirt, aber nicht ausgericht. Ich wil besehen, ob ich den handel moge in schrift mit mir haim bringen. Grůtzend mir unser gůt herren und gselen[a)].

B(astian) Appe(nzeller).

Dem ersamen und wisen doctor Joachim von Watt, altburgermaister zů S. Gallen, minem günstigen hern.

a) „gsle" mit Abkürzungsstrich.

1) Vgl. III, Brief 405. — Für die Datierung vgl. Eidg. Absch. IV. 1. c. S. 92 h, 101 w (108/109) und 129 t. Auch passt das Jahr 1533 zu der Bezeichnung Vadians als Alt-Bürgermeister auf der Adresse.

741. Stadt-A. Strassburg.

Vadian[1]) an Martin Bucer.

St. Gallen. 1533. August 4.

Die Besetzung der Kirche in Altstätten. Die Lehre von der Excommunication. Die allgemeine Lage in der Schweiz. Ein Komet.

S. Literis tuis, ornatissime vir, e Berna missis Voglerum amannum monebam, te bona fide curaturum, ne sui ultra carerent ministro; quod sane ecclesia illa, cum accepisset, cantandum duxit. Casu autem factum, ut Pelagium a Saxo, pium et vigilantem hominem, a veteri illis

consuetudine notum, nacti fuerint evictumque precibus ministrum legerint, qui iam sæpiusculo contionatus[a], magno plebis favore sustinetur. Cessurus autem erat in tuam gratiam et quod fratrem exsulem[b] hoc honore dignissimum iudicaret, si hoc consilii Grappho nostro, quem tu misisti, placuisset; sed displicuit. Noluit enim occasionem dare ulli offensioni, velut ventris gratia illo venisset et tu eius magis quam illorum ecclesiæ rationem habuisse videri posses. Ea de caussa Argentoratum revertitur, iustus homo indubie et cuius equidem consuetudine nihil haberem potius, modo aliqua occasio hominis retinendi esset oblata. Petiit autem Alstettensis ecclesia, quo et ipse coram et ego meis literis tuæ Dominationi gratias quam amplissimas ageremus, quod fide tam sincera humilem Christi plebeculam commendatam habueris, et bene apud memores tanti stat gratia facti. Porro quod de libello excommunicationis[c] scire cupis: accepimus tuum Berna missum cum amantissimis et tuis et Fontii nostri literis, neque *est*, ut referam, quanto id nobis gaudio obtigerit. Sane et Blaurerus pridie suum quoque Grappho nostro huc ferendum reddidit. Exscribetur uterque et ratio inibitur, quo, quam commodissime queat, vestræ maxime sententiæ acquiescatur. Sed maturatione, ut nosti, opus est, nec satis fuerit, senatui ea de re iam persuasum esse, nisi et plebi explicitus eius rei modus proponatur; nam perplexam eam ante charissimus frater noster Dominicus parum circumspecta libertate sua effecerat. Nihil autem ambigo, quin, quod ex Christi domini instituto est, haud invita nostra ecclesia sit receptura. Probe alioqui se res nostræ habent, nisi quod etiamnum in communibus præfecturis magnis calumniis agitur nec desunt, qui oppressos nos vellent propter veritatem, quæ illi hominum generi est intolerabilis[d]. Oro Deum, sua gratia ut[e] confortare velit sane pios, meliorem autem mentem donare impiis, Christum in speciem profitentibus, quem re ipsa tamen ut perduellem insequuntur. Cura tantum, ut pars tua, quam dominus et potentia et pietatis zelo donavit, non labascant capitum minis nec idolo cedant Babylonico, miris artibus et pagos afficienti.

Cometam perspicuum ab Arcto, iuxta Cassiopeæ sidus[f], multis iam noctibus vidimus. Præsagit haud dubie quicquam; quod ut quam optime bonis omnibus vertat, faxit dominus, in quo et te cum uxore et liberis valere cupimus. Sangalli, pridie Nonarum Augusti, anno XXXIII. Salutant te fratres senatorii, quos nosti, præcipue Franciscus. Cupio

clarissimum virum D. Bartholomeum Fontium valere optime, præterea tuos, Capitonem, Bedrotum et Zieglerum Landavum.

Tuus perpetuo *Ioachimus Vadianus.*

*Clarissimo vi*ro D. Martino Bu*cero*, Argentoraten*sis ecclesiæ pre*sbytero, domino colendo.

a) „ci" für „ti". — b) „exulem". — c) „excomu-". — d) „intoll-". — e) „et". — f) „sydus".

1) Vgl. I, Register, unter «Vadianus». — Vgl. dazu Joh. Kesslers Sabbata, neue Ausgabe, S. 403 f.

742. III 164.

Martin Bucer[1]) an Vadian.

Strassburg. 1533. August 13.

Gutheissung der Rücksendung des nach Altstätten gesandten Predigers. Urteil über Dominicus (Zili). Er empfiehlt die Berufung Blaurers (von Constanz), der durch seine Klugheit und Beliebtheit die Prediger auf dem rechten Weg erhalten werde. Die Zustände in Zürich und Bern. Die feste Haltung der Strassburger.

Salve in domino quam plurimum, vir ornatissime. Bene habet, quod Grapphum nobis remiserunt Alstetenses, quos tu orabis veniam nobis, qui non potuimus fidem nostram liberare citius. Mavult ille apud nos literis aliquantulum se instructiorem reddere. Res apud vos per Dominicum huc videntur adductæ, ut omnino aliqua vobis sit excommunicationis ratio recipienda. Dominicum[a]) autem video sic comparatum, ut veram vix sit admissurus, utcunque præsentibus nobis quæ conscripsimus receperit[b]) omnia. Sibi placet plus satis et prudentia spiritus non pollet, quantam quidem hoc ministerium poscit. Tum operæ pretium putabam et adhuc puto, accersere vos Blarerum, sic vicinum quique tam probatus[c]) vestris esse[d]) queat multis nominibus. Hic prudentia sua speciali, qua nemini est secundus, rem facile temperabit, ut saluti publicæ conducit[e]), ex auctoritate[f]), qua etiam perquam ampla pollet, et mira illa gratia, qua excellit quotquot adhuc videre contigit evangelistas, Dominicum et Dominicastros intra viam nullo negotio continebit. Nec dubito, quin facile hunc vocandum tuis persuadere possis. Nosti, quam multum referat, ut quævis res, quæ cum periculo coniuncta est, nedum ista, initio instituatur. Vicem doleo optimorum hominum in (?) communibus præfecturis nec minus Tigurinorum, qui si id vellent, quod Bernates, res melius haberent; sed video dominum velle, eos fuisse Tigurinos. In eo tamen adhuc illos admodum benigne respicit, quod tam

selectos vereque eximios eis verbi ministros, quibus certe Helvetios omnes adhuc antecedunt, permittit. Det, ne in[g] iudicium! Quod ut sperem non futurum, facit religio plebis illic non vulgaris. Reliquos dominus compescat. A nostra parte nullius minis aut artibus adhuc cedetur, quod spero, etsi ista Ate sacramentaria faciat Saxones nimium sæpe[h] ut a nobis abhorrere, ita Romanensibus deferre. In reliquis omnia sana adhuc. Cometam boni eventus indicem faciat dominus astrorum! Capito et Bedrotus ac Fontius te officiosissime resalutant. Commendabis[i] me optimis illic senatoribus, inprimis D. Francisco. Dominicus ad ternas iam literas ne gry mihi respondet[k]; inhumanus spiritus! O quam absunt isti a charitate Paulina! Vere video valde necessarium adesse vobis diebus aliquot Blarerum. Optime vale, vir clarissime. Argentinæ, XIII. Augusti MDXXXIII.

M(artinus) Bucerus, tuæ D(ominationis), quantus est.

Clarissimo atque doctissimo viro D. Ioachimo *V*adiano, poetæ, medico, *ma*thematico pientissimo, *senatori* consulari reipublicæ *Sanc*togallensis integerrimo et prudentissimo, patrono singulari.

a) „Domicum“. — b) „recęp-“. — c) Unsicher, weil daran corrigiert. — d) Scheint aus „esset“ corrigiert. — e) Aus „conducat“ corrigiert oder umgekehrt. — f) „author-“. — g) „ne in“ nicht völlig sicher, weil daran corrigiert. — h) „e“ für „æ“. — i) „Comendabis“. — k) Doch wohl für „respondit“ verschrieben?

¹) Vgl. IV, Brief 506.

III 165.

743.

Christoph Froschauer[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1533. August 22.

Der Druck der Epitome.

Min früntlich grůs. Lieber herr doctor, ich hab empfangen üwer schriben mitsampt dem exemplar, das mir noch zů rechter zitt wère worden, so es gar da wäre; so es aber ye nit sin mag, můs ichs underlassen, wiewol es mir vast übel kumpt: eins teils das ich grossen costen hab gehept mit dem, das ich gselen hab von Basel beschickt und eben yetz zitt hette gehept etc. Nun fürhin wird ich widrum ins Pelicanen werck anfahen; hab mit 2 bräsen darin ze schaffen bis zur andern meß. Darum mögend ir nun wol das exemplar gar zesamenn machen und wol nach aller noturfft besähen, das irs nit můssend lassen abschriben und sunderlich botten darmit harab ze schicken, damit der umbcost nach grösser werd etc. Ob etwas fäls darin wurde funden, můß warlich das

exemplar schuldig sin; denn es ist fast böß gesin, das zům offtern mal die setzer, corecter, Binder und Bulinger kum habend mögen daruß kummen und mir vermeindt, ir haben es nye dem abschriben nach überlessen etc. Ich hab kein bogen gedruckt, es habend in vor Binder und Bulinger überläsen. Aber es ist mir fast lieb, das irs ouch wol und flissig läsind etc. Schick üch hiemit abermals, was gedruckt ist. Hetten mir mer exemplar gehept, so hetten mir mer druckt. Das ist yetz Mentag vergangen vertig gesin etc. Die Bibel wil ich lassen binden, das sy in 8 tagen vertig můs sin etc. Bulinger laßt üch fast grůssen, und ist uns beyden von hertzen leyd der unfal, der by üch abermals ist fürgangen. Gott wellen allen unfall von uns wenden. Amen. Datum am 22. Augsten, anno 1533.

Ü(wer) w(illiger) *Christoffel Froschouer.*

Dem hochgelerrtenn, fürsichtigen unnd wisen herrenn Joachym von Wath etc.

[1]) Vgl. oben, Brief 660.

744. Stadt-A. Strassburg.

Vadian[1]) an Martin Bucer.

St. Gallen. 1533. August 31.

Die Lehre von der Excommunication. Unzufriedenheit mit Dominicus (Zili). Bewegungen der Bergkantone. Bitte um Zusendung seiner neuesten Druckschrift.

S. Literas tuas plenissimas fidei candorisque et humanitatis, vir clarissime, accepi, in quibus de excommunicationis[a]) ratione deque Blaurerii velut triarii opera recte admones, nec nos quicquam diligentiæ intermittemus, ne non illius præsentia primo quoque tempore potiamur. Dominicus hac una re, quam indicas, mihi non potuit aliquot iam annis in totum placere. Fidit nimium iudicio suo, quod tamen, quam sit infirmum, non agnoscit; sed et perpetuus est prophetarum contemptor nec audiret, arbitror, ipsum Paulum sua explicantem, nedum quempiam ex grege ecclesiæ meliora docturum. Proinde omnium ecclesiarum episcopos neglectui habere eum satis doleo, sed non proficio: atque utinam ita cadat, ut non aliquando morum asperitate et gentilicia illa sua cerebrositate plurimum scandali nostræ ecclesiæ daturus videri queat. Nihil minus confidimus, omnia in Christo perstitura. Immontani[b]) nostri nunc tumultuantur consiliis et partium studiis. Brevi intelliges, quid valeant factiones, etiam-

si sim persuasus, impiorum consilia peritura. Sed de his alias. Nunc id maxime vellem, ut lucubrationes tuas, Ioachimo Zasio, ducis Sabaudiensis a consiliis, demum editas[c], huic nostro tabellioni ad nos perferendas dares, addita scheda, quæ pretium[d] indicet[2]). Nil dubita, quin te bona fide simus soluturi, fidem bibliopolæ iubentem. Non credis, quam cupide ille tua postulet. Vale cum Fontio nostro, viro clarissimo, et tuis omnibus. Sangalli, pridie Kalendas[e] Septembres, anno MDXXXIII.

Ioachimus Vadianus.

Eruditione et pietate celebri *viro D. Ma*rtino Bucero, a*pud inclytum* Argentoratum *d*octori, domino suo colendissimo.

a) „excomu-". — b) „Imont-". — c) „æd-". — d) „c" für „t". — e) „Cal-".

1) Vgl. I, Register. unter «Vadianus». — 2) Vgl. dazu Brief 757.

Staats-A. Zürich E.II.342. 22.

745.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

Zürich. 1533. September 21.

Zurückweisung von Gerüchten über altgläubige Neigungen in Zürich. Verhandlungen Zürichs mit den 5 Orten.

Gnad und frid vonn Gott. Günstiger, lieber herr, ich verston vonn Niclaussen, wie ettliche seltzeme geschrey by üch ganggind, wie man bald werde Zürych mäß haben und dem bapst gehällen und der dingen vil; deß ich mich gar nitt verwundernn; dann man dise red nun ettlich jar har ouch do gebrucht, do unser stand minder uffsatzes und verfolgens hatt. Das aber ützid under unß derglychen fürgenommen oder einigs wägs daruff zickke, ist nitt. Die ye und ye me hertzens zů der superstition, dann zů der religion gehept, mögend derglychen wol hoffen, glich wie ouch die Juden uff iro Messiah hoffend. Es sind aber noch so vil frommer und redlicher lüten, die ein lust und gefallen an der wahrheyt habend, das ich Gott und allen frommen bessers vertruw, die sich denocht dermaß noch erzeygend, das dero gheiner sich also herfür lassen gedar. Doch hoff ich, ir verstandint selbs den handel und iro ytel růmen, das by üch, unß und allenthalb ein sömlich whonvolck ist. Deß pundts halb kan ich schlecht noch nitt eigentlich vernemmen, das er gemachet sye; sunder ich vernimm ymmerdar, es hange noch also. Was die unsern darzuo wöllen, will ich üch vertruwter meynung nitt verhallten. Die 5 ort habend hargeschryben und begärt an min herrenn, das sy wöllind ein

verbott anlegen in vogthyen, das niemand ze krieg louffe (observa versutiam et veteratores); dann sy wölle beduncken, es wölle ein uffbruch gäbenn wie der jaren, da ein teyl zum Frantzosen, der ander zum bapst lüff etc. Daruff min herren nitt zefryden; dann sy ye vermeynend die 5 ort, die ymmerdar frömbd herren an sich zychend, syend ursächig an dem und anderem etc. Dorumb ouch ietzund ein tag Michaelis ze Baden gehallten wirt. Daruff min herren willens sind, die 5 ort ze ermanen, deß bapsts und anderer herren mûssig ze gon, ansähen was die pündt vermögen, und das der pundt mitt dem bapst unß nachteylig etc. Das habend mir nitt die ungewalltigisten anzöygt, das sy das schwert nach notdurfft wider alle die bruchen wöllind, *di*e uffweyblend oder sunst erfunden, das sy stür und h*ilf* wider den geschwornen brieff gethon etc., wie da*nn* jar und tag umb den bapst sold geworben, und *z*ůletzt geschryben, wenn man sich Römscher kylchen begä*ben,* wie ich vor geschryben etc., habend min herren m. *Hans* Haben verordnet, schlecht ze höuschen, man wôlle in *nü*tzid wyter antwurt gäben, dann by iro glouben, i*n nüw* und allt Testament begrünt, ze blyben. Der sold sye . .[a] schuld. So hab er sy ietzund mitt gûten worten ob 10 jaren uffzogen; sy wôllind in ein mol haben etc. Wo er nitt wôllt, sind sy in willen, gâgen den übergen orten ze handlen, das man in vertryb oder zû bezalung hallte etc. Und diewyl man sich versicht, er werde nützid gâben, hofft man doch, man möge in durch das mittel vertrybenn. Dann wie sich Lutz(ern) mitt dem hallt, also werdent sich min herren ouch gen inen hallten, wo yemands under uns were, an den sy ansprach hättend. In summa: Es stat umb unß gloubens halb nitt übel; dann das wir, wie allenthalb sind, lüt habend. Doch erhallt noch immerdar gott sin eer und gipt vil stercke den sinen. Virtus in infirmitate perficitur. Gott sye mitt üch, und lassend üch das Epitome angelägenn sin; dann groß verlangen und vrag darnach ist. Zurych, 21. September 1533.

Heinricus B(ullingerus) tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi prudentissimo, suo domino plurimum observando.

a) Entweder ist etwa „in" = „inen" zu ergänzen oder dann „er" mit der Annahme, dass das vorausgehende „Der" für „Den" verschrieben sei, wie ja im Dialekt häufig der Nominativ für den Accusativ gesetzt wird.

[1]) Vgl. oben, Brief 730. — Der Brief ist stellenweise beschädigt; daher die Lücken. — Zu besserem Verständnis des nicht überall sehr klaren Inhalts vgl. Eidg. Abschiede IV. 1. c. Nr. 95.

Stadt-A. Strassburg.

746.

Vadian[1]) an Martin Bucer.

St. Gallen. 1533. September 26.

Lob der Dialoge Bucers. Das bevorstehende Concil. Reise des Papsts nach Marseille zum König von Frankreich; seine Verbindungen mit den Ländern. Gesuch, einem Abgeordneten des Rats für den Ankauf von Getreide entgegenzukommen.

S. Παρασκευὴν illam tuam, vir doctissime, dialogis aliquot comprehensam[2]), magna cum voluptate, sed et maximo cum fructu legi et sensi, hoc eam apud æquum lectorem posse consequi, cuius gratia abs te est in lucem data, videlicet ut in spem adducamur, futurum ut, ubi pii et eruditi viri hoc proposito coierint, quo debent qui doctrinam Christi illæsam[a]) cupiunt nec aliud quam certam animarum salutem vestigant, non dubium sit, consensuros in plerisque, quibusde hodie vehementer digladiamur. Faxit autem deus per dominum nostrum Christum, ut Clementi, episcopo Romano, qui primas sibi concilii indicendi vendicat, ea mens tandem donetur, ut non cum regibus et dynastis[b]), hoc est cum bracchio[c]) carnis pro se tuendo pacisci, sed cum eruditissimis et integerrimis quibusque commentari de religione et, quoniam se Christi vicarium profitetur, non quæ sua, sed quæ sunt Christi, quærere pergat. Hoc si ille ageret ex animo, nil esset reliqui, quin facile coiremus et dissensio omnis de ecclesia tolleretur. Iam audio, quinto die Septembris Roma illum profectum Massiliam petere, cum Gallorum rege nescio quid collocuturum; nec est dubium, quin Lucernæ suos habeat, qui in hoc toti sunt, ut in fœdus alliciant pagos atque hac quoque a parte regno Romanæ ecclesiæ consulant, quamquam invito Gallo, qui cum hic a papa dissentiat et arceat a fœdere, nescio, an illic cum eo sit consensurus. Sed quid humana enarro? Deus est, qui suo nutu omnia omnium consilia moderabitur.

Nunc mihi, vir clarissime, aliud agendum apud te et opera tua imploranda, ne nobis annonæ afflictio molesta esse pergat. Qui has meas tibi reddit, homo est senatorius[3]), amans pietatis, spectatæ familiæ et tui doctorumque omnium admirator. Ei a senatu commissum, ut hoc apud tuos agat, quo iuvare frumento et adesse nobis hoc liberalitatis genere velint; nam nisi illinc iuvemur et tui hoc nobis muneris impertiant, maxima difficultate laboraturam plebem nostram timemus. Age igitur pro solita benevolentia tua et amplissimum virum D. Iacobum Sturmium

exhortator, ut et hic nostras in senatu partes ne deserat. Sumus sane impares, qui referamus gratiam; habituros nihil dubita. Vix dixerim, quam parata sit nostratium erga tuos voluntas, quod ipsum tu quoque es, ut arbitror, expertus, quamquam nihil hactenus aut pro tuo merito aut illorum amplitudine sit actum. Vale. Sangalli, VI. Kalendas[d] Octobres, anno MDXXXIII.

Tuus ex animo *Ioachimus Vadianus.*

a) „e" für „æ". — b) „din-". — c) „brach-". — d) „Cal-".

Clarissimo viro D. Martino Bucero *amplissimæ ecclesiæ* Argentora*tensis doctor*i, domino colendissimo.

1) Vgl. I, Register, unter «Vadianus». — 2) Es ist die Schrift: «Fürbereitung zum Concilio» etc. — 3) Nach dem Ratsprotokoll «Junker Sebastian Graf».

747. III 177.

Hans Konrad Escher[1]) an Vadian.

Zürich. 1533. (October 31?)

Dank für den Besuch von Frau und Tochter in Zürich und für eine Einladung nach St. Gallen, um den Sauser zu versuchen. Entschuldigung für Vergangenes. Bitte um gute Freundschaft. Einladung, selbst zu einem Besuche nach Zürich zu kommen.

Min gantz willig dienst zůvor. Lieber herr schwager, ich dancken üch sampt miner hußfrowen, das ir so gůttig gweßt sind, das ir die schwester, üwer hußfrow, sampt üwer tochter, bässy Dorllin, zů uns hinab gelassen hand. Wo wir das umb üch verdienen könnend, sind wir geneygt und gůtwillig, das selbig ze thůn. Wiewol wir zů grossem gfallen angenomen hettind, das ir sy nach mer by uns gelassen hettind, so weltend wir unsere armůt witter mit inen mitgeteilt haben nach unserm besten vermögen. Und wett gott, das es in üwerm gfallen und kumlicheit geweßt were, das ir ŏch by uns werrind gsin, so weltind wir ein gantz frölichen můt ghept haben; wann vil gůtter herren und gsellen begerrend üwer gselschafft. Aber diewil es nüt witter in üwerm gfallen gweßt ist, sy länger by uns ze lassen, sagend wir üch nüt desterminder grossen danck; und semlichs umb üch ze verdienen werrind wir gantz gneygt und gůtwillig, als obstät. Sy sind uns ŏch gar nützit überlägen gsin; aber ich gloub wol, sy habind lange will und wenig fröuden ghept. Ich dancken üch ŏch üwer früntlichen ladung, das wir ŏch zů üch komen soltind, den nüwen win oder susser versůchen. Wirt mit der zit

ŏch etwas beschächen. Und umb die verschinen sachen bit ich üch früntlich, ir wellind mir die selbigen nüt zů argem uffnemen; wann die arger meinung nüt beschechen sind und, ob got will, fürrer nüt mer beschechen můssend. Und wellend gůt fründ sin, als ich dann in üwerm schriben ŏch verstanden hab, und ain andren früntschafft bewissen. Des selbigen bin ich ŏch urbüttig nach allem minem vermögen. — Und wer min gantz früntliche bit an üch, ir weltind uff yetz Suntag ŏch by uns erschinen, wann es werdend vil gůtter herren und gsellen kommen uß andern ortten uns heimsůchen, dennen ir och angenem sind. Der bässy Agthen halb wirt üch üwer hußfrow, schwester Martha, wol berrichten können, wie es mit irem gmecht ergangen ist, da ich wol geachtet het, mine herren hettind die sach anderst besächen und ermässen. Gott sig mit uns allen. Grůtzend mir gůt herren und gsellen. Min hußfrow laßt üch ze tussend mallen grůtzen und dancken. Geben Zürich, uff den letsten tag diß manotz, im 1533 jar.

Hans Kůnrat Escher, üwer *allzit* williger schwager.

Dem hochgelertten, vesten herrn Jochium von Watt, docter, altburgermeister der stat Sant Gallen, sinem lieben herren und schwäger.

[1]) Vgl. IV, Brief 545. — Dass als Monatsdatum der October anzusetzen ist, darf wohl aus der Einladung auf nächsten Sonntag — der 31. October war ein Freitag — und daraus geschlossen werden, dass nach der Kessler'schen Sabbata am 27. October — so wird statt «21» besser gelesen — «unser schützen etliche» von dem Gesellenschiessen in Zürich zurückkamen; s. Sabbata neue Ausgabe S. 407. Auch die Sausernotiz passt sehr wohl zu diesem Datum.

III 170.

748.

Niklaus Guldin[1]) an Vadian.

Zürich. 1533. (November 5. ?)

Bericht über die Vorgänge in Soloturn.

Gott werde glopt. Amen.

Gott sy mit euch unnd müt (!) unns allen. Amen. Gliepter herr doctor, wie wunderbarlich ist gott in sinen urttlen unnd grichten. Gott welte, das wir sy mit pryß unnd erre sölchs enpfachen unnd ainnemen kundent! Nach dem allen so wüßent, das ich zů Bern, in Underwalden und zů Sollattur am thor gsin bin, in welches man mich nit laßen hat wellen, ich schwere dan ainen ayd, by inen zů bliben. Man fraget mich woll,

wanen ich were. Ich saget: von Sant Gallen. Uff sölchs mûttet man mich ain, wie ob stat. Demnach zog ich hinweg; dan ich es nitt thûn wolte, noch by inen (in der stat) zû bliben. Also zog ich hin; ich were gern unnserr bardy zogen. Do wust ich nit, wo es euch als minen heren ain gfallen were. Es kam auch zû mir uff dem weg Hans Hanrich, alter vogt zû Valschenstain, welcher mir ainzaigen was allen handel; dan wir auch ain andren bekant waren. Die namhafftigen personen uß Sollatur sind dye, wie hernach folget: vogt Starck, alter seckelmeist(er), vogt Hans Hernrich (!), der ietzig vogt zû Valschenstain, hoptman Stölly und sin brûder, fenderig Hug, zwen Rockenback und ander erenlütt. Ich acht woll, hoptman Ambrosy hab minen heren geschriben allen handel; aber ich will euch auch schriben, als ich bricht wirtt. Nachdem und die von Sollatur vormals ainen zang gehept habent von aines bredigkanten wegen, habent sich darin gelegt Bern, Baßel und Biell und ainen vertrag mit inen baiden gemacht, wie folgen wirt: namlich das unßer bardy sölle die Barfûßerkilchen (in der stat) inhaben und da predigen zû laßen nach irer wyß. Darumb sind brieff und sigel uffgericht. Wie aber nun sich unßer[a] unfal im krieg vor zway jaren zûtragen hat und die von Sallatur umb 800 kronen[b] gestrafft worden sind, hat man in auch darby erbotten: wan sy den predigkanten hinweg thûent, so wellent sy inen so vill geltz nachlaßen. Also ist es das mer im rat worden, den predigcant hin ze thûn; welches aber unßer bardy nit vergûtt hat wellen haben, und vermainet darby, inen sol söllichs kainen schaden bringen ain irem vertrag mit ainandren. Und haben also sy vermant und gebetten, iren verhaissen und brieff und sigel nachzekomen. Welches nun by zway jaren her nit bschechen ist, sonder ie lenger ie hertter worden sind, das sy auch nach und nach die unseren all uß dem ratt und ab den vogtyen und empter abthûn habent; denn by kurtzem ina getröwt: sy mûsent zur mess auch gon. Solchs hat man in zû antwurtt geben, wan man sy irs verhaißen ermant hatt, und darzû mit gfangnis tröwtt. Welches nun ainer dem andren gsagt und erinderet hatt vorzû. Als aber uff dattum dis brieffs vor 14 tagen sind sy zûsamen komen zû den schyfflüttenstuben, da mit ainandren gessen und sich mit ainandren underrett, wie im thûn sy. Also zhand sind sy ainhellig worden, das sy ain ieder haim ging und sich gwapne ain ieder uff das best; und wan es umb d' 1 am nachmittag sye, solle iederman dem buchßenhuß zûloffen.

Aber sy sind glich verratten worden, und Hans Juncker ist es gwar worden und hoptman Ambrosy. Aber Hans Juncker hat die seyll ain der zittglocken abegehowen und es auch schultzes und der gmaind kund thůn, welche nit unzhand gsin sind, habent sych auch grüst und sich in der pfarkilchen versamlet. Unßer bardy sind sy auch gwar worden, das die urr (?) verkürtz und sych ira widerbardy sy versamlen weren in der kilchen. Und sind also uffbrochen und vür das büchßenhuß gfallen, aber nit es uffbrochen. Do sind sy uss der kilchen gefallen, der schultzes zůvorders, mit fründlichen worden unnßer bardy zů(g)sprochen und sy gebetten, das sy haim in ir hüßer ziegen; er welle in sin lib und gůtt zů pfand gen, das die sach zů gůttem glayt werden soll. Da ist darzů komen hoptman Ambrosy und Hans Juncker von Roperschwil, welche sich mit vill erbiettungen darzů grett haben, und das unßer barday also überrett, das sy haim hatt wellen ziegen. Wie aber sy vor dem büchßenhuß komen sind, sind die andren in das büchßenhuß gfallen und es uffbrochen und gegen den unsren trungen mit gwalt. Die unßren aber sind in die vorstat gwichen, die brucken abgeworffen, sich da verschantzet uff das best, da gelegen bis ain den 5. tag. Demnach nach hab(en) sich die indem grüst mit großem gschray und tryumfffieren und das groß gschuss in die vorstat gricht, die hüßer zů vellen. Wie aber unßer eignoßen von Bern gen Sollatur komen sind in schaides wis, hat man sy (nit) in wellen laßen, dan bis sy die ira von unßren manen werent; welches sy nun thůn habent und die unßren gebetten, sy solten uff iren boden zi(e)gen, als gen Wangen und Wiettelspach, bis sy mügent sechen, wie es ain hand hab. Sy hettent sich auch erhalten mügen in der vorstat. Also sind sy hinuss zogen und ligent noch also. Die lantzschaff ist vill by inen, by 1000 mannen. Sy habent auch 13 schlößer oder vogtyen, darab man inen das feld geben will oder laßen die landschafft. Man begert von den unßren zů töden un underlas 8 man, wie nachfolget: hoptman Stöll, sin brůder, vogt Starck, vogt Hans Henrich, fenderrich Hug, 2 Rockenbach und sunst nach ain vogt, des namen ich nit wais. Die unßren begerent 16 uß der statt. Es ist noch nüntt gewüß gehandlet. Sy sind hert uff baid sytten. In lender hat man die sturmglock gstelt, derglichen Bern und Biel. Ze Zürich der gmain man ist gůt; Gott waist, wie die oberkait ist. Berner handle(n)t trüllich. Ich wirt nit selber kamen, bis etwas namhaptigs geschicht, wiewoll ich

wais, das Frantzist zů Sollatur ist. Es stat nach also[c] im werck. Datum Zürich, am 5. tag October[2]), anno domini 1533 jar.

Niclaus Guldy, ewer armer diener. Amen.

Dem eerenvesten, hochgelertten herren doctor Johem vonn Watt, alten burgermaister zů Sant Gallen, minem lieben herren, zů handen.

a) „unßer" mit Abkürzungsstrich auf der zweiten Silbe. — b) „ko" mit Abkürzungsstrich. — c) Folgt durchgestrichen: „Die becher schiche (!) ich euch by zaiger des brieffs, namlich 8 becher." — „a" und „e", „a" und „o", „m" und „n", auch „s" und „ß" sind oft nicht mit Sicherheit zu unterscheiden und offenbar gelegentlich für einander gesetzt; wie denn der Brief überhaupt sehr flüchtig mit schlechter, stellenweise bis zur Unleserlichkeit abgeblasster Tinte geschrieben ist.

1) Vgl. IV, Brief 617, dessen Anmerkung entsprechend zu berichtigen ist. — 2) Das Datum kann nicht richtig sein, da der Aufstand in Soloturn am 30. October ausbrach. Die nächste Annahme ist die Verschreibung von «October» für «November»; dann müssten aber die «14 Tage vor datum dis briefs» auf «7» reduciert werden; vgl. Eidg. Abschiede IV. 1. c. S. 201.

749. III 172.

Jakob Zwicker[1]) an Vadian.

(Waldkirch.) 1533. November 21.

Verhandlungen des Abts mit den Gotteshausleuten zu Rorschach. Bitte um Nachrichten und um Rat und Hilfe für den kranken Knaben Otmar Lässers.

Min willig, underthenig, gehorsam dienst unnd als gůtz zůvor etc. Ersamer, wyser herr burgermeyster, ich thůn üwer ersam Wysheit ze wüssen, wie diß vergangner tag gmein gotshußlüt ze Roschach by einandren sind gsin. Unnd erstlich hat min herr durch sin hoffmeister mit gmeinen gotshußlüten lassen reden, das mir stil söllind sitzen unnd nyena hin louffen, weder heymlich nach offentlich; dann er welle unns nüntz versummen. Sittenmal er botschafft habe frů unnd spat, söllend mir růwig sin. Er wölle unns wol ze wüssen thůn, was vorhanden sye, unnd welle er handlen in der sach nach sin besten bedüncken unnd unns nit verkürtzen. Darum söllend mir thůn als gehorsam lüt, waß ins land komme. Uff sölichs anbringen ist von gmeinen gotshußlüten nit vil geantwurtet, ouch nünt abgeschlagen. Ouch wüssend, das vast der merrteil sine amptlüt da sind gsin, weliche all sins sinnes sind gsin. Demnach ist nit vil meer gehandlet worden, dann deß bruchs halb unnd der büchsen unnd etwas von der zinsen wegen. Uff sölichs hat man in vier man lassen erwöllen, wölliche in dissen vorgeschribnen sachen im söllend helffen handlen, mit namen Fuchs Gerster, Moßer von Gosow, Andreß Her von Roschach unnd der amman[a]) von Romyßhorn. Ouch hat min herr mit den gotzhußlüten lassen reden, das nyemantz von keinem ufflouff, nach waß sich da innen im land verlouff, nüntz sölle reden unnd

yederman schwygen. So vil ist ze Roschach gehandlet, weliches ich Ü. E. Wisheit nit han wellen verhalten etc. Ouch wölte Ü. E. Wisheit vast ernstlich bitten, so ir etwaß gwüsses wüstind unnd es ze offnen were, unns ouch wöltind lassen wissen etc. Demnach ist ain arme witwa, Othmar Läßer selgen verlassne witwa, weliche ainen knaben hatt, der ist kranck worden. Namlich wie er, mit lob, rüdig ist gsin, ist er in ein wasserbad gesessen unnd alsbald ist er geschwollen, das er hat mûssen hören baden; unnd ist by acht tagen, das im sölichs widerfaren ist. Unnd gat im die gschwulst yetzund an rugken, dann ans hertz, demnach ans angesicht, ouch ain die bein, das er etwa meint, eß wölle im vergon. Unnd hat im vorhin, ee er gebadet hat, nünt gebrosten, dann das er, mit lob, ein wenig rüdig ist gsin. Unnd darum will ich Ü. E. Wisheit vast ernstlich gebetten haben, ob ir meynend, wie im ze helffen unnd ze radten sye. Ouch wüssend, das es ein arm volck ist, das es nünt hat, dann das (es) mit wercken gewünt; ouch sind sy mine nachpuren. Darumb ich üch wil bitten, das ir das best wöllind thûn. Nit mer, dann gott spar Ü. E. Wisheit gsund, unnd grûtzend mir ü(wer) eelich hußfrouen. Datum uff Frytag nach Othmari, anno etc. 33.

(Adresse fehlt.) Ü(wer) w(illiger) *Jacob Zwycker* ze *Waldkilch.*

a) Oder Eigenname „Ammann"?

1) Von *Jakob Zwicker* aus Waldkirch ist in unserer Sammlung nur dieser eine Brief vorhanden.

III 173.

750.

Vadian[1]) an Ambrosius Blaurer.

St. Gallen. 1533. December 9.

Empfehlung eines in bedrängten Verhältnissen lebenden Johannes.

S. Laborat, vir clarissime, Ianus noster[2]), fateor, egestate non nulla et prægravant sumptus, uxor et liberi, quo nomine mihi semper antea et nunc quoque charior exstitit[a]), quod condicio[b]) ei tam honesta et digna christiano homine molestiam exaggerat. Nimirum visitat suos dominus id genus afflictiunculis, quo periculum in nobis faciat, bonane fide nomen dederimus? Potuisset illi apud nostros locus dari aut iuventutis erudiendę aut certe libraria opera conferri, unde aliquid[c]) operæ pretium[d]) refulserit. Sed neglecta, immo[e]) vero transmissa est occasio, quæ retineri poterat. Sed nihil interim de egestate detractum, quam, ut nosti, diuturnitas gravare nullo fænore[f]) assolet. Proinde et caussę favorabili-

tate et hominis tot nominibus candidi atque innocentis monere te (orare enim volentes haud libet) meis literis volui, ut, si qua opera tua vel erga honestissimum senatus tui ordinem vel alios magistratus urbis vestræ sibi pro honesta indipiscenda condicione[b] opus esse visum fuerit, eam ipsam tu, qui bonis et egentibus videris natus, denegare nolis. Deus MERCES erit. Profecto Ianus ipse summam in te spei suæ collocat. Quod in me est, Blaureri clarissime, scito, hoc tibi Vadianum tuum debere, quod potest[g]. Cupio valere exemplar candoris, Zvikium nostrum, comministrum tuum, et vestros omnes. Vale. Sangalli, IX. die Decembris, anno MDXXXIII.

Vadianus tuus.

Clarissimo viro D. Ambrosio Blau*rerio, nobi*lissimæ ecclesiæ Con*stantiensis* pastori, domino et *amico co*lendissimo.

a) „ext-". — b) „t" für „c". — c) Aus „aliquod" corrigiert oder umgekehrt. — d) „c" für „t". — e) „imo". — f) „fœn-". — g) „postest".

1) Vgl. I, Register, unter «Vadianus». — 2) Doch nicht etwa Johannes Kessler?

751. III 175.

Ambrosius Blaurer[1]) an Vadian.

Constanz. 1533. December 16.

Er berichtet über den ihm empfohlenen Johannes, dass seine Hoffnung, für ihn in Constanz eine angemessene Stellung zu finden, unerfüllt geblieben sei, weshalb er nach St. Gallen zurückgeht und neuerdings dem Wohlwollen Vadians empfohlen wird. Bitte um Rücksendung der Schrift Bucers über die Excommunication. Für den Bundestag zu Augsburg verweist er auf den mündlichen Bericht des Johannes.

S. En redit ad vos rursum, clarissime Vadiane, quem mihi commendaveras, Ioannes ille, vir, si quid ex tridui forte convictu recte iudico, candidus et sincerus[a]. Redit autem inconfectis rebus et spe sua, nulla vel mea vel Zviccii culpa, frustratus, sed quod nostri nunc eiusmodi moderatorem ludi sui non desiderent; quantumvis alter ille, qui iam huic præest, inappositus nobis et parum diligens videatur, præsertim quum, aliis quoque scribendi officiis distentus, ne possit quidem, etiamsi maxime velit, huic muneri facere satis. Favor tamen eorum, qui hominis potius quam negotii[b] rationem habere volunt, hactenus hunc retinet. Id quod cum prius nobis suboleret, noluimus, ut literæ, quas istinc[c] secum adtulerat, mox nostro redderentur senatui, ne rem a nobis ex composito agi suspicarentur, qui sunt alioqui nobis iniquiores; sed privatim cum consule et certis quibusdam senatoribus egimus, quibus hac via negotium[b] ten-

tare visum est, ut primo alterius illius accusaretur[d] indiligentia, suppressis interim vestris literis, deinde, si illa reciperetur deque alio sufficiendo decerneret magistratus, tum tempestiviter insinuarent bonum hunc virum. Sed cum vicerint istorum suffragia, qui alterum non reiiciendum, sed officii sui iterum atque iterum admonendum existimarunt, nihil promovimus hac quidem vice, cumque futuræ forte occasioni integrum servare Ioannem animus sit, non permisimus, ut vel commendaticiæ vestræ nunc exhiberentur vel alia de hoc mentio iniiceretur nostro senatui, sed ad vos rursus abmandandum duximus; vicissim tibi hunc quantum possumus maxime commendantes, ut, qui istic auctoritate[e] multisque aliis nominibus plurimum vales, eum a vestris ampliore, hoc est se digno salario vel ædium certe beneficio benignius fovendum cures. Nam valde videtur iniquum, ut pessime habeat in republica, qui de illa optime meretur. Profecto quantum referat, ut bene et ad divinæ manus unguem effingantur rudes etiamnum pueri, in quibus omnis spes cordatioris et omnino melioris posteritatis collocata est, nemo nisi stolidissimus ignorat. Verum hoc opus, hic labor, et ut pulcherrimum, ita etiam longe difficillimum est munus probe instituendæ pubis. Quantum enim, præter pædorem[f] illum et perpetuum scholæ pulverem, laboris et molestiarum devorandum est ei, qui omnibus omnium ingeniis et singulorum captui adtemperare se velit! Quod etiam ut multi maxime velint, paucissimi tamen sunt, qui istuc feliciter præstent. Porro cum hic vester Ioannes et velit et possit adeo vestram iuvare rempublicam, nihil profecto non tentandum et tibi et cuivis apud vos bono viro, ut tam benigne illi muneretur, ne in hac omnium rerum, inprimis vero annonę caritate res sibi ad famem redeat, quę certe, si ingenuos et liberales homines paulo vehementius exerceat, extra corporis molestiam mentis quoque vigorem et ingenii alacritatem, quam in id genus[g] doctoribus omnino servatam oportet[h], supra quam dici queat adimit. Age igitur, optime Vadiane, modis omnibus adnitere, ne par labori virtutique præmium[b] desit; id quod facturum te tuapte sponte satis scimus. Nos hic vicissim diligenter advigilabimus, ut, si quid forte spei adfulgeat, vos faciamus quamprimum certiores, ubi forte, quod istic conaberis, parum successerit. Bene vale, clarissime ac multum mihi venerande Vadiane. Commendant se tibi Zviccius et germanus frater meus Thomas. Constantiæ, 16. Decembris, anno 1533.

Tuus *Ambrosius Blaurerus.*

Pridem ad te literas dedi cum adumbrata a Bucero nostro excommunicationis ratione, quam remitti mihi tum multum obse*cravi*, et nunc iterum te obtestor, ut Buceri exemplar, quod a vestr*is* ęgre, scio, legitur, ad me redeat, vel descriptum certe, si ita mal*is*; nam usui mihi erit. Cetera[i] de Augustanis comitiis et porte*ntis* nonnullis Ioannes ipse tibi bona fide narraverit.

Omnino hic prospectum fuisset homini, si alter factus fuisset mis*sus* (??); quod te velim tuis diligenter inculcare, ne aliam caussam subesse pute*nt*.

Clarissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, Sangallensium consuli prudentissimo integerrimoque, simul autem et omnium bonarum literarum antistiti absolutissimo, domino et amico præcipuo.

a) „sync-". — b) „c" für „t". — c) „isth-". — d) „adcus-". — e) „author-". — f) „e" für „æ". — g) Ein vorherstehendes „hominibus" scheint gestrichen. — h) „opportet". — i) „Cæt-".

[1]) Vgl. IV, Brief 576.

752.

Staats-A. Zürich E. II, 342. 23.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1534. Januar 3.

Besuch in Constanz wegen der Furcht vor Schismatikern. Unruhen in Münster. Schwenkfeldische Umtriebe und Lehren. Die Einigung zwischen Zürich, Bern und Basel. Die Ereignisse in Soloturn. Französische Politik.

Gratiam et vitæ innocentiam a domino. Scripsi non multis ante diebus, Constantiam nos adiisse consultandi de unitate ecclesiæ contra schismaticos gratia. Periculum enim esse, ne brevi incendium per Germaniæ ecclesias maximum a schismaticis quibusdam suscitetur, qui, Donatistarum et Novati revocantes hæresim, ecclesiæ alias afflictæ satis multum sint incommodaturi. Nec fefellit opinio. Nam superiore prioris anni mense scribit Bucerus, Monasterium Westphaliæ, quod pulchre evangelicum receperat dogma, misere nunc tumultuari. Omnia enim urbis templa esse clausa[a]) excepto uno, in quo, vi populi fretus, declamet insignis quidam Hoffmannicæ sectæ discipulus adversus sancti senatus et omnium piorum consensum, esseque huius turbæ auctorem[b]) Svenckfeldium, qui primus hoc virus, sed clanculo, quibusdam propinavit, qui nunc omnia simulans et dissimulans Augustæ agat. Vereor autem, ne et ibi aliquid monstri alat; certe Blaurerus admodum conqueritur[c]). Dogmata hominis forsan nosti: evangelium hactenus non esse prædicatum vere; hactenus nullam esse collectam ecclesiam; ecclesiam nostram

nihil aliud esse quam tyrannidem, ut quæ armis et edictis[c] senatorum nitatur; in ecclesia nullum esse gladium, populum enim ecclesiasticum esse spontaneum; sectas non esse exstinguendas[d]. Catabaptizmum (!) et catabaptistas non omnino improbat. Hoffmanni dogma de carne Christi cælitus[e] delata primus invenit, etsi iam dissimulet. Vidi tamen literas Leoni nostro scriptas, in quibus asserit. Multa sunt illius hominis impia et seditiosa dogmata, quibus Leonem (tibi dictum putato) adeo turbarat, ut et illa non modica causa fuerit, quod Constantiam ierim. Sed sibi (Deo laus) restitutus Leo. Post acerrimam Schvenckfeldi increpationem ad finem epistolæ tandem adiecit: «Quia te spiritu Satanæ agi video, iam tibi extremum vale dico». Miror ego, quomodo versutus ille dæmon se magnorum amicitiis virorum insinuare possit. Hominem ex facie non novi. Multa eius epistolas ad Leonem et Carolstadium legi, quem utinam sibi non tam haberet familiarem! Sæpe me salutavit literis; ego vero hominis, utpote cuius ingenium mihi semper fuit suspectissimum, detrectavi amicitiam, quam semper timui exitialem fore aliquando viris bonis. Nec video, quid vel Zieglero vel Ioanni Sapido contulerit. Certe si verum est, quod audio, profecto doleo tantos viros tam turpiter et fœde commaculari. Nec Sebastianus Francus hanc picem nisi probe commaculatus deseret. Hæc vero maximo cum dolore scribo. Misere alias quatitur tentationibus ecclesia, ut hoc dissidio careret, nisi quosdam spiritus ageret factionis et superbiæ. Verum ita nobis vivis exemplis ob oculos revocat dominus veterem ecclesiæ historiam, qui et tentationi procul dubio felicem[f] dabit eventum. Tu curaveris, Vadiane vigilantissime, ne Dominicus noster, ad factiones natus et caput intricatissimum, hisce gerris et impostorum tricis prorsus illaqueetur. Periculum timeo; nihil certi scio. Svenckfeldius frequens et impudens est in scribendis literis et amicitia ambienda, maxime ubi sperat, se aliquid impetraturum. O miserum et hac parte pestiferum Argentoratum, e quo nobis tam inauspicatæ provolant aves! Sed satis dolori indultum hactenus.

Iam quid in concordia triadis sarcienda actum sit, paucis sic accipe. Consul Basileiensis inpræsentiarum nihil aliud postulavit, quam ut Tigurini condonent Bernatibus, si quid noxæ aut negligentiæ designarint; deinde comes et faciles sint, si de concordia christiana offeratur consilium. Responsum est unanimi diacosiorum consensu: Bernam amamus, nec ullum nobis in eos odium. Quod si illi negligentius quicquam egere,

condonamus facile nec recusamus audire, si quid nobis offeratur consilii etc. Speramus ergo, facile coalituros animos. Instigavimus præterea consulem, ne caussæ feliciter[f] cœptæ desint Basileienses. Scripsimus Bernam, per omnia sacra quosdam obtestati. Breviter, pii quique ominantur faustissime. Precor ergo dominum, ut fessis rebus dexter et mature auxiliares manus admoveat. De Solodorensibus 23. Decembris sic scripsit Berchtoldus: «Miseramus 4 legatos, qui caussam 8 exsulum[g] agerent et de verbi dei libertate, quemadmodum ipsi Solodorenses Helvetiorum legatis polliciti fuerant. Sed quod liberam verbi dei prædicationem attinebat, ne verbum quidem ex nostris audire dignabantur. Unde legati nostri re infecta redierunt. Interim monebamur, Solodorenses 14. Decembris sacrificulum nefandis[h] sacris præfecturos[i] parochiæ[k] Kriegstetten. Da aber die obren grycht dero vonn Bernn sind, und die von Solothurn selbs den handel deß gloubens malefitzisch halltend, illico[l] monebantur a senatu Solodorenses[m], ne facerent; sed et 300 viri in agro Bernensi ordinati, qui armata manu resisterent temerariis ausis, si secus fieri non posset. Id ubi Solodorenses resciverunt, legatum ablegant Lucernam. Quid is impetrarit, nescio. Hoc unum scio, quod 18. Decembris Solodorenses 4 legatos Bernam miserunt, qui verbis blandissimis coram senatu comparuerunt; qui prius Bernensium legatos audire dedignabantur, ultro offerentes, se permissuros, ut caussa exsulum[g] dirimatur. Interim verbi dei nullam mentionem habuerunt. Respondere nostri: se nolle quicquam agere in caussa exsulum[g], nisi et fidei negotium immisceatur; quod si fieri nequeat, iam nihil se acturos, maxime cum ita fieri flagitent ipsi exsules[g], homines pii et constantes. Addidit senatus, se palam conquesturum proximis Badenis comitiis, quod fidem violent et pacta rescindant». 28. Decembris idem sic scribit. «Misit nunc denuo senatus noster legationem ad Solodorenses propter exsules[g] et verbi libertatem. Non credis nec describi potest aut dici populi huius insania et impius furor. 25 pastores et verbi præcones amandarunt. Ex Alsatia et Brisgauvia turmatim advolant sacrificuli. Nulla est apud istos vel æquitatis vel veritatis ratio. Scribam brevi, quid actum sit. 57 cives iam ex Solodoro migrarunt. Jetzt fahend sy an und verbietents in der statt. Und so einer ye daruß will, heyssend sy in sin gůt werden und schetzen. Schetzt ers ze wolfeyl, so mag ims der næchst nach gelegtem pfandtschilling abzühen. Will er aber ye hinwëg, so můß er ye

von 10 gulden 1 gäben. Ich zeygs, wie es mir anzeygt ist. Sy bollwerckend häfftig in iro statt.» Hactenus Berchtoldus. Addidit et illud: «Tilomannus a quæsturæ officio[n] semotus est, surrogatus vero Franciscus Nägëli.»

Quæ de instituto regis Gallorum et pactis cum papa divinas, tam vera sunt, ut nihil umquam verius dictum sit, nempe quod ille Mediolanum ambit. Huius enim gratia Germaniæ proceres in Ferdinandum pro Wirtembergensi principe armat, ut Germanus miles Germanico bello impeditus Gallis Mediolanum diripiendum capiendumque libere cedat. De Helvetiis nulla illi cura maior, ni adversa illi ferant arma. Satis illi, nos inter nos dissere[o]; quamquam non dubitem, pensionarios nihil non tentaturos. Fortassis abutentur famis occasione et misera maleque suada vulgi pauperie. Nos tamen non cessabimus nostros dehortari, nec senatus noster cessabit. Quod si omnino exercitus educatur, fortassis in fatis est, ut iustissimus deus et impium pontificem et fastu luxuque perditum regem una cum avarissimis sceleratissimisque satellitibus semel fundere funditusque delere velit. Dominus non sinet inultum iam tot annis effusum sanguinem innoxium. Verum audi, quod mirabere: Bernates legationem amandarunt ad Gallorum regem, consulem a Wattenwyl et Wingarterum. De ea legatione sic scripsit Berchtoldus: «Rediit consul a rege. Non autem petimus auxilium ab Assyriorum rege; sed pacem iam dudum pactam servari volumus. Defertur fides nostra perfidiæ et seditionis, maxime nunc exemplo Solodorensium. Ne ergo hostes sentiremus, quos amicos credebamus, missa est legatio; legationis occasionem silebo. Caussam habes et, quod petitum est, impetratum audio. Plura non licet. Hæc autem soli tibi scripserim.» Hactenus Berchtoldus. Nec ego plura nunc potui. Tu si quid ex Augusta habes, indica. In cœpto opere labora et me tibi commendatum habe. Vive et vale. 3. Ianuarii, hora noctis 10. 1534.

Heinricus tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, amico imprimis charo et sincero[p].

a) „claussa“. — b) „auth-“. — c) „æ“ für „e“. — d) „ext-“. — e) „œ“ für „æ“. — f) „fœl-“. — g) „exul-“. — h) „neph-“. i) — „-urum“. — k) „parr-“. — l) „ilico“. — m) Am Rande mit Verweisungszeichen „a Bernatibus“; wohl erläuternder Zusatz Bullingers. — n) „t“ für „c“. — o) Für „dissentire“ verschrieben? — p) „syn-“.

1) Vgl. oben, Brief 730.

753. III 178.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1534. Januar 8.

Ursache seines Schreibens. Ruhe in Oberitalien. Vadians Commentar zur Apostelgeschichte. Unbefriedigende Zustände in Cur.

Gratiam[a)] et pacem Christi precatur. Hac prorsus causa, doctissime Vadiane, ad te literas meas aridas adeoque rudes mitto, ut tuæ Humanitati felicissimo mutuo eruditas ac suculentas[b)] extraham. Nam quum per hunc autumnum una alteraque vicibus Sanctogallenses Curiæ tuis literis vacuos vidissem, subverebar, me aliqua ex parte mea ruditate vel negligentia candorem tuum offendisse. Gaudebam igitur summopere, quum mihi se tam idoneus tabellarius offerret, ut tuam solitam alacritatem vel importunius pulsitando excitarem. — Ex Insubria, immo[c)] ex tota Italia nihil audimus narratu dignum. Omnia pacata sunt apud illos ideoque ad solita redeunt flagitia.

Retulit mihi quidam pietatis et eruditionis fautor, tuam Celsitudinem commentarios[d)] in Acta Apostolorum[2]) adornasse ac protinus ex typographi[e)] officina egressurum opus. Congratulor itaque fidei tuæ et charitati, qui eruditionis[a)] tuę dona divinitus tibi concessa nobis indigentibus impartiri non detrecteris. Insuper etiam fere cum tædio exspecto[f)], quando oculis meis inspiciam. — De evangelii profectu apud nos scio Sinceritatem tuam cupidissime audituram; at nihil habeo, quod scribam. Eodem modo habemus: nihil accedit Christi partibus nihilque decedit, nisi quod tepidiores sumus in dies. Deus sua gratia[a)] causæ suæ et nostræ subveniat, qui et te conservare dignetur salvum anima et corpore. Amen. Ex Rhætorum[g)] Curia, 8. die Ianuarii. 1534.

Tibi deditus *Ioannes Comander,*
Cur(iensis) contionator.

Clarissimo prudentissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli dignissimo suoque do*mino et* amico.

a) „c" für „t". — b) „succ-". — c) „imo". — d) „coment-". — e) „tipo-". — f) „exp-". — g) „e" für „æ".

1) Vgl. IV, Brief 468. — 2) Die „Epitome".

III 182.

754.

Martin Bucer[1]) an Vadian.

Strassburg. 1534. Januar 20.

Die Zustände in Strassburg. Zurückweisung des Reichskammergerichts in Sachen der Klostereinkünfte. Übersendung eines neulich herausgegebenen Briefs[2]).

Gratia domini, vir amplissime. Ut res illic habeant, scire percupio. Nostræ tolerabiles sunt, nisi quod furor hæreticorum[a)] nimium promovet, quanquam illum dominus magnifice etiam prodit sanctis suis. Noster episcopus nostros, alii ecclesiastici alios in nostro fœdere vexarunt aliquamdiu apud iudices Cæsareos, quos vocant cameræ, ob proventus aliquorum monasteriorum. Nostri obiecerunt pacem a Cæsare constitutam vel indutias[b)], si mavis, eaque exceptione et aliis reiicere hos iudices conati sunt, sed hactenus frustra. Nunc ergo eos per communem legationem in totum reiiciunt, in huiusmodi dumtaxat caussis ut merito nobis suspectos de iniquitate ob religionis diversum studium. Dominus donet, ut omnia cadant ad gloriam eius! Nostri quidem præter ea, quæ insumuntur in superstites cœnobitas, omnia vel in alimentum pauperum vel studiorum sumptus converterunt, ærario ne teruncio quidem addito. Alii ut omnia dispensent, nescio. De quibusdam feruntur, quæ gravatim audio. Puram optarim caussam Christi a nobis agi. Dominus sit vobiscum. Mitto epistolam, quam nuper edidi[c)], signum animi[d)] D(ominationis) t(uæ) memoris. Dominus doceat nos vias suas! Argentinæ, 20. Ianuarii MDXXXIIII. Commendes me fratribus et amicis.

D. T. addictissimus *M(artinus) Bucerus*[c)] tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, medico et omnis melioris eruditionis antistiti doctissimo, viro *con*sulari reipublicæ Sangallensis, *patrono suo* singulariter observando.

a) „e" für „æ". — b) „c" für „t". — c) „ç" für „e". — d) „an" mit Abkürzungsstrich.

[1]) Vgl. IV, Brief 506. — [2]) Ohne Zweifel die Schrift: Quid de Baptismate infantium iuxta scripturas Dei sentiendum etc., die vom December 1533 datiert ist.

II 183.

755.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1534. Februar 12.

Die Veräusserung der Tafeln[2]). Sorgfältige Verwahrung der Briefe Vadians. Feste Haltung des Rats und Volks zur ersten Basler Confession. Übersendung der gedruckten Confession und deren Empfehlung durch die Zunftmeister in Abschrift. Politische Nachrichten.

Gratia et pax a deo per Christum etc. — De fide ac diligentia tua, quam adhibes pro tabulis meis distrahendis, nihil est apudm e diffidentię,

nec velim te, alioqui gravioribus negotiis[a] plus satis distentum, nimis esse in hac re anxium. Dabit deus aliquando occasionem, etiam nobis non sperantibus, ut rebus meis consulatur. Litteras tuas bona fide a me custodiri ac sanctissimarum reliquiarum loco haberi ne diffidas; nemini communico præterquam[b] optimis et eximiis viris, reipublicæ tum profanę[c], tum ecclesiasticę devotissimis et tibi deditissimis, domino Myconio et Iacobo Meyer, consuli, quibuscum et ferme solis hæc conferre oportet. Propterea Myconio persuasi, ut ipse tibi scribat, nimirum doctus docto, ne meis nugis te gravare esset opus. Evangelium apud nos (laus deo!) non omnino infeliciter[d] currit; nam his diebus senatus noster iterum evangelio et multo religiosius quam unquam antea se devovit, in hunc ferme modum: inprimis curatum est, ut excerperetur epitome ex tota nostra reformatione et præcipuis articulis hodiernę nostræ religionis, hoc est orthodoxę fidei catholicę, et pręlegeretur in pleno senatus conventu, studiosius ad hoc convocato. Deinde facta est per supremum magistratum præsidentem viritim inquisitio, si quis forte esset, cui hæc fidei confessio non per omnia et in omnibus satisfaceret et qui non ex animo promptus esset, hanc confessionem usque ad sanguinem tutari. Cum autem nemo esset, qui aperte aliter se esse persuasum confiteretur, decretum est, ut talis inquisitio etiam per omnia civitatis collegia a singulis civibus extorqueretur, si forte, deo favente, sic fieri posset, ut tandem in religionis consensu coalesceremus. Hęc omnia quo magis tibi sint perspicua, mitto confessionem impressam; deinde et in gratiam tuam pręfationem, quam tribuni plebis singuli in suis collegiis, quorum sunt 15, ante confessionis lectionem et inquisitionem pręmiserunt, transscripsi. Dictu mirum et difficile creditu: per totam civitatem non sunt reperti ultra 5, qui reluctarentur. Reliquum est, ne gratiam hanc dei mirificam in vanum acceperimus, et proinde vigilandum nobis et orandum, ut ex puro corde, conscientia bona et fide non simulata hæc proficiscantur, et ut vitę innocentia id præstemus, quod ore confessi sumus. De fœdere Svevico nihil habemus, quod te latere existimem. Ceterum in comitiis[e] Spirensibus sub hæc tempora habitis a principibus et civitatibus christianis quid actum sit, hodierno die ex litteris ab Argentorato domino Iacobo Meyer, consuli nostro, missis didici, quas verbotim tibi descripsi, ut et tu plene omnia videas. Principem Cattorum aiunt cum 40 equitibus commigrasse ad Nanse Lotheringię, illic cum rege Gallorum acturus nescio quid. Divinant

quidam, contra Helvetios quiddam tentaturos. Omnia bene vertat deus! Fratrum et ecclesię vestrę precibus nos et ecclesiam nostram commendamus. Dominus Iacobus Meyer officiose tuam Humanitatem salvere iussit, et ego, ut me, quemadmodum hactenus consuevisti, quam commendatissimum habeas, rogo. Vale cum familia tua universa. Basileę, XII. Februarii, anno XXXIIII.

Marcus Bersius tuus.

Incomparabili viro domino *Ioachimo* Vadiano, consuli San*gallensi* dignissimo, domino suo *observando*.

a) „c" für „t". — b) „e" für „æ". — c) „proph-". — d) „infœl-". — e) „comm-".

1) Vgl. IV, Brief 508. — 2) Vgl. IV, Briefe 536, 541, 556, 585.

III 184.

756.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1534. Februar 26.

Freude über die guten Nachrichten aus St. Gallen. Bitte, die verzögerte Ausgabe der Epitome zu fördern. Entfernung des Seckelmeisters Tilmann, des Schultheissen von Diesbach und des Fenners Grafenried aus dem Rat. Vorsichtige Haltung des Rats. Schulvorstellung der bernischen Jugend vor den schweizerischen Gesandten. Gutes Befinden der Geistlichen in Bern. Tod des Sebastian Hofmeister in Zofingen. Bernische Gesandtschaft nach Genf. Auftreten eines Dominicaners aus Paris[2]) gegen die evangelische Religion und Farel in Genf.

Gratiam et pacem a domino. Literas tuas summa retulit diligentia legatus vester, vir omnibus nominibus et pius et prudens, quibus et valetudinem tuam bonam et amorem quoque in me tuum sub summo etiam et diutino silentio integrum intellexi; id quod mihi omnium semper gratissimum fuit. Nec minus me etiam exhilaravit constans evangelii cursus apud vos, quem ut dominus per te ceterosque[a)] cooperarios cœpit[b)], ita pro bonitate sua feliciter[c)] perficiat. Unum est, quod admirari non desino: cur tam diu tot fratres suspendas eruditissima illa tua Epitome; — citra adulationem me scribere novit dominus. Non est, quod nos, harum rerum imperiti, post Bullingeri Commentarios plus desideremus. Expostulavi sæpius[d)] cum typographo; is omnem in te reiicit operis procrastinationem. Num id occupationes tuę faciant aut cœpti[e)] operis alia quadam causa pęnituerit, profecto ignoro. Quicquid id sit, quod te remoratur, posthabitum deinde cures, ne tot ecclesiarum ministri, immo et harum rerum citra sacrorum lectionem studiosi, tanto Vadiani thesauro et labore priventur. Ante annos aliquot, dum et ipse pro contione Lucam

tractarem, Fridboldius vester nonnihil a te impetraturum pollicebatur, quicquid apud tuos prælegebas. Obsecro igitur per Christum, cui etiam sanctius gratificari non poteris, quam ut pro tua in huiusmodi tractandis dexteritate nos adiuves et amplius moram morę non nectas, ne, cum mortalis sis, immortali hoc opere nos prives. Ceterum[a] quod ad res nostras attinet: salva est respublica tam christiana quam civilis, et utinam omnia revera sint tam constantia, quam pia et religiosa videntur! Quęstor Tilemannus, tibi probe cognitus, ab officio quęsturę ob eius officii vicissitudinem, deinde ex senatorio ordine utroque amotus, quod citra legationis suę commissionem verbis quibusdam animos piorum Salodorensium infregerit, proinde consul a Diesbach et Pandaretus Grafenried, quod quisque muneris loco a comite quodam[f] 10 coronatos accepisse fertur. Doleo istorum omnium casum. Quęstor antiquus totus est valetudinarius; reliqui in senatu nostro, tametsi ętate iuvenes, satis tamen prudentię et constantię prę se ferunt. In hoc sumus perpetui pro contione, ut diligenter et circumspecte omnia agant, ne quid temere et pręcipiti consilio; deinde, quantum in iis est, cum omnibus pacem servent et exhibeant, modo dei glorię nihil decedat; bellum primi nequaquam suscipiant cum quoquam et, cum omnino propulsanda sit armis iniuria, pacis bona et belli mala conferant; pericula temporum et suorum perpendant, qui tam facile animos a magistratu avertunt; dum maxime in pericula ventum fuerit, in numerato habeant belli nervos; hostis animum et pręsidia cogitent: quam incertus belli eventus, victos pœna[g] quam grandis nos maneat, prior calamitas quantum hostis conatus auxerit, nostros vero deiecerit, et si qua sunt similia; tandem, dum iustam causam habuerint dominoque poscente supplicium, non metu et amore sui deficiant, ne iniquam pacem, omni bello infeliciorem[h], suscipere cogantur; respiciant fidei et sinceritatis[i] multorum naufragium. Sed quid quottidianis illis inhortationibus tum etiam ad preces et resipiscentiam effecerimus, referet, ubi voles, legatus vester, vir omnino ut pius, ita non malus. Quod ad scolas (!) et studia spectat: dedit iuventus nostra specimen studiorum coram Helvetiorum legatis; de iis et vester referet. Valemus symmyste[k] et ministri omnes recte. D. Sebastianus Zofingę ad superos migravit. De Gallis nihil penitus possum scribere. De Gebennensibus id habe: senatus noster prima Ianuarii 4 legatos illuc misit pro repetundis stipendiis urbi nostrę debitis; hi nondum rediere. Interim cum Dominicaster quidam Parisinus

immodicas[l] calumnias effudisset in religionem nostram et Farellum, vocatus a nostris in ius palinodiam cecinit; Farellus vero illic palam, scilicet in civium ędibus, evangelium constantissime docet. Dominus novit, quid illic sit futurum; — reliqua, quorum desiderio teneris, legatus. Nunc receptui canam ea lege, ne amplius tam diu sileas et ministros vestros omnium nostrum nomine salutes. Salutant et te pii omnes. Fefellit nos spes nostra; te enim venturum credebamus. Vale. Bernę, XXVI. Februarii, anno XXXIIII.

Tuus ex animo, quantulus est, *Berchtoldus Hallerus*.

Eximię pietatis, eruditionis et prudentię viro, D. Ioachimo Vadiano, apud S. Gallum patricio, suo maiori cum primis observando.

a) „cęt-". — b) „cepit". — c) „fęl-". — d) „e" für „æ". — e) „cępti". — f) Folgt „quisque", irrtümlich wiederholt. — g) „pęna". — h) „infęl-". — i) „syncęr-". — k) „symmistę". — l) „immas" mit Abkürzungsstrich, eher als „innuas = innumeras".

1) Vgl. III, Brief 434. — 2) Guido Furbity, Doctor der Sorbonne.

Stadt-A. Strassburg.

757.

Vadian an Martin Bucer.

St. Gallen. 1534. März 1.

Zurückweisung des Reichskammergerichts. Die Zustände in Genf, Freiburg und St. Gallen. Dank für ein Buch über die Kindertaufe. Bitte um weitere Bücher zu Handen des savoiischen Geheimrats Joachim Zasius.

S. Non potuissent nostri compositæ papistarum factioni aptius contravenire[a], quam summo illo iure cameræ recusando, a cuius perpetuis vibicibus alioqui nulla erant remedia; quamquam lex etiam naturę caveat, ut lite durante nihil nobis earum rerum vendicemus, de quibus nondum est per sententiam definitum[b], et satis illos admonere potuisset Cæsaris æquanimitas, concilium pollicentis, si tam æqui rationem habere, quam agere pro libidine libuisset. Puto vero, accepisse te de rebus Gebennensium et Pharelli nostri magnanimitate. Parum abfuit, quin sæva proditione nostri omnes interierint; in hanc enim lanienam audio etiam Friburgios conspirasse. Sed domini voluntate factum, ut nostris vincentibus illi succumbant et scelerum etiam dent pœnas. Probe habent reliqua apud nos, utcunque tumultuantibus adversariis. Petimur quidem calumniis, neque est ullus finis sycophantiarum; sed discimus cottidie magis ac magis, Christum professis non alia in hoc tam malo sæculo obtingere posse, quin hoc magis nos ad Christi disciplinam accedere, quo frequentius id mole-

stiarum genus ingruit. Magistro non pepercere, non parsuri sunt discipulis. Abbas noster in ius nos trahit, sed adeo præfracte et temere, ut spes affulgeat, nos (hoc) præclarius triumphaturos, quo ab illo haud satis armato audacius inconsultiusque petimur. — Ago tuæ Dominationi amplissimas gratias de libro pædobaptismatis ad me misso. Utinam his telis comminus pugnare datum nobis fuisset, quum in horum ferendis insultibus vix sufficeremus; sed tanta illorum obstinacia est, ut subinde repetitis præliis veniant conficiendi. Ioachimus Zasius, principis Sabaudiæ a secretis, magnas nuper mihi gratias egit ob missos ad se tuos in Psalterium commentarios, præterea et in evangelistas. Exspectat[c] avidissime, quæ in Philippenses edidisti[d]. Proinde oro, ut harum tabellioni ea ipsa ad me perferenda tribuas, et si quid habes, quod ad hominis tam tuarum lucubrationum amantis stomachum facturum putaris, velim itidem mitteres et pretium[e] una indicares. Non dubita, dissolutum iri liberaliter, quod debebitur. Cupio interim te cum uxore, liberis nostrisque fratribus in Christo domino valere. Sangalli, Kalendis[f] Martiis, anno MDXXXIIII.

Ioachimus Vadianus.

Zasius scribit, Taurini iam libere prædicari evangelion.

*Clar*issimo viro D. Martino *Bucero*, *in*clytæ ecclesiæ *Argen*-*t*oratensis doctori, *amico* et domino colendissimo.

Darunter von anderer — Bucers? — Hand: « Redditæ sunt 25. Martii 1534 ».

a) „contro-" — b) Scheint aus „deff-" corrigiert. — c) „exp-". — d) „æd-". — e) „c" für „t". — f) „Cal-".

758. XI 36.

Jakob Bedrotus[1]) an Vadian.

(Strassburg. 1534.) März 16.

Übersendung einer neuen Schrift. Nachrichten über (Jakob) Ziegler und Anton Engelbrecht.

S. Ne te salutationis tuæ pæniteat[a], ex animo te resaluto, mi prę-ceptor, atque adeo cum fænore[b], additis scilicet, quas nuntius[c] adfert, nugis de barba, recens hic excusis. Scribendi de rebus nostris labore me Bucerus levat, et negotia alioqui tua, quominus ad te scribam prolixius, in causa sunt. De Zieglero meminisse quædam nunc visum est, ne non tibi sit antidotum adversus calumnias istius, quibus indubie nostros homines apud te etiam infamaturus est.

Strenue dedimus operam omnes quisque pro se, quo viro isti, et seni et doctrinæ opinione utcunque celebri, hic prospiceretur, nec desierunt Capito inprimis ac Bucerus apud senatum, qua recte, qua oblique,

instare, donec 100 florenorum stipendium ei impetraretur, idque nulla aut legendi aut aliis rationibus huic reipublicæ inserviendi necessitate iniuncta. Ecce vero hominis ingratitudinem, quum nihil minus suspicaremur! Synodo hic ante semestre tempus celebrata libellum scripsit virulentum, quo non solum contionatores[c] de ipso optime meritos, sed et magistratum lacerat. Quod ut faceret partim adductus est arrogantia insana, prę suis fortibus consiliis omnia contemnens, partim quorundam impiorum et factiosorum consuetudine, qui nihil minus ferre possunt quam disciplinam ecclesiasticam, cui synodo et aliis constitutionibus vere christianis viam parari subolfecerunt. Verum paucis accipe, quid actum sit. Simulatque libellum pulchre descriptum forte fortuna adepti sunt contionatores[c], privatim cum auctore[d] expostulare voluerunt, arbitris adhibitis Sturmio et Pharrero, viris summis et Ziegleri patronis. Verum hic indignos iudicavit contionatores[c], quibuscum vel commutaret verbum, eamque pertinaciam dicam an fastum prę se tulit, ut arbitri, quamlibet alioqui dissidii componendi studiosi essent, operam tamen se ludere omnem viderent. Rem igitur, quæ iam vulgari sensim cœpit[e], senatui proponunt. Is cum decrevisset, ab ipso scripti rationem exigendam, antequam vocaretur, per nescio quem admonitus aut sibi alioqui non optime conscius, Badam Marchionis concessit. Viatore frustra ipsum aliquoties domi suæ quærente[f], indidem literas scripsit ad senatum, cupiens scire, curnam vocatus sit. Quia vero literæ nondum lectæ sunt, quid futurum sit, nescio; sed tu, vir prudens, facile divinare potes exitum.

Consiliorum socios quos habuerit, nemo hic ignorat. Unum indicasse tibi nunc satis est: Antonium scilicet Engentinum, quondam suffraganeum Spirensem, apud nos vero in nonum annum ecclesiæ d(ivi) Stephani contionatorem[c], quem nuper senatus exauctoravit[g], hominem sane ex mero Pharisaismo conflatum, sed qui se iam pulchre prodit. Homines sunt istius sodalicii, quibus cum Epicureis, anabaptistis, pontificiis egregie convenit; verum nostros ferre non possunt. Adiicere multa institueram; sed nuntius[c] exspectare[h] commode non potuit et mihi adeunda erat lectio momento isto. Ex Bucero aut Capitone alia intelliges. Protasin fabulæ ac epitasin habes; catastrophen, quum nondum sit lusa, audies brevi. Tu vale, mi præceptor humanissime. Relegere non vacavit; tu igitur mendas boni consule. 16. Martii. *Bedrotus.*

(Adresse fehlt.)

a) „pœn-". — b) „fœn-". — c) „ci" für „ti". — d) „authore". — e) „cępit". — f) „e" für „æ". — g) „exauto-". — h) „exp-".

¹) Vgl. IV, Brief 471. — Die in dem Briefe erwähnte Synode fand im Juni 1533 statt, die Absetzung Anton Engelbrechts als Prediger der St. Stephanskirche im Frühjahr 1534; s. Rathgeber, Strassburg im 16. Jahrhundert S. 194—198. Der Brief fällt daher auf den 16. März 1534.

Walther Klarer an Vadian. Urnäsch. (1534.) März 16. II 256.

Krankheit des Wolfgang Zimmermann. Klarer stellt seinen Besuch bei Vadian in Aussicht und bittet um Nachrichten.

(IV. Brief 447. — Mitteilungen XXVIII. S. 14 und 386.)

759.

Staats-A. Zürich. EII. 342. 25.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1534. März 17.

Die Verurteilung Ammann Voglers zu einer Geldstrafe. Überschickt seinen Commentar zum Petrusbrief und bittet um Beförderung der Ausgabe von Vadians Epitome. Stoll wird nach Bern gesandt.

Gratiam et pacem a domino. Voglerus ille noster, quem tu mihi commendabas, præter ius et fas[a]) mulctatus est, et in mulctam illam coactus est nuntius[b]) ille noster consentire, nisi calamitosius quidpiam tergiversatione sua voluit admittere. Ita suffragiorum pluralitate vincimur adeoque et in res fœdas a turpissimis istis rapimur, ut provinciales isti miseri a nobis vel prorsus deserendi illorumque libidini relinquendi sint vel præter meritum plectendi, ne illorum tyrannide prorsus conterantur. O indignum facinus et quod ista in gente libera videre cogimur! Sed hæc ego mecum in dies deploro frustra, cum illud malum tam alte egerit radices, ut non possit nisi ferro exscindi[c]). Dominus ille omnipotens vindex et ultor mali Israelem redimat! — Mitto tibi Commentarios nostros in epistolam Petri utramque, effusos verius quam scriptos in hisce negotiorum turbis. Quam vero optarem Epitomen[d]) illam tuam hodie esse editam[e])! Sed et nunc quoque, oro, editionem[e]) matures.

De rebus nostris nil possum certi scribere. Mittitur hodie Bernam Stollius, at cuius rei gratia, nondum potui explorare. Vale et me, ut facis, ama. 17. Martii 1534.

H(einricus) Bullingerus tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, domino suo plurimum observando.

a) „phas". — b) „c" für „t". — c) „exc-". — d) „Epitome" mit Abkürzungsstrich über dem „e". — e) „æd-".

[1]) Vgl. oben, Brief 730.

III 186.

760.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1534. März 17.

Empfehlung eines Schwend. Verpflichtung gegen Vadian. Übersendung seines Katechismus gegen ein Exemplar von Vadians Commentar zur Apostelgeschichte (Epitome).

Gratiam et pacem a deo patre per Christum. — Commendas mihi Schwendium nostrum, vir clarissime, neque id sine fructu aut frustra; quem enim iamdudum dilexi, commendatione tanti viri et amici plus diligo. Quid enim apud me non impetraret Vadianus meus, tot iam annis pater et benefactor Leoni? in cuius gratiam quidquid præstiterim, debitum esse agnosco. Verumtamen votum tam pium utriusque metuo[a]) ne facultas mea destituat aut fallat. In hoc enim omnes fallimus (si iudicio non fallor), quod, quum omnes diligamus, pauci tamen dilectioni respondent. Dicam planius, quid velim. Diligimus omnes verbo quidem et lingua, opere et veritate nemo. Utcunque de aliis mentiar, de me hoc certo affirmare ausim. Metam a deo propositam imbecillitas nostra non assequitur. Adsit[b]) ergo nobis gratia per Christum, quem typum perfectissimum o utinam aliquando exprimamus! Eximat dominus cupiditatem rerum et charitatem, cœleste illud donum, inserat!

Catechismi exemplar misissem Vadiano meo, nisi indignum tanto viro existimassem. Sed posteaquam audio, tibi libellum hunc probari, mitto unum, et petis unum, sed hac lege, ut doctissimorum commentariorum, quæ in Acta scripsisti[2]), unum mihi, quum fuerint absoluta, impartias, plumbeum nummum aureo permutans. Tu vale, clarissime vir, et Leonem tuum commendatum habe. Ex Tiguro, 17. Martii[c]) 1534.

Leo Jud, tuus ex animo.

Clarissimo viro Ioachimo Vadiano, consuli Sanctogallensium prudentissimo, patrono optimo et charissimo.

a) „mœtuo". — b) „Assit". — c) „c" für „t".

[1]) Vgl. III, Brief 370. — [2]) Es ist wieder die „Epitome" gemeint.

761. III 189.

Oswald Myconius[1]) an Vadian.

Basel. 1534. März 24.

Freude über den Brief Vadians. Die schwierige Lage der Zürcher. Abschied der jüngsten, von Basel nicht besuchten Tagsatzung. Einladung an die Basler zur nächsten Tagsatzung. Mahnung Vadians an die Basler. Visitation der bernischen Schulen durch Simon Sulzer. Nachrichten aus Frankreich.

S. Quid putas, virorum excellentissime, gratius potuisse mihi litteris tuis obvenire? tanti viri, tam chari, tam venerandi? Utinam sine molestia frequenter ita me exhilarares! Id quod tamen vel ideo non audeo petere, quod intelligam, quam te negotiosum[a)] reddant, quæ gerenda sunt ab officio. Nihilominus gaudeo, quia vel semel tantum est otii[a)] datum, ut mecum colloquereris. De rebus Tigurinorum subinde me monent amici, sed nunquam aliter, quam solent desperabundi fere. Unum dicunt, quod adhuc eos sustinet Christi libera prædicatio; alioqui Molossi coetus se favere pagis istis nihil dissimulat. Monuimus nuper quosdam magna de causa, ut in hoc essent, si senatus posset clancularius restitui; tum etenim esse, quæ cum illis possent agi magna et utilia. Verum rei difficultatem hinc facile cognovi, quod agrestibus promisit magistratus, deinceps ab illo se vacaturos. Nihilominus tamen spes est data, tanquam sint, quibus ea res futura sit curæ. Fuerunt superioribus diebus Tiguri præfectorum Bernensium quatuor animi gratia, quos boni viri, itidem et senatus rectissime habuerunt. Quid, si id quoque ad concordiæ bonum aliquid adhibeat momenti? Vellem, si quis esset, quem tuis posses impellere calcaribus ad illud negotii[a)], ne tardares. Consensus proximorum comitiorum[2]) ad nostrum senatum est transmissus; nam nostri non fuerunt præsentes. At quæ superbia, vide. Posteaquam blanditiis aliquantisper egerunt, tandem ut ventum est ad causam Salodorensium, scribunt, fœdera se, pacem et nuper initam cum iis civitatem servaturos, ut nihil constantius; tanquam hoc sit servare pacem, servare civitatem. An non pax ius novum istud excludit? Immo[b)] an non hoc ius pactum contra religionem nostram? Dum civitas est igitur, pax violata est. Equidem novi, mente superba nihil esse apud deum abominabilius. Mirum, quam diu toleraturus istorum sit inauditam insolentiam. Invitantur nostri ad comitia proxima; ponuntur articuli, quibus excitentur; nescio, quid fiat. Sunt boni viri, qui, si omnia forent in suis manibus, laboribus et pecuniæ parcerent; sunt alii meticu-

losi nimium vel maligniores, quibus nihil est cordi magis, quam istis obtemperare per omnia. Orabimus deum, ut per consultationes id fiat, quod erit saluberrimum. Adhortatio illa tua, qua doces, quomodo nostri continendi sint in officio, cui non esset grata? Quamvis enim hoc idem nobis omnibus sit magno studio, nihilominus nescio, quæ sit efficacia[c], dum quis a doctis et probis viris sic veluti stimulatur. Dabimus operam, ut per auxilium domini fiant omnia ad eius nominis sanctificationem quam diligentissime. Bernensium cura de litteris tanta est, ut hisce diebus miserint Simonem Sultzerum per omnem dicionem[d] ad ludos visitandos et, si quid desit, restituendos. Neque hoc clam te esse placuit. Quæ Marcus mittit, ex Parrhisiis data sunt ad pædagogum puerorum, qui foventur ex publico; quod dico, ne de veritate dubites. Ignis est in Galliis accensus semel, quicquid inde tandem sequatur. Res nostræ felicissime se habent, si deus, quod cœpit, tuebitur. Vale cum uxore et liberis feliciter et parce scriptioni tumultuariæ. Basileæ, XXIIII. Martii, anno XXXIIII.

Oswaldus Myconius, clientulus tuus.

Præcellentissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, præfecto Sanctogallensi, domino suo perquam observando.

a) „c" für „t". — b) „imo". — c) „effica cacia". — d) „t" für „c".

1) Vgl. I, Brief 105. — 2) Vom 10. März zu Baden.

Stadt-B. Zürich.

762.

Vadian[1]) (an Heinrich Bullinger?)

(St. Gallen.) 1534. (März 17. — Anfang Mai.)

Das Urteil eines französischen Gesandten über die politische Lage und seine Mitteilungen über die Zusammenkunft des Papsts mit dem König von Frankreich in Marseille. Bevorstehender Abschluss der Epitome.

S. Orator ille Gallicus, quo de ante ad te scripsi, homo est eximie doctus, fautor puritatis Christianismi, sed qui tamen moderatione aliqua restaurari veterem et dignam apostolica gravitate professionem religionis cuperet; nam curari morbum tot sæculis invectum orbi et qui corpus ecclesiæ velut lepra quædam, ut aiebat, occupavit, non nisi lente et cum moderatione appositis malagmatis posse existimabat. Locutum sese cum ipso pontifice aiebat Massiliæ (fuit enim continuo biennio orator et legatus sui regis nomine in pontificis aula, ut plane mores Romanenses ad unguem didicerit) ac multa de concilio, concordia ecclesiastica deque

abrogandis quibusdam, quæ parum circumspecte longus abusus invexit. Papam aiebat fateri, in missa esse, quod displiceat; ideo commode eam haud abrogari quidem, sed limari et accommodam veteri usui adeoque meliorem reddi posse dixisse. Ego quærebam, num de privata missa cum papa egerit, quam constet nil aliud esse quam fœdum et ad lucrum institutum abusum dominicæ cænæ[a]. Aiebat, in genere de missa disputatum esse neque hoc animo pontificem videri, qui sit abrogationem admissurus, sed ut alio ritu peragatur permissurus. Miser enim videt, quantum huic debeat, cui et opes et regnum acceptum refert; sed quia non habet, quo defendat confessum errorem, fuco interim pergit vulpinari, ut daturus quædam videatur, quædam non permissurus, quasi vero ex eius nutu ac non potius scripturarum et fidei præscripto de illa abominatione censendum sit. De concilio adeo se difficilem præbuit, ut, nisi in Italia suisque aut Cæsaris urbium aliqua celebrandum recipiatur, nullo pacto consensurus sit; quare mirum, quid de se suisque partibus sibi polliceatur, si ad lucem illam doctrinæ apostolicæ sit prodeundum et ea arbitrante definiendum. Palam indicavit; lucifuga enim est, pessime conscius sibi. Sed audi mirum: regem primo statim congressu adortus, deliberandum proposuit, num paratis viribus, conscribendo milite, paranda expeditione, Cæsare et selectis piisque Germaniæ principibus adiuvantibus, Zwingliani Lutheranique opprimendi veniant, quo exempli atrocitate territi reliqui ad obedientiam Romanæ ecclesiæ festinent et retineri religio vera vetusque possit; nec obscure significavit ad hoc se multorum auxiliis accinctum, modo Gallus suam operam non detrectarit. Ibi a Gallo responsum est: non videri sibi, e re pietatis aut concordiæ religionis futurum, ut — quoniam e nata nuper dissensione articulorum aliquot locorumque scripturæ et Zwingliani et Lutherani scripturam appellent et clamitent, nihil se magis cupere, quam ut scriptura iudice summa litis decidatur — ab hoc medio (sic aiebat ille) ad arma aut vim ullam capessendam[b] declinare; hac enim re suspecta, dixit rex, eorum religio fieret, qui non scripturis, sed armis suam fidem tueri pergerent. Ea de re optimum factum sibi videri, ut papa libero neque ulla suspicione odibili concilio primum, quod nostræ fidei et catholicæ ecclesiæ consonum sit, optimorum et doctissimorum consensu excutiat et decernat. Ubi id factum sit et plane iam constet, quid ceu pium et consonum ecclesiæ in tantis dissensionum iurgiis synodus legitime congregata receperit, tum demum paratum se fore ad tuendum, quod hoc

modo receptum decretum exstiterit[c)], sed et ad coercendum rebelles pari studio sese nullis sumptibus parsurum. Id papa responsum haud lubens accepit, et aliquorum suggestione actum ita negotium[d)] est, ut de rege persuadendo irritandoque multum ille spei, quanquam frustra, conceperit[e)]; sed immobilis ille perstitit. Quod qua causa et quorum adhibitis consiliis factum sit, iam primum liquet, quum Gallum videmus Hesso et Saxoni tantopere fœderatum. Præterea sic attemperatum negotium[d)], ut conscias etiam urbes, qui (!) sunt a Christo, rerum omnium esse nec abhorrere a Galli conatibus verosimile putem. Tantum abest, ut quisquam admodum timeat, in nos conspiratum aut contra religionem nostram illos hanc telam esse orsos, quanquam nemo in re tanta, quid liquido animis principum insideat, potest deprehendere. Certum tamen, nihil papæ molestius esse, quam quod timet, de gradu sese repente iri præcipitatum, si ulli synodo libertas fiat ex vero decernendi. Novit enim, quibus artibus res suæ creverint, nec habet pauper, quo sese defendat, si armis et factionibus cauponari infelix aliquod bellum non liceat. Hæc habui, quæ ex maximis (!) illius viri propemodum ore concepta ad te scriberem; quibus Massiliensem illum triumphum coniunxi, quo te vel occupatissimum oblectarem etiam spectro cathedra Petri digno. O tempora, o mores! Sed habe persuasum tibi, papæ apud Massiliam egregia data verba esse neque ulli seni magis ulla in fabula illusum. Vale et, si lubet, amicis istæc[f)] concredito, sed fidis. Omnia enim Corycæis[g)] plena. Epitomen perducam ad finem brevi favente domino. Anno MDXXXIIII.

(Unterschrift und Adresse fehlen.)

a) „œ" für „æ". — b) „capesc-". — c) „extit-". — d) „c" für „t". — e) „concœp-". — f) „isthæc". — g) „Coric-".

[1]) Vgl. I, Register, unter «Vadianus». — Der Brief ist als Copie von unbekannter Hand in Msc. Band F. 81 der Zürcher Stadtbibliothek eingetragen, mitten unter grossenteils eigenhändigen Copien des Myconius, der auch vorstehendem Brief die Schlussnotiz — Epitomen etc. —, sowie das Datum beigesetzt hat. Die Unterschrift fehlt, ebenso die Adresse.

Dass Vadian der Schreiber des Briefs war, geht wohl unzweifelhaft aus der Notiz über die Epitome hervor, und die Bitte um Beförderung der Ausgabe der Epitome in Bullingers Brief vom 17. März, und die Erwähnung des Versprechens der Epitome im nachfolgenden Briefe Bullingers führt uns zu der Vermutung, dass Bullinger der ursprüngliche Empfänger des Briefs gewesen sei und ihn — entsprechend der Aufforderung: «amicis isthæc concredito» — dem Myconius mitgeteilt habe, der dann die Copie für sich anfertigen liess. Es ergäbe sich demnach als näheres Datum die Zeit vom 17. März bis Anfang Mai. Die Zusammenkunft zwischen Clemens VII. und Franz I. in Marseille fand schon im October/November 1533 statt.

763. III 274.

Georg Binder[1]) an Vadian.

Zürich. 1534. April 4.

Dringende Bitte, ihm die Commentarien des Johannes Fannensis zu den Fasten des Ovid zu verschaffen. Ermunterung, das Werk über die Apostelgeschichte zu beschleunigen, mit Erbietung seiner Mitarbeit.

Amantissime Vadiane, quod iam sępius rogavi, iterum rogo: ut nobis Commentaria Ioannis Fannensis in libros Fastorum Ovidii impartiri non dedigneris. Spero enim, me non sine fructu meorum discipulorum in hisce libris doctissimis operam collocare. Tu modo nobis non desis et, si quid amplius habes, quo nobis opus fore speras in eis evolvendis, enixissime peto, ne nos celes. Interea opus tuum Actorum matures[2]; plures enim, quibus illud commendavimus[a], magno desiderio[b] exspectant[c]. Si tantum mihi a ludo meo vacaret, conarer ego, singulis regionibus suas appingere tabulas ex Ptolemęo, quemadmodum Zieglerus; sed in hac re iterum tua opera et consilio opus foret. Quare, si quid visum fuerit, quod tibi mea ars præstare potest, iube atque impera. Vale cum uxore et liberis, præceptor omnium colendissime. Tiguri, Sabbato τοῦ פֶּסַח, anno etc. 34.

Georgius Binderus.

Præstantissimo viro D. Ioachimo Vadiano, pręceptori suo observandissimo.

a) „comend-". — b) „desyd-". — c) „exp-".

[1]) Vgl. II, Brief 129, und III Nachträge, Brief 85. Der Anfang und das volle Datum dieses Briefs lassen doch Zweifel darüber entstehen, ob das Datum von Brief 662 — s. oben S. 32 — richtig ergänzt worden und ob nicht dort, wie hier, als Jahresdatum «1534» anzunehmen sei. — [2]) Unter den «Acta» ist hier die Epitome zu verstehen, die nach der Vorrede wesentlich ein Commentar zur Apostelgeschichte sein sollte.

764. III 190.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1534. April 17.

Würtembergische Rüstungen und Gegenrüstungen. Eine Zinsangelegenheit.

Myn undertenig, willig dienst zuvor. Wyser, günstiger herr, wissen, das uff Mitwuch nächst verschinen umb die achte gegen nacht hie ist verritten den nächsten Wympelgart (!) zů der fromm und thür edelmann jungkherr Heinrich von Ostenheym, ein houbtmann, uff den

wirtenbergischen zug und hatt hie vil knecht angnommen; ist ongezwiffelter hoffnung, ee pfingsten khom, Wirtenberg ân schwertschlag erobert sin; wurde, als wir hoffen, den christenlichen stenden und stetten nit wenig trosts bringen. Es ist woll uff dem gegenteyl ouch vill treuwung und rüstung, als ob man sich häfftig weren wöll, aber unverfangklich. Nam adversariorum partes infirmiores reddunt causa non usque adeo favorabilis, invitus miles, nervi belli exhausti. Doch stats alls in der hand gots. Es wirt herr Meynrat Wenynger, spitelmeyster, von siner und myner hußfrowen ouch etwas von myns zins wegen gmanet werden. Ob er mit üch darvon wurde red halten, so wellen ouch das best thůn etc. Valeat in domino Prestantia tua. Basileę[a], 17. Aprilis, anno 34.

Marcus Bersius tuus.

Dem hochgelerten, ersamen unnd wysen herrn doctorn Joachim von Wadtt, burgermeistern zů Sant Gallen, mynem günstigen herren.

a) „-ee".

1) Vgl. IV, Brief 508.

III 191.

765.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

Lindau. 1534. April 20.

Entschuldigung für die späte Antwort. Befriedigender Stand des Evangeliums und der kirchlichen Zucht in Lindau. Mannigfache Kriegsgerüchte. Er verspricht baldige Auskunft über den Stand der Dinge in Augsburg.

Pax domini Iesu tecum. Quod tantisper distuli litteris tuis respondere, prudentissime consul, ne, obsecro, ingratitudinem tuæ in me benevolentiæ multæ interpreteris, sed potius ignaviæ atque inertię meę ascribas; aliter me excusare non possum. Sum enim æque piger atque ineptus ad scribendum, præcipue tibi atque tui similibus viris eruditis, etsi candor animi tui pii michi plane sit notus, quo omnia bene consulis; neque satis opportunam[a]) scribendi occasionem me hactenus habere existimabam et vanis neniis nolui te, virum seriis negotiis occupatissimum, onerare. Dum autem iterum per cives hos tuos, hospites gratissimos, accipio tuas amantissimas litteras, volui hac brevi scheda respondere, donec plura scribendi se offert occasio. Statum nostræ ecclesiæ te ignorare non puto, cum quottidie ad nos veniunt vestri cives ad nundinas. Strenue pro exili nostro dono instamus doctrina veritatis; at fructus vitæ bonæ lente, uti ubique conqueritur (!), procedunt. Nonnichil tamen hoc anno dei gratia melius

habuit propter pium magistratum, qui præfuit. Censura morum, instituta ob segnitiem quorundam, quibus exsecutio[b)] commissa erat, cœpit[c)] aboleri; at constanti adhortatione nostra renovata est et a magistratu censoribus commissum, ut iuxta præscripta atque leges procedant sedulo. Spero itaque domino favente iam melius procedere. Undique quærit Sathan, pia ut negotia moretur, si tollere omnino non possit. Quare perdiligenter nobis omnibus invigilandum, ne, quod facit, perficiat, præcipue præpositis populo dei; quod et te iuxta tuam eximiam prudentiam et pietatem sedulo curare nichil addubito, dum omnes unanimiter te verum esse patriæ tuæ patrem prædicant. Det tibi dominus spiritum fortitudinis, consilii et sapientiæ, ut tua fideli opera vestra ecclesia in dies se ipsam vincat in fide, iustitia[d)] et pietate! — Belli rumores[e)] tam varii apud nos sunt et inconstantes, ut vix posset aliquis coniicere, quorsum tandem illud dirigatur[f)]. Ubique enim ferunt expeditionem fieri et copias conscribere (!). Sunt qui verentur non brevi finiturum, dum cœptum fuerit. Omnia fiant, precabimur, in dei nostri gloriam. Negotium ecclesiæ Augustanæ, de quo petis me te certiorem[g)] facere, Germanice scripsi, qua(n)tum ego a scriba[h)] nostro percipere potui. Quamprimum plura percepero, scribam diligenter omnia. Vale, patrone ornatissime, atque me, infimum verbi dei ministrum, ut hactenus commendatum habeto. Datum Lindavii, 20. Aprilis, anni 34.

Thomas Gasnerus, tuus deditissimus.

Ornatissimo viro D. Ioachimo Vadiano, apud S. Gallenses consuli prudentissimo atque piissimo, domino suo obs*ervando*.

a) „oport-". — b) „exec-". — c) „e" für „œ". — d) „-cia". — e) „rumones". — f) „der-". — g) „c" für „t". — h) „schriba"?. — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. IV, Brief 484.

766.

Staats-A. Zürich E II, 342. 27.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1534. April 24.

Berichte des Myconius über den würtembergischen Krieg. Der Streit zwischen Abt und Stadt. Die Epitome.

S. Myconius ita ad me 20. Aprilis scribebat: «Princeps Hessorum ante pentecosten erit in dicione[a)] Wirtembergensi cum exercitu. Imperator huius exercitus est dux Brunsvigensis. Præter hunc sunt duces comites et nobiles, viri profecto magni. Caussa per se favorem

habet omnium: pecuniæ magnus est numerus, miles multus, machinæ bellicæ multæ, apparatus[b] totus, qualem esse decet. Rex et, ut quidam aiunt, Lotharingus exercitum habent coniunctim, latitantem fere et per hoc minitantem, si primi domus Austriæ: Sundgauenses, Alsatici, Brisacenses etc. ad defendendam Wirtembergam se proripere parent. Dux Bavariæ triplici exercitu cavebit, ne ex Austria seu Bohemia quis obsit. Is duces 5 dicitur ingenti pecunia ab imperatore Hispano abstraxisse. Rumor est item Widam Hungarum illum regnum occupasse penitus. Motus est Hessus, quod minis plus quam horrendis a Ferdinando exagitatur et, nisi ad hunc modum rem aggrederetur, actum esset de principatu suo, de iustitia evangelii et omnibus, qui dependent a principe. Quare deus est orandus, ut suis faveat. Mirandum, quod hic video, illud est: rem iam quinquennio institutam nemine conscio præter eos, qui tractarunt, adhuc hostem et alios latere, postquam etiam exercitus ad irrumpendum in procinctu astat. Absque Deo non videtur tam longum silentium esse». Hæc Myconius. Tu si quid istarum rerum habueris, communica. Totus ego in hoc sum erga fidos quosdam viros, ut litem istam abbatis et vestram dirimant, ita ut intra hasce turbas periculosissimas annum unum atque alterum a contentione iuridica abstineamus, quæque interim partium suo iure et suis[c] utatur privilegiis, et spes est, me hac in re nonnihil assecuturum[d]. Vale et in Epitome perge. Relegere non vacavit. 24. Aprilis 1534. Voglerum salvum volo.

Heinricus tuus.

D. Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli prudentissimo, amico et domino imprimis observando.

a) „t“ für „c“. — b) „apar-“. — c) „suys“. — d) „assequut-“.

¹) Vgl. oben, Brief 730.

767.

XI 71.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich. 1534. Anfang Mai?)

Bestrebungen für Einigung. Vadians Epitome und Bullingers Commentar.

Gnad und frid von gott. Das min herren von Sant Gallen beschryben, sind in allerbester und allerchristenlichister meynung beschryben, mitt sampt denen von Bernn, Basel und Schaffhusen, unsers gloubens mittgenossen, und ist nun von gůten Christen angepracht (meo maxime instinctu) zů gůtem uns allen, und wirt deßhalb gar nützid für-

genommen adversus confessam veritatem, sunder ad confirmandam eam. Die artickel, so üch zůgeschryben, truckend unß; hoffend, gott werde wytere einigung unß verlyhen, das man ioch nitt von einet sage: die statt hallts also, die also. Es möchtend ouch die lieben, gůten Christen hie by unß lyden; begärend ouch, das ir der pott wurdint mitt ettlichem (!) gůthertzigen. Wir hoffend, das gespräch sölle also vil anlasseß gäben, das wir widerumb in wyter früntlich gespräch kummind. Hoffend, Bernn, Basel etc. werde deß ouch begären. In summa: es ist in der allerbesten form und fürnemmen angeschlagen. Gott schicke es wol. Söliche meinung hab ich ouch den andern zůgeschryben, ob sy vilicht (maxime Bernna) bewegt, ettwas früntlichen anzug wyter an min herren mitt entschuldigen ettlichs verunglimpfens thätend etc. Gott gäbe gnad!

Mirum in modum oblectavit me pollicitatio Epitomes. Faxit deus, ut minimo negotio rem satis arduam et summe utilem feliciter[a] absolvas. Vellem equidem, ad Ioannis natalem parata esset; ceterum[b] si per negotia et instituti difficultatem non licet, fiat, quod libet; dummodo scribatur. Ego interim pergam in scribendo Commentario, tibi relinquens excutiendum in transcursu et quantum per Epitomen licet, quicquid geographiæ ac topographiæ est. Dominus te nobis diu servet incolumem!

Heinricus tuus.

Præclaro et spectabili viro D. Ioachimo Vadiano, consuli Sanctogallensi prudentissimo, suo imprimis observando domino.

a) „fœl-". — b) „cæt-".

¹) Vgl. oben, Brief 730. — Die Epitome Vadians erschien 1534, mit «Johannis natalis» ist doch wohl der 24. Juni gemeint, und im ersten Teil des Briefes scheint von der Conferenz die Rede zu sein, die am 8. Mai 1534 in Bullingers Haus stattfand, um eine Verständigung im Sacramentstreit herbeizuführen; s. Blösch, Gesch. der Schweiz.-Reform. Kirchen I, 185. Der Brief wird daher etwa Anfang Mai 1524 geschrieben sein.

768. III 196.

Walther Klarer[1]) an Vadian.

Urnäsch. 1534. Mai 15.

Sein Verhältnis zum Abt von St. Gallen. Bitte um ärztlichen Rat, um Nachrichten über den Krieg und Zusendung eines Katechismus von Leo (Jud).

Gratiam et pacem dominicam. L(ieber) h(er) doctor, ich han mir langest fürgenommen, selbs persönlich zu üch ze kommen, umb viler ursachen willen; hat aber bishar der apt verhindert minis technisque suis

et suo Phalaridi imperio. Odit me, sed gratis. Nomen enim et verbum dei causa est odii, ob quod plura pati paratus sum. Es haben ouch mine herren, ain grosser zwyfalter radt, die sach ze hand und ze hertzen gnommen; werdens, ob got wyl, in kürtze by dem apt ußrichten. Darumb ich ietz nit vil darvon schrib. Ich bin aber in hoffnung, ich welle vast bald muntlich von vil sachen mit üch reden, das mir in minem crütz nit ein kline erlichterung sin wirt und trost. Got geb gnad!

L. h. doctor, ich schick üch hie minen brunnen und beger üwers radts. Ich acht wol, yr werdind ain kalte, dürre natur finden, ouch ain rugkenwe ja zů etlichen zyten. Ob es ain gesůcht sye, mag ich nit wissen. Darzů vast vil hertzenwe, etwas böser onmachten. Und hab mir umb wienacht die median lassen schlahen. Hat mir ain zit lang wol gehulffen. Das blůt war brun oder wiechselfarb, ain trůb wasser daruff und vil blätterlin oder indüpfflin, so es gstůnd. Win one wasser thůt mir zum hertzen wė. Faister kost mag ich nit. Ußwendig bin ich vast kalt; weiß nit wie inwen(d)ig, so ich etwan schwitz. Doch mag ich baß ze schwitzen kommen im bachoffen, dann in der badstuben. Solichs mit sampt dem wasser hab ich üch wellen zůschicken, üwer radt han und dem selbigen, so got wil, geleben, eß sige baden, aderlassen oder sust etwas artzny gebruchen, ob vilicht der magen pristig were oder ze vil melancholiæ etc. So das bad zů Trogen gůt were oder das im Durtal, genampt Senetbůl, wölt ich gern, so můst ich am Suntag dahaim nützid versumen; wo aber nit, wölt ich in ain anders, weliches yr gůt sin bekantind.

Demnach, l. h. doctor, lond mich etwas wissen von dem ietzigen krieg: wer mit oder wyder ainander sye; dann vil, aber nüt gewüsses by unß darvon ghört wirt. Darzů thůnd so wol und helffend mir umb ain Cathecismum Leonis; und so etwas mer vorhanden wäre, schickend mirs zů. Waß es kostet, wil ich gern und wol bezalen. Und lond mich üch alweg, wie bißhar, in gůten trüwen befolen sin, ja unser gantz land; so wil ich mit gotz hilff ouch wachen und gott für üch bitten. Hiemit sind got und sinen gnaden wol befolen sampt üwerm huß und der gantzen statt. Datum zů Urnäschen, XV. Maii, anno domini MDXXXIIII. Wolffgangum Wetter, confratrem meum, plurimum valere iubeo.

Waldher Clarer, ü(wer) e(rsam) W(ishait) williger.

D. Ioachimo Vadiano, viro pio, amico et domino charissimo.

[1]) Vgl. I, Brief 36.

769. III 276.

Mathias Oswalt[1]) an Vadian.

(Nördlingen?) 1534. (Nach Mai 13.)

Hagel zu Nördlingen. Der würtembergische Krieg. Ein Tag zu Nördlingen zwischen Nürnberg, Augsburg und Ulm. Empfiehlt Vadian seinen Handel.

Mein gehormßam (!), undertenig und willig dienst. Wirdiger und hochgelertter, mein lieber herr doctur und gefatter, ich laß ewer Wirden weysen, das auff 6. tag Maii dur ein bosse person ein groß hagel und wetter ist komen über die gantze stat und landschaff Nordlingen. Und hat der hagel mechtigen großen schaden than am korn, das man es müß abmeyen und gerst darein sayen. Und schlat das korn fast auff. Item zů dem anderm ßo laß ich euch weysen far (!) war, das auff 13. tag Maii layder ein groß schlag geschen ist in dem Wirttenber(ger) landt zweyschen Hochen Astberg und Lauffa. Und ist der kinging (!) Verinandus geschlagen worden mit 15 tausen man an morgen frey umb die 8. stund. Haben sich rytterlich gewert, dach das felt verloren, und hertzig Ulrich weyder her in seynem landt ist, got weyß wol wey lang. Und gyb man den knechten allen orlapt; sey sint alle erliche bezalt worden von dem kinging. Got wol unß allen genedig seyn. Der pflaßgraff hertzin (!) Philip, der stathalter zu Stuckgartten, ist geschossen durch ein schenckel, herr Matzimien (?) von Erberstain ist gefangen worden; Stuckgart ist nach wol besetz. Hertzing Ulrich ist starck im feyer gesin; 30 tausen, 5 tausen zu ross und kürysern (?). Zů dem dritten auff 10. tag Maii habein die von Nurinber, Augspurg, Ulm ein tag zů Nordlingen gehalten mit einander. Waß do gehandel ist, kan nimen (?) weysen. Sulches hab ich ewer Wirden in gutter maynig nit well(en) verhalten etc. Wetter (!) ist mein pit an euch, yr wolt euch main handel pefullen lassen seyn gegen meinen heren zů Sant Gallen. Domit got alle zeit in gesunthayt pefullen. Adi 1534.

Man acht, es sey 15 tausen man unbkomen von beyden seytten.

Mathis Oßwalt, apotencker zů *Nordlingen.*

Dem wirdigen und hochgelerten herr doctor Jacham (?) von Wat zů Sant Gallen, meinem günstigen lieben hern und gefatter, zů antwurten (?).

[1]) Von *Mathis Oswalt* finden sich vier Briefe in unserer Sammlung, und zwar je zwei aus Nördlingen und aus Wil. Der vorstehende Brief dürfte etwa in der Woche vom 13.—20. Mai geschrieben sein, ein Brief aus Wil hat die Jahrzahl 1538; die zwei andern sind undatiert.

Staats-A. Zürich. E. II. 342. 26.

770.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1534. Mai 21.

Besprechung mit dem französischen Gesandten Langey. Der würtembergische Krieg.

Gratiam et pacem a domino. Guilelmus a Lange, legatus et orator regis Gallorum, quo de tu nuper scribebas, Tigurum non multos ante dies venit, nos in colloquium evocavit et prorsus eadem illa nobiscum contulit, quæ tecum. Vir est ingenii amœnissimi, eloquens, prudens, versutus et doctus et de quo mihi optima quæque pollicerer, si non suspicio mihi fuisset oborta, illum vel aliud regis nomine intendere, quam ipsa hominis verba instructissima sane præ se ferant, vel duabus hunc sellis sedere. Petiit a nobis, ut scriptis mandaremus, quod pro sarcienda pace ecclesiæ nobis optimum videretur et in quibus nos esse vel infirmorum gratia cedere vellemus. Polliciti sumus, id nos facturos aliquando, sed paucissima adeoque nulla fore, in quibus possimus a receptis vel dogmatis vel moribus ecclesiasticis vel tantillum cedere: interim tamen nos nihil non facturos – sed salva veritate –, quod modo videatur paci concordiæque vel aliquid prodesse. Vereor ego, totum hoc negotium in hoc subornatum esse ab hominibus astutissimis, ut hac arte Germanorum animos regi suo adornent, quo paratiores promptioresque inveniant, cum Germanorum opera fuerit opus etc. Quo autem turbulentiora sunt omnia, hoc magis ardeo literarum tuarum desiderio[a]). De victoria ducum quædam audivi; sed quid in re sit, nondum liquido didici. Scio autem, te istarum rerum omnium esse peritissimum. Orarem igitur, ni negotiis adobrutum magis obruere puderet, aliquot verbis annotares, quid actum sit, quinam ea clade (si modo vera sunt, quæ fama circumferuntur) perierint, an princeps patriam recuperarit, aut quid viri boni ominentur. Hac re nihil poteris hodie scribere gratius. Sed de Sebastiano et pensionariis quid? Vale. Salvum volo Voglerum, Studerum etc. 21. Maii 1534.

H(einricus) tuus.

Ist neiswas daran, das der Ferdinand übel gelitten, wie söllte dann Antronius vester so warm sitzen?

D. Ioachimo Vadiano, Sangallen(si) proconsuli prudentissimo, domino suo imprimis observando.

a) „desyd-“.

[1]) Vgl. oben, Brief 730.

771. III 197.

Andreas Cratander[1]) an Vadian.

(Basel.) 1534. Mai 22.

Er stellt die baldige Rücksendung der dem Abte gehörigen Bücher in Aussicht. Mit dem Abte selbst will er wegen der früheren üblen Aufnahme nichts mehr zu tun haben.

S. Tametsi neuter librorum hactenus michi usui fuerit, virorum clarissime, candor tamen tuus apud me plus valet, quam ut te diutius mea causa ab sordidissimo illo monachorum genere, alioqui tibi infesto, turbari sinam; quare proximo nuntio[a)] utrunque ad te missurus sum. Videbis me nonnihil laboris et molestię in his restituendis utcunque exantlavisse; cuius me perpetuo pænitebit[b)], quum id quicquid est operę in ingratos et stipites, immo[c)] pistillo retusiores locatum sciam. Tanto enim in pios doctosque invidentiæ morbo laborant, ut scitissime in eos adagium hoc vulgo iactatum torqueri possit: canis in præsepi. Eapropter non facile adducor, ut bestiam illam aut, si mavis, Bœoticam suem, abbatem dico, vel literis vel coram rursus unquam adoriar, non immemor, quam indigne et impudenter aliquando a se veterum monimenta, ut nosti, petentem atque diplomatis regiis instructum exceperit tractaritve. Tu pro tua humanitate moram hanc boni consulito ac Cratandrum ex tuorum amicorum albo ne expungas, obsecro. Vale. 22. Maii, anno XXXIIII.

Andreas Cratander tuus.

Clarissimo et doctissimo viro *Ioa*chimo Vadiano, consuli *apud Sa*nctogallum, domino et *amico c*olendissimo. Sanctogalli.

a) „c“ für „t“. — b) „pœn-“. — c) „imo“.

1) Vgl. II, Brief 183.

772. III 190.

Oswald Myconius[1]) an Vadian.

Basel. 1534. Juni 1.

Aufregung in Freiburg i./B. Unterstützung der Villinger durch die Ensisheimer gegen den Grafen von Fürstenberg. Gesuch des Herzogs von Würtemberg um ein Bündnis zum Schutze des Evangeliums. Vorsichtige Antwort Basels und Bedenken wegen möglicher Unbesonnenheit der Zürcher. Fürstliche Heiraten in Frankreich, Verhältnis zu England. Bündnis-Projecte der alten Orte und Vorwürfe derselben wegen einer Verbindung Basels mit andern Reichsstädten. Gerücht, dass Hugo Scultetus wahnsinnig geworden. Annäherung von Äbten an Basel.

S. Nihil est, virorum præstantissime, apud nos, quod istic[a)] ignorari possit; nihilominus tamen non potui non vel verbo docere, quam Fri-

burgenses trepident. Eiecerunt enim hisce diebus literatores omnes, alumnos item academiæ. Cum reliquis egerunt, ut solet belli temporibus; indictionem belli namque[b] proposuerunt. Enshemenses pridie, quam hæc scriberemus, subsidium pararunt Villingensibus contra comitem Furstenbergensem. Nos exspectamus[c], quid futurum sit. Præter hæc scripsit nostris dux Wirtenbergensis ut ex patria recuperata, fœderis mentionem faciens ad robur iustitiæ[d] evangelicæ. Responsum est admodum leniter, ut super re communi, non privata, propter quam consultatione sit opus fœdere cum aliis iamdum colligatis. Nihil tædii[e] tamen potest quisquam inde contrahere. Quia vero Tigurinis etiam similiter scripsit, fuerunt, qui timerent, hos incautius, ut iam sæpe fecerunt, vel petitum abnegaturos vel responsuros inconsultius. Admonui Bullingerum, certiorem me, si queat, faciat. In Galliis coniugia principalia multa coeunt. Rex cum Anglo colloqui statuit coram. Exercitus adhuc nullus est, sed adparatus ingens, præsertim bombardarum. De pagis ego ne verbum quidem audio, nisi quod novis student fœderationibus, sine ratione vel fœderis antiqui vel pacis novæ, cum interea tamen nobis exprobrent, amicitiam[c] de novo cum Argentinensibus, Constantiensibus, Augustanis, Ulmensibus, Nurenbergensibus nuper nos iniisse. Nondum mensis est, dum a Vallesiano pontifice et gente fœdus signatum est cum duce Sabaudiæ (si recte intellexi) nomine pagorum et suo. Gens mira, quæ peccatum suum amplius nosse non potest; timendum, ne deus respiciat tandem ad vindictam; hactenus enim supra quam satis omnibus se flagitiis contaminavit. Aiunt Hugonem Scultetum mania correptum; nescio, si verum sit. De pontifice Romano pariter nihil audio. Abbates novi, qui hactenus hostes, nunc incipiunt desiderare[f] Basileam ut tutum refugium. Mirabilis deus, qui sic rerum faciem et homines mutat, ut fiat, quod nunquam ausus eras sperare. Rogandus is est, ut ita disponat res præsentes, ut inde gloria ipsius augeatur. Vale, patriæ communis ornamentum sanctissimum, feliciter cum uxore et liberis. Basileæ, Kalendis Iunii, anno MDXXXIIII.

Oswaldus Myconius, totus tibi devotus.

D. Ioachimo Vadiano, doctissimo præcellentissimoque viro, consuli Sangallensi, domino suo inter primos colendo.

a) „isthic". — b) „nanque". — c) „exp-". — d) „-ciæ, -ciam". — e) „e" für „æ". — f) „y" für „i".

1) Vgl. I, Brief 105.

773. III 200.

Christoph Froschauer[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1534. Juni 11.

Druck der Epitome. Übersendung von Büchern.

Min früntlich grůs. Lieber herr doctor, erstlich ist min bitt, ir wellen mir nit für übel uffnemmen das vergangenn ruch schryben, so ich mit Gäbetinger gethon hab; denn mir ist warlich nit wenig daran gelegen etc. Zum andren hab ich empffangen üwer schriben mit sampt dem exemplar, das mir eben zů rechter zitt kommen ist. Bin nun gůtter hoffnung, es werde nit mer gehindret. Mit dem indice wil ich üch nit überyllen. Wenn ich in uff Laurencii hab, ist es frů genůg. Schick üch hiemit widerum die 4 bogen. Sy gehörend widerum zů lesen, wie die vorigen; und so sy gelesen sind, so schickend mirs wider etc. Schick üch und Hansen die 4 tomus (!) Pelicanii, die üch noch manglend, und üch ein exemplar vom propheten Nahum und 3 drittern in folio von üwerem werck. Schickend mir by zeygern diß brieffs, was ir witter gemacht haben, und demnach das ander mit Anthonis sun, wenn ir sunst nit bottschafft finden, das ichs uff Johane (!) als habe etc. Datum am 11. tag Iunii, anno 1534.

Christoffel Froschauer.

Dem hochgelerten, fürsichtigen und wisen herrenn Joachim vonn Waath etc.

[1]) Vgl. oben, Brief 660.

774. III 203.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

(Bern.) 1534. Juli 3.

In Bern freut man sich über den Erfolg der Herzoge (von Würtemberg). Fortdauernder Streit in der Abendmahlslehre. Gerücht über eine bevorstehende Disputation mit Papisten und Lutheranern in Würtemberg. Bemühungen Bucers für eine Einigung. Unversöhnlichkeit Luthers. Ermahnungen zur Wachsamkeit. Bitte an Vadian, ihm kurz mitzuteilen, warum der Rat von Bern einen Boten nach St. Gallen sende. Er hat von Sebastian Appenzeller vernommen, dass Vadian seine Schrift (die Epitome) vollendet.

Gratiam, pacem et vitę innocentiam a domino. Cum Sebastianus ille Abbazellanus suum ad vos diutius procrastinaret reditum senatusque noster tabellionem mitteret, nolui, ut is vacuus te inviseret, tametsi te dignum nihil habeam, quod scribam, omniaque, quę veluti nova cir-

cumferuntur hinc inde[a], apud vos longe sint certiora quam apud nos. Ea tamen, quę nunc me maxime urgent, in sinum tuum quoque effundam. Successui ducum nemo non congratulatur apud nos, paucissimique sunt, quibus etsi doleat, tamen sibi ipsis doleant oportet. Interea audimus, quattuor esse apud eos contionatores[b] Lutheranos, qui, quotquot in Helvetiis Christum prædicant, fratres dedignantur agnoscere. Hi nimirum sugillabunt cum Luthero, Brentzio, toto Saxone, principibus, ne nostram de eucharistia veritatem admittant. Quid hic futurum credideris quam dissidium exitiale tam ecclesiarum quam totius Germanię? Ex nostris unus, his diebus totam ferme Wirtenbergam perambulans, hunc — et certo — rumorem circumferri retulit: pacato bello disputationem futuram cum papistis et Lutheranis in Wirtenberga. Iam ipse experientia apud nos perspectum olim habuisti, ubi ecclesię non antea fuerint eruditę et solidissime edoctę, plus offensas iri contentionibus illis quam erudiri. Nobis igitur cum summa ducum fortuna et victoria summum videtur imminere periculum. Laboravit aliquot iam annis Bucerus pro concordia; quam cum non impetraverit ad eam rem felicissimus[c], quid spei nobis reliquum? Gaudebit nimirum Lutherus, ansam iam sibi datam exstirpandi[d] et confundendi ac invehendi in nos. Connivebunt principes propter Saxonem, etiam aliter edocti et sentientes in cordibus eorum. Hoc unum igitur, cum te latere nollem, obsecro, perpendas et advertas, immo, quod facile poteris, per tuos percontari studeas, ne improviso adobruti nostris ecclesiis et veritati incommodemus, cogitans, quibus possimus tanto malo occurrere. Scio, Luteranos (!) ad ravim usque aures principum occupare; nam et Otherus noster ex Esslinga id monuit. Monui huius et ego Bucerum, Bullingerum, nec monere quosque cessabo. Ceterum[e] cur ad vos mittatur tabellio noster cum nesciam, tu vel uno verbo subindica. Vereor, ne aliena fortuna freti nobis omne malum ciemus (!). Vale valeantque ecclesię tuę ministri et pii quique. Libellum tuum extorsissem iam denuo; sed audio a Sebastiano, te absolvisse. Rursum vale. 3. Iulii, anno 34.

Tuus, quantuluscunque est, *Bęrchtoldus Hallerus.*

D. Ioachimo Vadiano, eximię pietatis, prudentię et eruditionis viro, apud S. Gallenses consuli, maiori suo cum primis observando.

a) „hinccinde". — b) „conc-". — c) „fęl-". — d) „ext-". — e) „Cęt-".

¹) Vgl. III, Brief 434.

775. III 204.

Johannes Menlishofer[1]) an Vadian.

Constanz. 1534. Juli 14.

Anweisungen über Anwendung eines an Vadian übersandten Heilmittels. Schreiben des Landgrafen von Hessen an den Rat von Constanz über erlangten ehrenhaften Frieden. Falsche Gerüchte über einen unbilligen Frieden. Hinweis auf einen Brief des Ambrosius (Blaurer).

S. Redditæ sunt michi litteræ tuæ 14. Iulii, vir clarissime, quibus intelligo, potionem illam lenitivam egregie[a)] facere suum officium, tamen potantem non admodum libenter recipere; quod satis mirari nequeo, cum adeo gustui grata sit, ut ex receptu perspicere licet. Quod adeo vehementer operatur, forte causa est, quod multis vitiatis et corruptis humoribus abundat. Tamen si sentiret ex potione huius gravitatem, eo parcius bibat et tamen unum haustum in die bibat aut duos ad maximum. Ebibita potione per biduum quiescat, antequam bolum cassiæ recipiat; dein, si tibi videbitur commodum et si virtute tolerante[b)] id fieri potest, non moretur; sed post biduum aut die 16. aut 17. Iulii in aurem bolum recipiat. Si per usum potionis senserit se alleviatum(!), ut notaveris corpus sufficienter[c)] expurgatum, differat sumptionem boli usque in quindecimam aut sedecimam Augusti. Tuæ autem industriæ relinquo iudicium. At quod facto opus sit, admoneas hominem, ut absque mora id faciat et suæ sanitati consulat confortativo. Unctionibus utatur, quousque nil remanserit ad confortationem et membrorum alterationem. Spero[d)] enim his[e)] medicinis eum assecuturum firmam valetudinem[f)] etc.

Die Veneris præterita proxime landgraffius Hessię ad senatum nostrum scripsit, se impetrasse honestam pacem tum in causa religionis ducatus Wyrtembergensis et electionis liberæ regis, et pollicetur his[e)] litteris capita pacis ac concordiæ brevi se missurum[g)]. His[e)] magis crede, quam vanis rumoribus apud nos circumvagatis. Scheda pacis iniquæ a Pharisæis ficta; sed nemo ei adhibet fidem. Agunt, ut solent, semper suas nugas; mendaciis nituntur servare Pharisaicum regnum. Sed in procinctu[h)] est, ut per veritatem aboleatur.

Ambrosius heri ad te scripsit. Spero tibi litteras redditas a quodam nostro cive. Vale. Constantiæ, 14. Iulii 1534.

Tuus *I(ohannes) Menlißhoferus.*

Parce propere ac male scribenti.

Doctissimo ac integerrimo viro D. Ioachimo Vadiano, omni disciplinarum genere celeberrimo, domino ac amico suo in primis observando. Santgalli.

a) „ęgr-". — b) „toll-". — c) „suiff-". — d) „Sppero". — e) „hiis". — f) „valit-". — g) „misu-". — h) „proctinctu"?. — Durchgehends „e" für „æ".

[1]) Vgl. III, Brief 361.

III 205.

776.

Christoph Froschauer[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1534. Juli 15.

Druck der Epitome.

Min fründtlichen grůs und willig dienst zevor. Lieber her doctor, ich hab empfangen üwer schriben und das gedruckt exemplar von meister Jörg Bindern etc. Yetz by zeygern diß brieffs aber empffang ein quatern mit sampt eurem brieff, darin ir schribend, üch ze schicken, was witters getruckt sy. Laß ich üch wisen, das ich sider nünt mer getruckt hab, uß ursach das ich nit exemplar gehept hab. So ir mir aber by Bindero geschickt hetten, hette ichs für ußgetruckt. Sunst hab ich můssen das groß anfahen, in dem ich nit mer uffhören wird, biß das es gar uß ist. Und demnach wird ich widerum im kleinen anfahen und das selb ouch ußmachen. Darum bitt ich üch, ir welen den indice uffs fürderlichst machen, damit ich in uff das groß ouch lasse stellen. Und lond üch das nit iren, das noch zů drucken ist. Es wirt nit gar 2 bogen. Darum můs ich den indice darzů haben; der wirt daruff gon etc. Schick üch hiemit noch ein prob; ist gesetzt, aber nit getrukt; darmit, was in indice gehört, ir ouch könen stellen. So wil ichs yetz beyde mit einander lassen ußgon. Den ob mir schon die tafflen machend, mögen sy in eim jar nit wol vertig werden. Biß dar verhoff ich die alle verkoufft haben. So wellen mirs dann von nüwem uff erst hüpsch und wol drucken etc. Schick üch hiemit, was im grossen getruckt ist. Sobald der indice und erratten vertig sind, so schikend mirs. Deß übrigen bedörfft ir nitt sorg haben; mir wents wol recht machen. Nit mer, denn schribend darby, was uß dem übrigen noch in indicem gehöre etc. Datum am 15. Iulii, anno 1534.

Ü(wer) w(illiger) *Christoffel Froschouer.*

Dem fürsichtigenn und wisen herren Joachim vonn Watt ze handen.

[1]) Vgl. oben, Brief 660.

777. III 207.

Erasmus Ritter[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1534. Juli 15.

Begleitschreiben für Sebastian (Grübel), der in Schaffhausen gepredigt und trotz der Ränke Benedict Burgauers grossen Anklang gefunden hat.

Gratia[a)] et pax a deo per Iesum Christum. Habes epistolam vivam Sebastianum nostrum, ut non opus sit, te multis certiorem[a)] reddere, qua fide item et fortuna commissam[b)] provinciam[c)] exsecuti[d)] sumus (!), quibus iterum technis negotium Benedictus impedire conatus est (!); licet frustra omnia tentarit, siquidem Sebastianus contione[a)] et pia et docta gratissimaque omni populo sic se ipsum commendarit[e)], ut nostra ferme opus non habuerit. Tu vero de Erasmo id tibi persuadeas perpetuo, quod de gratissimo et observantissimo homine exspectari[f)] convenit. Vale. Ex Scaphusia, 15. Iulii 1534.

Erasmus Ritter, tuus ex animo.

Præstantissimo[g)] et doctissimo viro Ioachimo Vadiano, apud S. Gallum consuli dignissimo plurimum observando.

a) „c" für „t". — b) „comisam". — c) „t" für „c". — d) „exequuti". — e) „comend-". — f) „exp-". — g) „e" für „æ".

[1]) Vgl. IV, Brief 521.

778. III 206.

Burkhart Wirz[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1534. Juli 18.

Weigerung, auf einen Rechtstag in St. Gallen zu kommen.

Min früntlich, willig dientst unnd was ich erenn, liebs unnd gůts vermag, syge üch jeder zyt von mir zůgesagt und dargepotten. Vester, hochgelerter, fürnëmer, wyser, insonders gunstiger lieber herr unnd schwager, demnach ir yetz under zwürent üwerm und minem lieben schwager Hans Cůnraten Eschernn minethalb geschribenn unnd benantlich vermeint habent, das ich angesetzten rechttag[2]) by üch besůchen und nit ußblibenn sölte, mit vil früntlichen wortenn, das ir des nutzes und eren einem schriber von Zürich bas dann andern gonnen weltint, so dann ouch minen g. herren ein schribenn von einem ersamen ratt der statt zů Sannt Gallenn überschickt, darinn gliche meynung, wie jüngst üwer schriben meldung tůtt, begriffenn: bin ich der sach, wiewol ich von minen herren erstlich uff üwerer herren ratspotten ansůchen zů einem

schriber erkießt, gar nit willig, uß allerlei ursachenn, unnd fürnemlich diewil her abt so hart uff den lantschriber von Frowenfeld tringt unnd ich von wägen miner ewirtin by üch vil schwäger und fründ hab, dannenhar ich wol nit als ein gemeiner schriber möchte dargestelt werden. Was lustes ich ouch, ob glichwol her abt nahinwerts minethalb uß unwillen wilgote, im schribenn habenn, kan ich nit wol ermessenn. Müßte von einer ald der andern parthy verdacht werden. Unnd damit irs luter wüßint, möchte mir uff den halß wachßenn, das ich welte Sannt Gallen nie gesechenn habenn. Und langot hieruff an üch als minen gar früntlichen, lieben schwager min hochgeflyßenn pitt, ir wellint sollich min zum teil hitzig schribenn üwerer herren halb nit arger meynung uffnemenn unnd, so vil üch jenderth vermüglich, daran sin, damit ich gerůwigot unnd anheimbsch bliben moge; dann ich wil des nutzes gern emberen, wiewol ich desselben wol dörffte; damit ich dargegenn grosser gfar und sorgen, so uß diserm handel einem lichtlich zůstan möchtint, entladenn werde. Acht ouch, ob ir glichwol den lantschriber von Frowenfeld nemint, er werde das tůn, so einem fromen zůstatt unnd er wüße zů verantwurten; so es aber je üwern herren nit anmůtig, nochmaln minen herren von mins herren stattschribers wägenn, so vornahar ouch in etlichen hendeln üwerthalb gehandlot, schribenn mit begär, üch denselben zůkomen ze lassenn; dann je ich mich in dise sach ungern lassenn wil. Thůnd das best nach minem vertruwen. Stat mir umb üch in ander weg bereits underdientstlichs willens ze beschulden. Grůssent mir üwern erngmachel, min liebe baßenn, zů vil malen, unnd sind gott trülich befolchenn. Datum in il, Sampstags vor Marie Magdalene, anno etc. XXXIIII.

Üwer gůtwilliger schwager *Burckhart Wirtz,* underschriber *Zürich.*

Dem vestenn, hochgelertenn herren Joachim von Watt[a]), altburgermeistern zů Sannt Gallenn, minem günstigen lieben herren und schwager.

a) Folgt nachträglich beigesetzt „d(octor)".

1) Die Schrift dieses Briefes stimmt so auffällig mit derjenigen von Brief 7 der Nachträge zu Serie IV, Mittlgn. XXVIII, S. 247, dass diese beiden Stücke unbedingt dem gleichen Schreiber zugeschieden werden müssen, obschon hier die Unterschrift des Schwagers «Burckhart Wirtz» und dort «Jacob Wirtz» lautet. Beachtet man aber, dass sich der Schreiber «Jacob Wirtz» in dem Brief vom 14. October 1524 auf seinen «brůder Jacob» beruft, so darf doch wohl mit Sicherheit angenommen werden, dass dort der Schreiber sich irrtümlicherweise als «Jacob» unterschrieben hat und dass es sich beide Mal um den Schwager «Burckhart Wirtz» handelt. — 2) Wohl den in Kesslers Sabbata, neue Ausgabe S. 420 ff., behandelten Rechtstag zwischen dem Abt und der Stadt St. Gallen.

779. III 208.

Valentin Tschudi[1]) an Vadian.

Glarus. 1534. Juli 20.

Dank für den Brief Vadians. Ärger über die Umtriebe der Gegner und Hoffnung auf den göttlichen Beistand.

Litteras tuas recepi, clarissime vir, quæ et gaudio et mærore[a)] me simul affecerunt. Quod enim a te ferebantur, homine tum doctissimo, tum mihi longe charissimo, mire gaudebam; dolebat vero id, cum intelligerem Sathanæ insidias, quod non tandem cessat per suos ministros negotium[b)] vobis facessere; sed quiescere nequit hoc hominum genus, quoad eorum technæ, quas nunc tegit vis, penitus mundo detegantur. Apud nos quid agatur, legatus noster, vir tibi familiaris, indicare poterit, quem, credo, etiam optione ad hoc negotium delegissetis. Veteranorum cristæ non cessant tolli (sic eos effert suæ partis victoria), evangelio cancelli impositi, quin etiam offenduntur in his, quæ ante annos viginti libere dici potuissent. Quas non contentiones inde movent? Libertas non nobis tantum, sed patriæ quoque adempta; non ultra enim maioribus suffragiis, sed pauciorum violentia regitur. Ad id enim continua quinque pagorum tonitrua tantum non nos cogunt; sed spero dominum tentationi suorum prosperum adhibiturum eventum. Hęc tibi scripsi non ut ignaro, sed cum tua benignitas suo exemplo ad scribendum me compulerit, quem assiduis literis erga charissimum præceptorem gratitudinem ostendere decebat. Iniquitatem horum temporum mærens[a)] tibi conqueror, exspectans[c)], si deus ex inopinato se ostendat ac communi[d)] morbo alioqui immedicabili suam opem adhibeat. Vale et me, ut soles, ama. Frater meus, salutatione tua oblectatus, se tibi intime commendat[e)]. Claronæ, XIII. Kalendas[f)] Augusti, MDXXXIIII.

Tuus *Valentinus Schudus.*

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, urbis S. Gallensis consuli, præceptori observandissimo.

a) „œ" für „æ". — b) „c" für „t". — c) „exp-". — d) „comuni". — e) „comen-". — f) „Cal-".

1) Vgl. II, Brief 156.

III 210.

780.

Walther Klarer[1]) an Vadian.

Urnäsch. 1534. Juli 24.

Dank für ärztlichen Rat und Bitte um weitere Weisung und Heilmittel, auch um Aushilfe für den Kirchendienst. Sein Handel mit dem Abt von St. Gallen und der Gemeinde Gossau.

Gratiam et pacem per Christum. L(ieber) h(er) doctor, ich dancken üch zum höchsten umb üwer früntlich zůschriben und radt, so yr mir in miner kranckhait, trůbsal und crütz gethůn haben und ain gůten trost und erlichterung hiemit gemacht. Der kranckhait halb ist es (got sye danck) besser worden, wiewol ich die badenfart bißhar verzogen hab gen Enendtpůl: ursach, ich hab nit geselschaft ghan. So hab ich mir wellen aderlassen, nempe salvatellam dextræ manus; wolt aber gar nit blůten, und bin ietz willens, mit gůter gschelschaft (!) gen Fyderis, wo yr es nit wyderradten. Wolt üch bitten, das yr mir me deß pulvers, id est trageæ, wie vormals, umb 6 k(rüzer), zůschicken wellend. Darzů bitt ich üch, yr wellend hilflich und rättlich sin, das h(er) Wolfgang oder h(er) Anthoni Zyli, wie ich ouch dem helffer geschriben und gebetten, das ainer uff Suntag vor Laurentii unser kilchen zů Urnäschen das götlich wort verkünde. Wil ich mit gebürlicher danckbarkait erkennen.

Zum andern, L. H. D., hab ich wol verstanden, wie ietzund zůkunfftig sin werdend unser getrüw lieb aydgnossen. So hab ich vorm apt etwas ußzerichten und mine herren umb hilf angerůft und gůtwillig gfunden. Habend zwen ersam radtsbotten darzů beschaiden, namlich den amman Broger und Diessen Zydler, wie er dann vilicht ü(wer) W(ishait) ze verston geben hat ietz Mitwuchen nächst verschinen. Thůnd so wol und radten, uff welichen tag ich die botschaft mitsampt miner früntschaft ußhy verschaffen sölle. Wil ich thůn, in hoffnung, der apt werde thůn ietzund in bysin der aydgnossen, so er vilicht sust selb herr wölt sin. Eß betrift alain, das ich dörf wandlen, riten oder gon in statt und land, wo und wie ain ander frumm biderman; dann (got ist min züg) das es mir mit ußgetruckten tütschen worten zůgeben und also die urfehe erlüteret ward, ob und ee ich sy wolt annemmen. Darum ich ouch kuntschaft hette, wo es von nöten sin wurde. Der apt aber wolt gern nit drinn sin: er habe es nit also gmaint etc. Der ander artickel: die gmaind von Gossow hat mich berůft, ich yr mit getrüwen gedient. Und do ich von inen kommen

bin — in waß gstalt wissend yr wol —, haben sy namlich ain gantze gmaind gethůn, als die frommen, und ain erliche botschaft zů mir geschickt, inen befelch und vollen gwalt geben, mit mir abzerechnen und, waß sich in der rechnung finde, verhaissen solichs in kürtze ußzerichten. Also befand es sich in gůter rechnung, das sy mir schuldig blibend 41 gl., 9 β, 5 d. Das hat mir noch nie mögen werden; dann der apt me gewert hat, dann gehulfen. Er waist vilicht wol, das es uß sinem seckel gon wirt, wiewol ich alain die von Gossow darum sůch. Die habends mir verhaissen. Amman Stecher, amman Herschy und Jeronimus Schowinger sind botten gsin; ist me dann zway jar. Wil ainmal mit gotz hilf bezalt werden. Der apt sait, sy habind mir win und korn umb ain zklin gelt angeschlagen. Da lůgind sy zů. In summa: der apt ist mir fygend. Got sye lob, das es umb der warhait willen ist. Er gäb mir gern nunt; er näme aber untz etc. Radten, uff welichen tag ich die botten schicken sölle und wie ich der sach thůn sölle. Das ander wil ich, ob got wil, bald muntlich by üch ußrichten. Sind got und sinen gnaden mitsampt der gantzen statt befolhen.

Datum zů Urnäschen, uff 24. tag Iulii, anno domini 1534.

Waldher Clarer.

D. Vadiano, viro omnis iustitiæ veræque pietatis candidissimo et amico charissimo.

[1]) Vgl. I, Brief 36.

781. III 211.

Hans Holwer an Hans Vogler[1]), Prädicant zu Rheinegg und Tal.

Lindau. 1534. Juli 28.

Der Fortgang der Reformation in Augsburg.

Min früntlich grůß. Günstiger lieber her und gůter fründ, ich laß üch wissen, das unser statschriber ietz Suntag nechst verschinen kumen ist von Ogspurg; sagt, das die von Ogspurg ietz Zinstag verschinen mit raut und gmaind by ain andren gsessen sind von sechsen an biß uff zwai nachmitag. Ist da eraten und bschlossen worden, die elenden, gotlosen meß und götzen in iren kilchen, da si den kilchensatz hand, hinweg zů thůn — ist schon bschechen —, dornach mit dem bischoff und aptt zů Sant Ůlrich und andren kilchen, da si nit zů bieten hand, verschafft, das si der bäpstlichen bredigen abstandin und allain das klar, rain wort

gotes verkünden. Das wöll ain ersamen raut ghept han. Si wend kain zwaietz mer han in ir stat. Wa si aber nit wöllen ewangelis (!) bredicanten uffstellen, so wöllen die von Ogspurg es thůn. Ain erbary[a] raut und gmaind verhofft, si werden der meß in iren kilchen selbs abstan. Wa es aber nit bschech, hat ain raut inen allen lassen sagen, dem gantzen consostorium (!) und meßkutzen, so wöll ain raut zů Ogspurg sin hand offen haben. Das übrig hand si sunst wol verstanden. Der burgermaister Relinger, ietz im ampt, hat ain ersamer gmaind uff dem rathuß zů antwurt gen, er wöll sin hopt nit růbyg legen mit der hilff und gnad gottz, byß die elend meß und götzen in des bischoff und des appt und andren kilchen och hinweg thon werd. Und stat die sach mechtig fast wol ietz zů Ogspurg und sind ir bredicanten ietz fast wol zůfriden. Semlichs hab ich üch nit künden verhalten. Ich hoff, ir werden es gern hören; denn es ist warlich also ghandlet worden. Nit mer, dan der frid gotz si alzit mit unnß allen. Geben zů Lindow, uff Zinstag nach Jacoby, anno 34. jar.

Hans Holwer, ü(wer)[b] gůter fründt.

An sant Jacobs abend hatt der predicanten von Ougspurg ainer die erst predig thon zů unßer Frowen im thům. Das haind die von Ougspurg verschafft. Ist unßer stattschriber von Lindow an der predig gsin.

Dem wolgelerten heren Hans Fogler, bredicant ietz zů Rinegg und Tal, minem günstige(n) lieben heren und fründ.

Lindaviensis.

a) Geht auf „gmaind". — b) „w"; doch kaum als „w(illiger)" zu ergänzen.

[1]) Vgl. III, Brief 259. — Dieser Brief ist ohne Zweifel von Hans Vogler an Vadian eingesandt worden; die Nachschrift « An sant Jacobs abend etc. » und die Bemerkung « Lindaviensis » sind von Hans Voglers Hand in roter Tinte geschrieben.

III 212.

782.

Sebastian Krug[1]) an Vadian.

Soloturn. 1534. Juli 28.

Er freut sich über das Wohlbefinden Vadians und anerbietet sich zu Diensten in Basel.

Hochgelerter, fromer, fürsichtiger, ersamer und wyser, insonders günstiger und lyeber her, üch syent min underthenig, willig dyenst alzyt zůvor mit erbietung aller eren, lyebs und gůtz. Ich bitt üwer from, ersam Wysheyt wel nit zürnen, das ich als ein kleynfůger üch schryb; den ich fil gefragt, wie es üch gang, und nye so grüntlich bottschaft als yetz empfangen, es gang üch wol, das mich von hertzen fröwt; den ich ersorgt,

üch und andren filicht nit nach üwerm willen gangen sin. Diewyl ich den üch zů Yenf und Petterlingen hab anfangs erkant, pitt ich, so ich üch dyenen könt zů Basel, mit lyb und gůt, mir zů schryben. Wil ich ongespart lybs und gůtz gůtwillig sin. Grůssen mir zunftmeyster Cristen Schriber. Gott bewar üch sel, eer, lyb und gůt. Datum Soloturn, Zystag nach Iacoby, anno XXXIIII.

Üwer ersam Wyßheyt williger *Baschion Krůg*, burger zů *Basel*, yetz vogt zů *Ramsteyn*.

Dem hochglerten, frommen, fürsichtigen, ersamen und wysen herren herr Jochim von Watt, burgermeyster der statt Sant Gallen, minem günstigen lyeben herren.

[1]) Von *Sebastian Krug* ist nur dieser eine Brief in unserer Sammlung vorhanden.

783. III 213.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

(Bern.) 1534. August 9.

Dank für den Brief Vadians. Hoffnung, dass Würtemberg ein Hort der wegen ihres Glaubens Bedrängten werde. Unwillen über das Auftreten Luthers. Wunsch, dass Blaurer und Grynæus dort im zwinglischen Sinne tätig seien. Bericht über einen misslungenen Anschlag des Bischofs von Genf auf die Stadt Genf. Drohender Krieg mit dem Herzog von Savoien. Hinweis auf den Bericht des Sebastian Appenzeller. Glückwunsch für die St. Galler. Erbietung seiner Dienste.

S. Quantum mihi tuis literis gratificatus sis, charissime Vadiane, referant hi et facilius, quibus eas communicatas tuo nomine volui, quam ego depinxerim. Dominus faxit, ut omnia suo Marte feliciter[a)] cœpit[b)], multo felicius[a)] perficiat, quo Wyrtenberga, si non caput, saltem asylum reddatur omnium Christi nomine profligatorum atque totius veritatis christianę. Torsit me mirum in modum Luteri procacitas; nunc vero cum intelligam, has columnas illuc missas, Blaurerum et Gryneum, nihil penitus ambigo, totam illic religionem brevi nostram superaturam, quandoquidem ducatus totus ducem habet pium, in cuius partes facile omnes sint concessuri, etiam per hypocrisim, qui, si apud nos essent, nihil vererentur vel seditionem concitare. Ceterum[c)] quo hoc certius scias: episcopus Gebennensis cum suis, ut fertur, cognatis aut potius stipendiatis urbem Gebennensem sub contione evangelii cum occupare et in templo forte (?) trucidare pios tentasset, prodidit deus hanc suam proditionem, ut uno concursu omnes in urbe, cuiuscunque religionis, portas occluderent et, quod episcopus cœperat[d)], anteverterent. Ferunt hunc

multis copiis integroque exercitu parato hoc attentasse; sed dominus custodiendo custodivit civitatem. Hic nobis bellum parari augurantur omnes. Cupit dux iuxta sententiam Paterniaci latam widunatum suum possidere. Sic et episcopus suo iure nititur gaudere, cui, ut audio, cum nonnihil negatum sit, quod et antea prodere et trucidare tentatus (!) sit, pios vi invadere conatur, quod iure prætenso non potest. Sic sumus undique tentationibus circumdati. In summa: Sebastianus Abbazellius plura referet, quam ego scribam, quod frequentior me sit, ubi de huiusmodi disseritur. Dominus interim et vos et omnes suę glorię cupidos defendat a lupis illis, qui ovile infestare non desinunt et discerpere, donec vel ipsi oves reddantur et cicures vel domini iudicio et vindicta pereant. Interim vale. Cartam totam replerem, si eos, qui tibi omnia salva cupiunt, adiungerem. Commendato me utere; impera[e]; periculum fac de eo, qui paratissimus est ad omnia obsequiorum genera. Rursum vale. 9. Augusti, anno 34.

Tuus *Berchtoldus Hallerus.*

Pręstantissimo viro Ioachimo Vadiano, consuli S. Gallensi, maiori suo prorsus observando.

a) „fęl-". — b) „cęp-". — c) „Cęt-". — d) „cep-". — e) „inp-".

1) Vrgl. III, Brief 434.

III 216 u. 221.

784.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1534. Aug. 23.

Bericht über einen Savoier, der sich mehrere Monate in Constanz aufgehalten und sich schliesslich als Anstifter von Zerwürfnissen erwiesen hat. Eindringliche Warnung vor diesem Menschen. Streit des Ambrosius (Blaurer) und (Erhart) Schnepf in der Abendmahlslehre. Berufung Osianders nach Tübingen. Empfehlung des Johannes Gebentinger.

Salus et pax per Christum.

Conversatus est apud nos aliquot mensibus Sabaudus quidam, doctissime vir, homuncio[a]) calvus, neglecto vestitu, inermis, religiosa tamen specie. Hic sese nobis addidit tanquam frater fratribus idque tanta innocentia, ut charus admodum esse cœperit[b]) et populo et nobis, tantaque simplicitate, ut nulla in re nobis suspectus videri potuerit. Hic vero cœpit[b]) paulatim sese apud familiam, quę istum Christi nomine hospitio susceperat, prodere neque passus est dici: deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus etc. Convocatus a fratribus symmystis (ego enim male

habui) impiissimam fidei suæ dedit rationem. Hanc a iuvene descriptam ad te mitto. Contulerunt cum illo fratres summa cum modestia nec sine spiritu; sed laverunt laterem. Nullam enim scripturam non invertit iuxta animi sui conceptam opinionem, neque tam blasphema est suę fidei ratio suapte[c] manu scripta, quam est interpretatio sive quod cum fratribus habuit colloquium. Principium evangelii Iohannis non de Christo, sed verbo dei loquente intelligit; de divinitate Christi quicquid uspiam in scriptura sacra, non aliter recipit, quam iuxta illud: ego dixi, dii estis; quicquid de æternitate, nonnisi de prædestinatione et electione dei intelligit. Neque vero sinistra tantum opinatur apud sese — nam hoc tolerari[d] posset, suo scilicet periculo —; sed certum habet, brevi futurum, ut ipse apud nos, alii autem in aliis urbibus hanc suam sententiam palam et cum auctoritate[e] doceant. Minatur sese fortissimum leonem, si irritetur. Collegam se habere testatur, qui paria secum opinetur, Farellum scilicet. Si modo non est falsus in illum! Senatus noster ubi rescivit hominis mentem, abire iussit, cumque suspicarer, illum ad vos profecturum (ea enim via abiit, quę ad Sanctogallum ducit) monere te volui, ut incendiarium illum nosceres, ne cuiquam apud vos pari qua nobis hypocrisi imponeret; totus enim compositus est ad imponendum, etiamsi non sentiat ipse. Cave ergo hunc hominem tanquam nocentissimam Arrii prolem, quanquam ipse nihil se ex Arrio habere concedat, revelationem vero gloriatur. Sed quid futurum est tandem, Vadiane, ubi Arrius revixerit et in publicum prodierit? Tolerabiles[d] quoque essent circumforanei isti, nisi non etiam ex pastoribus ecclesiasticis adeoque ex nobis ipsis essemus habituri, qui perversa sequerentur. Nosti paucos esse solide doctos, paucissimos, qui legant veteres ecclesiæ scriptores (utinam non etiam contemnerent!), plerosque doctos esse, sed sine iudicio[a]. Quanti proinde sunt, qui mysterium fidei in pura conscientia habeant! ne dicam: quam sunt mille ac totidem, qui Atheniensium more non nisi curiosa sectantur, bis vero mille ac totidem, quibus nausea esse cœpit[b] evangelii nostri ratio! Omnium horum nomine periculosissimi sunt sectarum auctores[e].

Quodsi non inconsultum tibi videbitur, etiam Dominico et reliquis fratribus potes hunc sanctulum describere eisque confessionem prælegere, quam mitto, rogareque, ut, quid ipsi de hac sentiant, ad me paucis perscribant; causam tu pro tua prudentia potes olfacere. Cum Sertorio ipse commentabor, ubi ad nos ex Basilea[f] redierit. Ad rem enim faciet,

meo iudicio[a], quorundam sententias ante contentionem collegisse etc. Bullingerum quoque de omnibus monui. Per illum forte Bernates monebuntur, siquidem offendunt saltem minus, quę prævisa sunt iacula.

Quod ad Ambrosium nostrum adtinet, impii suo more spargunt impia. Sed ut uno verbo dicam: cum Schnepfio in contentionem venit sacramenti nomine et post multa rogavit Ambrosius, ut, quam sententiam Lutherus ipse ab Oecolampadio[g] et Zvinglio aliquando recepisset, ipse quoque reciperet Schnepfius; id quod impetravit. Cuius rei uterque chirographum[h] dedit principi, ne non diuturna esset concordia; sunt enim quorundam ingenia lubrica admodum. Nichil admittet Ambrosius cum veritatis iniuria. Quodsi vero Lutherani apostoli in principis dicione[a] rectores futuri sunt, spero Ambrosium rediturum.

Osiander Tubingam vocatus est, ut et apostolum agat Christi et sacrę scripturæ lectorem. Hunc nosti. Quodsi novus ex veteri papatus nascitur, tamen ex Ambrosio non nascitur; quanquam non statim novus papatus sit, ubi novę sunt cæremoniæ[i]; adeoque non sine modo reiiciendi cæremoniarum[i] auctores[k], ut scilicet, si nobiscum communem Christum vere prædicent, Christum in illis non reiicias, conferendaque sunt diligenter utrinque pericula. Cæremoniæ[i] plerumque periculosæ sunt, periculosior vero concisio. Vale.

Iohannem illum Gebentinger diligentissime tibi commendo, obsecrans, ut auditis necessitatibus, quibus premitur, etiam auxilium a tuis sentiat. Datum Constantiæ, 23. Augusti 1534. *Iohannes Zvic.*

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, senatori reipublicæ Sanctogallensis integerrimo, domino suo observandissimo.

a) „t" für „c". — b) „cęp-". — c) „suopte". — d) „toll-". — e) „aut-". — f) „-ça". — g) „ęcol-". — h) „chyr-". — i) „cer-". — k) „auth-".

[l]) Vgl. II, Brief 152.

III 217.

785.

Andreas Cratander[1]) an Vadian.

Basel. 1534. August 26.

Rücksendung der dem Abte gehörigen Bücher. Bitte, den Pomponius Mela zum Zwecke einer neuen Ausgabe durchzusehen. Er verspricht, den unter der Presse befindlichen, ins Latein übersetzten Xenophon nächstens zu übersenden.

Salve, vir clarissime. Libros, quos hactenus tam ardenter, ne dicam odiose, abbas petiit, iam mitto, etsi nondum mihi usui fuerint. Cavebo,

ne posthac quicquam negotii[a] mihi sit cum id genus morosis hominibus. Præterea rogo, moram hanc pro tuo candore boni consulas, qui toties interim mea causa invidia et probro ab iniquissimis monachis gravatus fueris, ipse innocentissimus. Curabis chirographum aboleri, quod pro hisce libris dedi. Vellem, si per otium[a] liceret, Pomponium Melam una cum tuis commentariis relegendo castigares atque augeres. Sunt enim geographiæ studiosi, qui avidissime illum per te locupletatum exspectant[b]. Quem quidem sic absolutum mihi imprimendum tradas, oro. Tu, si quid in rem tuam potero, admone, quin potius impera; habebis me semper obsequentissimum. Porro Xenophontem Latinum proximo nuntio[a] missurus sum, qui iam sub prelo[c] est. Vale, mei ceu amici memor esto. Ex Basilea, 26. Augusti, anno MDXXXIIII.

Andreas Cratander tuus.

Intempestive nuntius[a] me obruit, multis negotiis[a] ob mercatum Francofordiensem iam præpeditum; quare epistolę tam negligenter scriptæ ignosce.

Doctissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli apud Sanctogallum, amico et patrono suo colendissimo.

a) „c" für „t". — b) „exp·". — c) „prælo".

1) Vgl. II, Brief 183.

786. III 218.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

Zürich. 1534. August 27.

Bericht über die Einigung Blaurers und Schnepfs in der Abendmahlslehre. Bedenken, dass ihre Einigungsformel die Quelle neuer Streitigkeiten werde. Übersendung seiner neuen Schrift: Expositio de testamento dei unico.

Gratiam et pacem a domino. Novi habemus nihil, nisi hoc tibi, vir ornatissime, novum sit, quod Blaurerus et Schneppffius uno ore fatentur, virtute verborum Christi: hoc est corpus meum, verum corpus Christi vere, hoc est substantive et essentialiter, non autem quantitative aut qualitative aut localiter, contineri et edi in cena[a]. In qua confessione nonnihil lucis et simplicitatis desidero[b]. Vereor enim, ne rixarum maximum sit futura seminarium. Sanctis omnia sancta. Præterea accurate, opinor, vigilo, si quippiam ambiturus sit Antronius, ut proximo quoque die sciatis; sed nihildum sensi. Habius quoque strenue invigilat et diligenter

partes nostras tutatur. Mitto tibi Expositionem nostram de testamento dei unico et æterno, adversus multas hæreses[c] hodie emergentes scriptam. Vive et vale semper nostri memor; totus enim tuus sum. Tiguri, 27. Augusti 1534.

Heinricus Bullingerus tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, amico longe integerrimo.

a) „cœna". — b) desyd-". — c) „her-".

¹) Vgl. oben, Brief 730.

III 220.

787.

Georg Binder¹) an Vadian.

Zürich. 1534. August 27.

Christoph (Froschauer) ist des angefangenen Werkes überdrüssig, zumal die Rede gehe, dass Apianus die Tafeln des Ptolemæus herausgeben werde. Er verspricht, inzwischen die Karte von Helvetien bereit zu halten.

Christophorum nostrum, Vadiane dulcissime, iam instituti operis pęnitet, territum[a], ut puto, longi temporis sumptu et labore, quo nobis omnino opus esset tot tabulis non affabre modo et eleganter, ut ais, sed et recte emendateque depingendis — iam enim plus quam tres septimanas in exscindendo[b] universali typo σχηματογλυφεύς sedulo insudavit —; tum etiam quod Apianum aiunt Ptolomęi tabulas emendatiores editurum. Quod utinam tam recte fiat, quam est periculosum! Vereor enim, nova illa facies terrarum veteri descriptioni non conveniat et Ptolomęum emendando prorsus amittamus. Malo tamen Apiani in hac re industriam quam Munsteri, qui et ipse coram nobis olim Ptolomęo, si diis placet, Thrasonice minitabatur. Ceterum[c] illis nundinis rem certius cognoscemus. Interim tabulam Helvetię nostrę, ut cupis, summa, qua possum, locorum observatione vobis et Musis exarabo, ut pręsto siet, si eius usus expostuletur etc. Interim etiam valeant, qui Helvetię malevolunt. Tot errata in opere tuo prorsus etiam errare me faciunt, quo errore commissa sint, nisi amanuensis tuus in causa est, in cuius etiam Vadianico Phaletio versus integer[d] omissus[e] erat, quem postea inter coria, ut puto, repertum ad nos transmisit non fidus custos Musarum. Tu bene vale et operam nostram boni consule, usurus ea quoties voles liberalissime ac promptissime[f]. Dominicum adhortare, ut matrem indigentem veneretur etc. Tiguri, 27. Augusti 1534.

Binderus tuus.

Typus noster geographicus hodie hora 12. prelo subiicietur; alias cum ad te misissem.

Præstantissimo viro D. Ioachimo Vadiano etc. suo.

a) Aus „territus" corrigiert? — b) „exc-". — c) „Cęt-". — d) „interger". — e) „omm-". — f) „promt-".

1) Vgl. II, Brief 129.

788. III 223.

Konrad Pellican[1]) an Vadian.

Zürich. 1534. September 1.

Er berichtet, dass er auf Wunsch des Druckers zu dem geographischen Werke Vadians (der Epitome) ein einlässlicheres Register ausgearbeitet habe. Fortsetzung seiner Commentarien.

S. Cum cernerem institutum tuum, doctissime vir, in assignato indice solum ad sacra invenienda, ego vero multa pręter hęc millia annotatu dignissima contineri in opere illustrissimo, desideravi quidem fusiorem; sed nihil tentassem, nisi chalcographus admodum importuna prece me convenisset ad locupletiorem indicem, cupiens vel tantisper codicem spissiorem et lucro fortassis suo aptiorem. Indulsi itaque tridui laborem, alia intermittens, quę erant in manibus, et quod vides inventarium collegi longe brevius, quam potuissem; brevitati enim studui propter tempus, quod pro uno tantum imprimendo in maius volumen vix sufficiebat. Alicubi neglectius invenies, quam sit placiturum, sed id sine tuo dedecore; nam chalcographi ob id nomen prætuli[a]), ne tibi quippiam ineruditum imputaretur in opere eruditissimo omniumque utilissimo studiosis, quod quidem pro brevitate sua sine indice studiosis profuisset. Sed memoria deficientibus vetulis nobis et non raro obiter legere quędam cupientibus inutilis non erit, et ne quis geographiam tantum in opere tractatam putet et sacra. Oro itaque, boni consulas studium, quod bibliopolę gratificaturus adieci. Mira brevitate temporis ingens opus explevi solus. Pro honorifica nominis mei memoria, quod super meritum extulisti, gratiam habere fortassis non debeo, quando vel id unicum est, quod affectui dederis magis quam iudicio. Studium meum pium est et fuit; sed diligentia nimis indigna tanto operi, eruditio autem lectoribus doctis indigna, nisi quod ruralibus tantum et linguarum imperitis et egenis[b]) mea descripsi, quibus et adhuc sudo, nunc Ecclesiasticum explanans post Tobiam, Iudith, Baruch, Sapientię libros, cum dei gratia iam absolutos, si chalcographo et censoribus placuerit prioribus adiungendos. Vale semper

in domino sanus et felix, ut nobis adhuc plurimum proficias, si non in aliis, saltem in hoc tuo opere, quod in immensum crescere possit. Tiguri[c], Kalendis Septembribus[d] 1534.

Tuus, quantusquantus est, *Conradus Pellicanus.*

Absolutę eruditionis[e] ac pietatis viro doctori Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensium prudentissimo, summo amico suo.

a) „e“ für „æ“. — b) „æg-“. — c) „Tyg-“. — d) „VII bribus“ — e) „ær-“.

1) Vgl. oben, Brief 714.

III 233.

789.

Valentin Tschudi[1]) an Vadian.

Glarus. 1534. September 22.

Dank für den Brief und die ihm als Geschenk zugesandte Epitome, deren Beurteilung er bescheiden ablehnt. Der Rechtshandel der Stadt (mit dem Abt).

Accepi nuper, vir ornatissime, literas tuas cum munere omnium gratissimo non ob auctorem[a] solum, præ omnibus mihi merito colendum, sed et ob opus excellentissimum omnibusque studiosis amplexandum, cum propter geographicam diligentem descriptionem, quę Ptholemæi Strabonisque vice esse[b] possit, tum vero quod scripturæ loci quidam abditi clarissime[c] illustrantur. Ceterum[d] cum in his meam censuram postulas, pro tuo candore id facis; ego vero quem alium iudicem præstarem quam Midam aut illum etiam Aesopicum? Institui meum est, non bene scripta examinare, quod singularis doctrinæ est. Ob munus tibi gratias[e] habeo; illud autem maius est, quam quod humeris meis conveniat. Placet vero labor tuus. Quid enim placere non possit ab homine doctissimo eodemque diligentissimo proditum? — Quod vero ad causam vestram attinet[f], si quid mea opera prodesse possit, hortatione opus non est; ad id impellit civitatis vestræ humanitas mihi multis modis exhibita, tum quod ea communis[g] mihi vobiscum patria est, cui quid non debetur? Non te latere vero credo, ammano Aeblio negotium arbitri deligendi commissum. Quod autem a vobis postulabatur: ut ex pacto apud Thermopolim pręscripto omnes causæ in quæstionem prius venirent, quam de arbitro ageretur, iam prævenerat senatusconsultum literas vestras; alioquin et vobis in hoc obsecundatum non diffido. Sed quid refert[h], quandonam arbiter, modo æquus is sit, adhibeatur? Si vero hoc damni quippiam causæ vestræ adferre possit, nec hic sp(e)ro nostros defuturos. Iusserat me hæc Aeb-

lius tum, quando nuntius[e] vester aderat, hæc ad te scribere; quod sedulo feceram, sed nuntius interim abierat. Non enim monitus erat, ut literas exspectaret[i], nec nos credebamus, eum tam festinanter abiturum. Vale et me, ut soles, tibi commendatum[k] habe. Ex Clarona, X Kalendas[l] Octobris MDCCCIIII. *Valentinus Schudus* tuus.

Ornatissimo viro D. Ioachimo Vadiano, urbis S. Gallensis consuli, domino et præceptori colendissimo.

a) „aut-". — b) „ese". — c) Aus „clarissimæ" corrigiert. — d) „Cæt-". — e) „c" für „t". — f) „adt-". — g) „comunis". — h) „reffert". — i) „exp-". — k) „comen-". — l) „Cal-".

[1]) Vgl. II, Brief 156. — Die zweite Hälfte des Briefes betrifft den Rechtshandel der Stadt mit dem Abt, über dessen Anfang und Verlauf Kesslers Sabbata, neue Ausgabe S. 420 ff., berichtet; auch Eidg. Absch. IV, 1, c, S. 355 u. 364.

790. XI 55.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz. 1534. September?)

Bestätigung eines früheren Briefes über Ambrosius (Blaurer) und weitere Nachrichten. Vertreibung des Arianers Claudius aus Strassburg.

Salus. Quo magis firmetur prior mea ad te missa epistola[2]), nunc alias quoque literas mitto, quanquam hoc non tuo, sed fratrum quorundam nomine. Extorsit eas a me quidam bonus vir, iam plenus malis de Ambrosii fide suspicionibus[a]). Tam constanter solent nugatores suas nugas adserere. Potes ergo has cuivis bono communicare, neque me offendet, etiamsi in adversariorum manus per occasionem veniant. Videor enim mihi Ambrosii mentem quam propriissime adtigisse, scilicet ut, cum neget, quantum et quale et locale corpus Christi esse in cęna, sentiat tamen adesse corporis fructum, passionis meritum, peccatorum remissionem, quę certe sunt ipsissima carnis et sanguinis Christi substantia, ut vero verius dicas, substantialiter corpus Christi esse in cęna. — Sed de hac re satis est.

Ambrosius cum auctoritate[b]) contionatur[c]) Tubingę, observantibus illum tunicatis theologis. Invocandus est certe dominus in omnibus ecclesiis pro felici[d]) cursu evangelii.

Exspectat[e]) Philippum et Grineum, Ionam quoque et Pomeranum. Utinam advolent, dilectione comite!

Claudius ille Arrianus etiam Argentoratensibus fratribus nonnihil fecit negotii[c]); sed pulsus est agro et urbe. Nihil præterea est,

quod scribam. Thomas Blaurerius iubet te salvere quam plurimum; frater meus idem precatur. Utinam ergo totus sis salvus!

Latorem præsentium semper commendo tuę fidei.

Ioannes Zwick.

Prudentissimo et pientissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, singulari patrono suo. Sangalli.

a) „t" für „c". — b) „aut-". — c) „c" für „t". — d) „fęl-". — e) „exp-".

[1]) Vgl. oben, Brief 646. — [2]) Ohne Zweifel Brief 783. Dieses zweite Schreiben wird daher nicht gar viel später anzusetzen sein und wohl noch in den Monat September fallen, mit dessen Beginn Ambrosius Blaurer seine Wirksamkeit in Tübingen aufgenommen hatte.

III 240.

791.

Christoph Froschauer[1]) an Vadian.

Zürich. 1534. October 10.

Absatz der Epitome auf der Frankfurter Messe.

Min früntlichen grůs und willig dienst zevor. Lieber herr doctor, es möchte üch wunder nemmen, wie es mir zů Franckfurt gangen wëre mit üweren bůchern. Doun (!) ich üch hieruff ze wisen, das ich beyder, clein und groß, 2000 hab gen Franckfurt gefürt. Darvon acht ich, das ich by 1000 verkoufft habe, und wenn sy mir nit nachgetruckt werden, wil ich ir die ander meß wol abkommen. Es ist min bitt, das ir mir wellen zů wisen důn, was ich üch witters schuldig sy. Die exemplar, wie ir gschriben haben, sind alle ußgericht. Darum, was ich üch darüber witters bin, wil ich üch gůtlich bezallen etc. Datum Zürich, am 10. Octobris, anno 1534. Ü(wer) w(illiger) *Christoffel Froschouer.*

Dem hochgelerten, fürsichtigen und wisen herrenn Joachim von Watt.

[1]) Vgl. oben, Brief 660.

III 242.

792.

Sebastian Grübel[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1534. October 14.

Kornmarkt und Kornpreise. Berufung Fortmüllers oder Hans Voglers nach Tuttlingen. Unversöhnlicher Streit des Benedict (Burgauer) und Erasmus (Ritter). Befriedigende Stellung in Schaffhausen.

Gnad und frid von gott durch Christum. Günstiger lieber herr und vetter, ainen brieff von üch enpfangen hab ich nach sinem inhalt ver-

standen. Bin also genaigt und gůttwillig, in dem und noch vill mer, wo ich künde, zů dienen. Hab also dem handell uff aller flißigest nachgefragt. Bin ouch selber inß kornhuß[a] gangen und das korn selber gefalsat; ouch gesehen, wie es ander gekoufft. Bin also bericht worden, das ietzen die besten merck sigend, noch 3 oder 4; darnach werde es sich stossen. So hatt man hüt den mütt kernen umb 18, 19 batzen Costentzer, zwayer crützer minder oder mer, den besten geben — und ist fürtell so vill grösser, das er sich füruß haim fürtt — und den mütt haber 7 batzen Costentzer minus 1 kr.; doch den besten. Mügend hieruff handlen nach uiwerm besten verstand. Wo ich dan dem botten künde hilfflich oder rettlich sin, so wissend ir woll, das ich der uiwer bin, und büttend und haissend habend. Nüwer meren halb kain ich uch nünt besonders berichten, dan das hertzog Ulrich handtlich anfacht zu handlen. Und stelt der Fortmüller, bin ich globhafftig bericht, gen Tuttlingen zum herren von Hewen; aber er entsitzt sinen töffenschen gaist, ouch das er nünt uff studieren hat, und welle also herren Hansen Vogler annemen. Hab aber bißher nit mügen erfarren, wer im in antraitt oder wie sach stande; bin aber altag mins bruders wartend; will ichs woll bericht werden. Ich hab ouch vermaint, doch vobis in aurem dicta sint, vill gůts und frun(t)schafft gegen Benedicto und Erasmo machend. Ich fürcht aber, es welle als vergebens sin, das da wirdt in ewigkait kain gůtter beltz nit, biß ainer den andren wirdt vertriben, wie ich uch dan in mittler zitt baß berichten wird. Miner person halb statz woll von den gnaden gottes. Bin von aller welt woll gehalten und enbütt man mir vill zucht und eer; hab ouch ainen grossen zůlouff. Gott welle mir sin gnad mittailen, damit ich die gehamnuß siner warhait mit demůttigem hertzen trülich müge verkünden. Der gotzhußlutten erkantnuß bedurat mich uff höchst. Hoff aber zů gott, wie ich aman Vogler geschriben hab, es sigend noch vill frummer hertzen, die sich nie vor dem Baal gebogen, deren gebet erhört und die baalischen pfaffen all gemetzgat und Christus wider uffgericht. Die gnad gottes sige mit uns allen. Datum zů Schaffhusen, uff Mittwuch vor Galli, im 1534. jar.

Ü(wer) alzit williger diener *Sebastian Grubell.*

Dem fürsichtigen, hochgelertten, ersamen und wissen herren Joachim von Watt, doctor, zů Sangallen, minem günstigen herren, zů handen.

a) Eher „korehuß“.

1) Vgl. oben, Brief 704.

III 243.

793.

Walther Klarer[1]) an Vadian.

1534. October 16.

Trostworte wegen eines unerfreulichen Handels. Conflict mit einem Herrn (Prädicanten?) Matthias.

Gratiam et pacem per Iesum Christum, dominum nostrum. L(ieber) h(er) doctor, ich hab üwer früntlich, brůderlich, christenlich schriben wol vernommen; darum ich üch zum höchsten dancken. Dann wie wol es voll trurigkait gsin ist (als der handel gar ist), so hat es mich aber wol gefröwt und tröst. Wölte gott, wie ich ouch dem Diessen Zydler und houptman Berweger geschriben, das diser handel an üch und inen alain stůnde. Doch wer waist, waß got dardurch wil machen; in hoffnung, etwas gůtz. Nam ipse mirus artifex, qui ex stercore aurum, ex potestate iustitiam facere novit et ita ex amore patriæ amorem dei, quod factum esse non dubites, et hoc quidem mirabili sua providentia perque ignem et crucem, cuius usus est, omnibus humanis spebus valedicere et ad priorem maritum reverti. Quid porro pluribus? Ablactat ita suos ab uberibus. Rogemus saltem pro invicem, ut per Christum omnia possimus, cuius gloriæ causa dulce solum paternum cum patre charo relinquere paratus sum. Wissend aber, L. H. D., das ander ursachen gehabt hat, so ich uß viler glöubigen gebit und begeren mich hab wellen lassen finden, so ain ersame gmaind min not und begeren hette; weliche ursachen ich noch niena gemelt hab, ouch üch ietz darmit růwig lassen wil. Aber so bald wir brůdern zesamen kommen causa correctionis absque omni invidia, immo ex charitate dei et proximi, absconditum malum Matthiæ in medium proferam fratrum nec tibi, si id scire desideras, quod tibi notum esse maxime velim, celabo. Plurimi enim ecclesiæ suæ iam sciunt, etiam[a]) fide digni, ex quibus ego habeo. Ja got ist züg, das ich im gantzen handel nie anderst weder von gott noch den menschen begert hab, dann was am maisten gottes lob, pryß und eer und den menschen an seel und lyb des best wäre, beschehen sölt; darzů h(ern) Matthiam gemeldet im schriben, namlich so er wol mit gott und eeren, mit wyb und kind ouch in unserm land Abbzell versorget mug werden und die von Urnäschen nemmind in lieber an, dann sust kain anderen; sust wölt ichs nit begeren; ja me: wo ain anderer bas iro fůg wäre, wölt ich ee min läben lang in der frömdy sin etc. Aber wiewol ich kain boshait noch falschhait für-

gehebt hab in minem hertzen, caro tamen suum fecit. Darzů mit grosser unwyshait beschehen, das ich ietz baß erkenn, dann vor betrachtet. Aber iedoch bit ich, ü(wer) W(ishait) welle mich üch befolen sin lassen und nit gar verlassen noch verstossen, wie ich dann in ungezwifleter hoffnung bin; so yr wol wissend der apostlen irsæl und sünd viler frommen fürsten und herren, stetten und lenderen, ouch in gůter mainung thůn und lon, so offt zu bösen geradt. Aber ich bin in hoffnung, es sölle mir weder solichs noch derglichen me beschehen. Ich wil gott, üch, sampt anderen gotzglerten, da ie ainer richer im gaist ist, dann der ander, die sach befelen ietz und hienach, und wil flyß ankeren, gottes handel mit gutem ernst ze fürderen und also by miner gmaind ze blyben et per Christum omnia posse (Philip. 4), es sye dann, das sy mich urlobend, das ich doch gar nit gedenck; wie wol h(er) Matthias an der kantzel und by anderen vilen die sach täglich übel verböseret, und dörft im selb ain grůb machen. Bitt üch, verschaffend mit im, ut non amplius me ita incesset nec animum affliget (!), cum evangelii cursum impedire posset; sed quæ pacis et charitatis sunt, quærat, ut antiqua illa nostra familiaritas et fraternitas per fidem in Christo Iesu renovetur. Hoc est, quod et ego, favente deo, ad finem usque vitæ meę facturus sum. Wolfgangum nostrum una cum aliis fratribus valere iube et me semper commendatum habe et, cum tantum temporis restat, rescribe. Vale. XVI. Octobris, anno MDXXXIIII.

Tuus *W(aldherus) Clarerus.*

D. Ioachimo Vadiano, viro omnis iustitiæ et pietatis candidatissimo, amico charissimo.

a) „c“ für „t“.

1) Vgl. I. Brief 36.

794. III 244.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1534. October 16.

Dank für die Zusendung der ihm zugeeigneten Epitome. Bericht über ein besseres Einverständnis der Führer in Deutschland in der Abendmahlslehre. Übersendung neuer Schriften. Verfolgung der Prädicanten.

Gratiam et pacem a domino. Multis me tibi, vir observande, beneficiis[a]) obstringis, et ego me tibi multa debere agnosco. Inscripsisti mihi Epitomen et piissimam et eruditissimam, ad cuius lectionem eruditissimi quique obstupescunt penitus; adeo mirantur rara illa domini in te dona.

Gratia domino, qui ea tibi dedit, partim ut ecclesiæ suæ per te prodesset plurimum, partim ut te ipsum æterna immortalique[b] gloria apud sanctos donaret. Præterea dono mihi obtulit tuo iussu bibliopola Epitomen, pro qua tibi maximas refero gratias. Illam vero hoc chariorem habebo, quo mihi tu tuique nominis memoria sacratior est. Dominus te nobis in longa servet sæcula! Scribit hisce diebus Blaurerus, se recantasse nihil; fateri se idem nobiscum: in cena[c] a fidelibus fide manducari corpus domini eo modo, quo fides solet etc. Scribit se in principe desiderare[d] nihil, sperare rem optime cessuram; Osiandrum nunc agere Stutgardii, qui paulo nunc sit mitiore præditus spiritu quam antea. Philippum Melanchtonem et S(imonem) Grynæum exspectant[e]. Melanchton amicissime scripsit ad Bucerum, amicitiam offerens; eandem obtulit et Osiander. Buceri libellum de dogmatis christianis ad Abrincensis maledicta, item nostrum libellum de utraque in Christo natura tibi dono mitto. Recipiuntur a principe in ministerium verbi nostrorum aliquot, et ceteris[f] libentius. Breviter: optima quæque pollicetur Ambrosius, optima pollicetur et Bucerus. Tu quid de libello eius sentias, indica. — Omnem moveo lapidem, nihil non tento, quo Antronii conatibus apud nostros obsistam et ministros verbi retinendos doceam. Utinam multum proficiam! Sunt qui desperarint pæne[g]; sunt, qui cordatius agant. Immontani egregie superbiunt. Præses Frouenfeldius haud segniter persequitur religionem nostram. Dominus adsit se invocantibus! Vive et vale. Relegere non vacabat. 16. Octobris 1534.

H(einricus) Bullingerus tuus.

D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi prudentissimo, suo plurimum observando patrono.

a) „t“ für „c“. — b) „imort-“. — c) „cœna“. — d) „desyd-“. — e) „exp-“. — f) „cœt-“. — g) „pene“.

[1]) Vgl. oben, Brief 730.

III 258.

795.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1534. October 27.

Dank für das Geschenk der Epitome. Der bevorstehende Bundestag zu Davos.

Gratiam et pacem per Christum. Alteras quoque litteras tuas ex Lindavio advectas accepi, vir præstantissime, una cum magnifico munere, tui ingenii celeberrimo fœtu. Pro quo gratias ingentes habeo et

ago pro virili, atque utinam quandoque referre concederetur a deo optimo maximo facultas tanta! Me ipsum tamen tantillum offero totum in obsequium Humanitatis tuæ. Insuper de comitiis futuris Paternitas tua scripsit, quo loco et quo tempore statuta[a] sint. Certum quidem est, quo loco celebranda fuerint, scilicet in Alpibus Davasinis. Quo vero die conveniendum sit, non constat; nondum enim constitutus est. Constituetur, ut arbitror, in nundinis Martinianis. Ego vero tum operam dabo, ut satis mature et commodo tempore resciscas. – Ceterum[b] nihil apud nos agitur aut fertur ex Italia, quod scriptu dignum sit. Clementem 7. ferunt esse mortuum; nunc aliud quoddam monstrum quærunt[c] huic subrogandum. Dii benevortant! Vale. Ex Rhætiæ[d] Curia antiqua, quinto Kalendas Decembres[2]) 1534.

Tuus *Ianus Comander*.

Præstantissimo doctissimoque viro ac domino D. Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli meritissimo, suo domino et amico observando.

a) „statutæ". — b) „cæt-". — c) „quer-". — d) „Rhetiæ".

[1]) Vgl. IV, Brief 468. — [2]) Offenbar für «Novembres» verschrieben, da die Martinimesse noch bevorsteht; vgl. auch unten, Brief 798.

796. III 251.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

Lindau. 1534. November 7.

Dank für die ihm zugesandte Epitome. Bericht Bucers, dass in Kürze die Einigung in Sachen der Abendmahlslehre hergestellt sein werde. Bevorstehende Zusammenkunft der verbündeten Städte in Esslingen.

Gratia[a] et pax a deo patre[b] per Iesum Christum[c]. Accepi nuper, doctissime Vadiane, egregium illud ab Humanitate tua donum: Epitome descriptionis terrarum, quo nichil unquam michi gratius donare potuisses. Sæpius interim mecum ipse cogitavi, quibus erga tuam liberalitatem gratum animum ostendere possem; at dum hoc tempore aliud habeam nichil, tantummodo litteris his[d] gratias agere summas volui. Quod antehac non fecerim, obstitit calculi mei tormentum, quo iam pæne integro mense discrucior[e]. Utinam michi quando maior detur occasio! Me gratum beneficii esse reperies, si quo modo tandem[f] tibi inservire possem. Quod præterea mones, ut pellectum diiudicem, tui animi pii candor est et christiana modestia. Scis enim atque ipse, me tantæ eruditionis atque

iudicii non esse, ut tua undequaque absoluta diiudicem; sed potius gaudens ut indubitata ambabus manibus amplector atque observo. Egregie certo illo adiutus es omnes sacrarum litterarum studiosos. Vivunt enim omnia, posteaquam, quo terrarum loco atque tempore facta sint omnia, agnoveris; quod Epitome tuum doctissimum abunde præstat, ut michi posthac nichil deesse putem, quæ ad geographiæ studium spectant. Dominus deus te nobis diu incolumem servat (!), ut tua egregia eruditione promoveatur christiana religio. — Rerum novarum nichil iam apud nos est, quarum te inscium putem. Pridie Butzerus ad nos, hic verbi dei ministros, scripsit, spem esse bonam, brevi omnes ecclesias concordes fieri in sententia eucharistię[g]; nam et id Melanctonem sedulo apud Saxones curare, quod ipse apud nostrates, nec Lutherum posthac tam severe abhorrere a modo nostro loquendi de sacramento, atque fecerit antea, dummodo confiteamur, in cena[h] fidelium corpus et sanguinem Christi dari in cibum animæ etc. Faxit deus, feliciter[i] procedat, quod hi[k] pii viri fideliter moliuntur, quo minus haberent adversarii nostri nostra super dissentione (!) hac calumniandi. Vale et una mecum nostram ecclesiam commendatam habeto. Salutat et te mecum uxor mea et cooperarii mei omnes.

Eslingæ nostræ confœderatæ[l] civitates ad diem Martini convenient, consulturæ de concordia illa sacramentuli et rebus aliis. Varenbulerus noster hodie hinc illuc profecturus discessit. Det illis dominus mentem bonam et intelligentem. Precabimur, ut omnia fiant in sui nominis gloriam et ecclesiarum ædificationem. Datum Lindavii, 7. Novenbris (!), anno 34.

Thomas Gasnerus, tui observandissimus.

Voglerum ammanum et verbi ministros apud vos omnes velim salutem a me imprecari.

Ornatissimo viro D. Ioachimo Vadiano, *apud* Sangallum præ*fecto pru*denti et . . . . perito . . . . eruditissimo, domino suo observando.

a) „Gracia". — b) „patri". — c) „Cristum". — d) „hiis". — e) „-tior". — f) „tandum". — g) „eucar-". — h) „cœna". — i) „fel-". — k) „hii". — l) „confederate". — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. IV, Brief 484.

797. B 46.

Theodor Bibliander[1]) an Vadian.

Zürich. 1534. November 16.

Bitte um Übermittlung von Briefen und anderm, was ihm durch Kaufleute aus Lyon für einen Freund Biblianders in Zürich zugehen wird. Freude über die literarischen Arbeiten Vadians und Bitte um seine Freundschaft.

S. Observo te, Vadiane, et iam aliquot annis colo, idque merito tuo, qui vir es optimus et de literis tum divinis tum humanis præclare meritus. Quam observantiam erga te meam nec literis nec per hominem testatus sum apud te, partim pudore impeditus, licet tu sis vir humanissimus, partim ratione, quod indignum putavi, id tantillum remorari te negotia reipublicæ multis a partibus gerentem, illis præsertim negotiosissimis temporibus. Ad hæc putavi hactenus non temere quemquam interpellandum tui similem, hoc est sanctissimis laboribus iuvandi recta studia intentum; nam ut tacendo inscitiam et infantiam tegam, non ita conor, si modo aliqua ratio iubeat vel scribere vel coram agere. Nunc vero, doctissime vir idemque optime, veniam mihi dabis ad te scribenti, quum caussa me cogat non levis momenti, nempe fides eaque summo debita sodali. Est enim vir bonus, qui dedit hoc mihi negotii, ut ad te scribam, ne molestum sit, per homines idoneos ad nos mittere, si quid literarum ad te per mercatores vestros Lugduno delatum fuerit. Se namque mandasse mercatori Lugdunensi, cui multum est cum Gallensibus commercium, ut aliquas res et literas per eosdem ad te, inde ad me transmittenda committat. Is quia coniunctus est amicitia[a)], negare non potui hanc operam, quam et præstandam vel tua æquitas iudicabit. Itaque rogo te, Vadiane, vir humanissime, si quid ad te fuerit delatum, ad me transmittas per homines certos; quod sine tuo dispendio ut fiat, a nobis curabitur. Interpretabor autem, hoc beneficium in me ipsum esse collatum, futurus tibi debitor haudquaquam immemor et ob hoc et ob istam gratiam, quam apud me omnesque studiosos iniisti tuis doctissimis lucubrationibus, quibus iuvamur valde, nisi nobis ipsi desimus. Vel nuper geographica tua commentatione aptissime facta in sacras literas magnum beneficium ipse privatim me accepisse, libenter fateor tibique gratias ingentes ago rogoque, ut furatus temporis quantum potest — et utinam plurimum possit! — elabores aliquid huius generis, quod veram literaturam illustret. Certe gestio iam et exspecto[b)] magna; nec frustrabor.

Penetravi arcana et scrinia tua: scio, quid moliaris. I bene, quo virtus tua te vocat, i pede fausto. Recognosce commentarios tuos in Pomponium, qui perfectissimi sunt(?), sed Plinianos locos plurimos explanans; quod cupio, quod exspecto[b], quod te meditari apud me prodidit Bernhardus Stehelin. Et utinam vacaret in toto Plinio agere, quod in Pomponio iam pulcherrime præstitisti, ut suæ integritati restitueres auctorem[c] excellentissimum, sic a multis curatum, ut dubites, curane an incuria plus obfuerit. Sed de hoc ipse videris, ut tua prudentia, studium in ecclesiam, cupiditas provehendi bonas artes dictaverint[d]. Optime valeto. Dicerem quoque, ut me inter tuos fautores et clientes recipias, ni putarem nimium, respiciens ad tuam excellentiam et mediocritatem meam. Sed tamen absterso pudore dicam confidentius: Vadiane, quem ipsa humanitas genuisse atque educasse cernitur[e], ut, si quis locus in rationario tuo vacuus[f] est, ibi meum nomen adscribas. Habebis certe homuncionem Theodorum, etiam quidem[g] tui studiosum inter primos, nunc inter tuos ex professo receptum, longe studiosissimum quique ex animo cupit, ut ipsi deo, sic amicis dei, hoc est optimis et sapientissimis viris placere. Tiguri, XVI. Kalendas Decembris MDXXXIIII.

Theodorus Bibliander tuus.

Clarissimo viro domino Ioachimo Vadiano, consuli primario apud Sangallenses, suo domino colendissimo.

a) „c“ für „t“. — b) „exp-“. — c) „aut-“. — d) Oder „dictaverunt“? — e) Das anlautende „c“ nicht vollständig sicher. — f) „vacus“. — g) Doch wohl für „pridem“ verlesen oder verschrieben.

[1]) Von ***Theodor Bibliander*** (Buchmann) von Bischofzell (1504—1564), seit 1532 als Zwinglis Nachfolger Professor in Zürich, liegen 7 Briefe (wovon zwei in Bremen) aus den Jahren 1534—1542 in unserer Sammlung vor.

III 247.

798.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1534. November 21.

Der Bundestag in Davos. Bündnerische Gesandtschaft nach Lyon. Papst Paul III. Sendung evangelischer Bücher nach Venedig.

Gratiam[a] et pacem per Christum a deo patre nostro. Doctissime Vadiane, de comitiis iterum nihil certi habeo, quod scribam. Hoc quidem certum constat, quod in Alpibus Davasinis habebuntur; sed dies nondum est statutus. Causa est: missi sunt legati a nobis Lugdunum ad regem Franciæ; 20. Novembris solverunt. Cum illi redierint, statuent

diem comitiorum. Tunc nequaquam negligam, te certiorem facere. Ex Italia rumor vel certa fama, in papam electum cardinalem Farnesium, civem Romanum. Is nunc vocatur Paulus tertius[a]. Pollicentur sibi multam spem et res grandes per hunc virum. Deus det, ut multa eveniant bona. Quidam vir nobilis Venetus de genere patricio misit ad me quendam mercatorem, ut ei libros mitterem evangelicos. Ego misi illi ex optimis, quos potui habere, pro decem coronatis Francicis; inter illos etiam Epitome Vadiani ex Tiguro adduxi et iam ex nundinis Venetias misi. Ferunt etiam quædam[b] nova ex Ungaria; illa a te exspectabo[c]. Non enim certum quid habeo, quod scribam; te quidem non latere scio. Vale. Ex Rætorum[b] Curia, 21. Novembris 1534.

Tibi deditus *Ioannes Comander*.

Præstantissimo viro doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli meritissimo, domino ac amico suo primario.

a) „ci" für „ti". — b) „e" für „æ". — c) „exp-".

1) Vgl. IV, Brief 468.

799. III 259.

Johannes Vogler[1]) an Vadian.

(Rheinegg.) 1534. December 4.

Übersendung von Büchern. Process seiner Ehefrau um ihr Erbe.

Gaudium et pax a domino nostro Ihesu Christo. Min insonders lieber herr und vatter, hie schicken ich dem burgermaister Rainsperg die Bibel. Besichtigend sy, so werdend yr erkennen, uss was liebi oder gunst es geschechen ist. Es hatt mir der helffer die bekantnus gelichen Ambrosii Blarers. Die lond im werden by üwerem Melchior. Wissend, das min husfrow komen ist. Die fyend des evangelions mit sampt des pfaffen anhang haind yr nit wollen antwurtte(n), sy bringe dann iren vogt, von dannen sy sesshafft ist, und mich nit iren eeman, sonder ain verlögneten Christen geachtet; sy wellen mit kainer frowen rechten. Uff das ist erkent, sy sölle von dem ort, da sy husshablich sitze, bevogtet werden; dan gscheche witter, was recht sye. Also han ich zů Rinegg angerůfft ain gantze gemain; die hatt mich angenomen zů aim burger, und inen gschworen, und ist kain man nie darwider gsin; dann all gmainlich: wir wellend zů im setzen, was wir vermügen. Von stund an ward sy bevogtett. Der selbig vogt gab allen gwaltt dem botten, der mit yr

heruf ist komen, das erb, so noch in haft ligt, ze ziechen etc. Sy woltend yr das halbtail lassen worden sin. Also ist der bott darvon. Ich bitt üch, wie ich nächst mit üch geredt und mich daruff verlassen, und wie ichs versprochen hab, wil ichs trülich halten mit der hilff gotz. Ich hab dem botten, der mit miner frowen komen ist, zwen guldi mûssen geben für zerung. Sagt er zû mir, er weltte mir in kurtzem 20 darfür schicken, liese in gott leben. Den handel hab ich nit mügen verhalten; üch den im besten angezaigt. Wie sich die gotloßen wenden: der herr wirt yren anschlegen widerston und znüt machen. Hiemit sind gott bevolhen und alles, so üch lieb ist. Datum 4. Decembris, im 1534. jar.

Johannes Vogler zû *Rinegg*, gantz üwer williger.

An minen liebenn hern doctor von Watt, vogt des richs zû Sant Gallen, zû aigen handen.

1) Vgl. IV, Brief 528. Zu den dort erwähnten 4 Briefen kommen noch 6 weitere aus den Jahren 1535—1539.

III 260.

800.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1534. December 5.

Begleitschreiben für seine nach St. Gallen reisende Gattin, deren eilfertige Abreise ihn hinderte, die von Bucer veranlasste Erklärung der Zürcher in Sachen der Abendmahlslehre Vadian zuzuschicken. Die ihm zugesandte Erklärung Zwicks befriedigt ihn nicht.

Gratiam et pacem a deo patre per Christum. Volui confessionem nostram in eucharistiæ negotio[a)] ad te mittere, doctissime vir, quam totiens[b)] extorsit Bucerus; sed nondum erat exscripta, et uxor comite sua coacta fuit abire neque tamdiu exspectare[c)]. Legeram pridie a Henricho Lutio in Wintherthur missam schedam, quam ad te dederat Zvikius noster, in qua video, eos a simplici veritate deflectere et tertium quoddam[d)] corpus Christi excogitare, quod in cena[e)] adsit, tantum ne cogantur fateri, verum corpus vere adesse, sed fide. Ego non video, quo tandem res spectet. Optamus omnes ecclesiæ unitatem et concordiam, sed quæ illæsa[f)] possit veritate et fide constare. Dominus misereatur nostri et det, ut adfectibus sedatis suę ipsius glorię unice studeamus. Vale, doctissime vir. Ex Tiguro, 5. Decembris 1534. *Leo Jud* tuus.

Ornatissimo viro D. Ioachimo Vadiano, patri et patrono optimo ac charissimo.

a) „c" für „t". — b) „totius". — c) „exp-". — d) „qoddam". — e) „cœna". — f) „e" für „æ".

1) Vgl. III, Brief 370.

801. III 265.

Johannes Menlishofer[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1534. December 15.

Beileid zum Hinschied eines Freundes Leonhard. Mathæus Flaur. Genaue Beschreibung der Krankheit des von Vadian ihm empfohlenen Hauptmanns Ambrosius, mit der Bitte um den Rat Vadians.

S. Accepi, vir clarissime, hodie litteras tuas, scite ac pulchre fati necessitatem demonstrantes, unde ęquo animo fatum inevitabile viri optimi Leonhardi, tui amici, videris ferre. Nimirum cui, dum in humanis degebat[a]), optime consultum voluisti, huic et — cum Christo nunc convictori, cui vivens se totum devovit — summam et perpetuam non invidebis felicitatem[b]). Debitum naturę[c]) ac mortis legi Christo propitio et auxiliatore exsolvit[d]), unde potius congratulandum est nobis, quod ita feliciter[b]) humanas miserias absolvit ac nunc perpetuo cum cęlestibus[c]) christicolis ęterna[c]) fruitur beatitudine. Ceterum pharmacopolę merces a Matheo Flaro reddita est, uti ex ore eius intellexi. Cupis insuper scire, an michi quicquam solutum sit. Matheus Flaur per aliquot menses peregre profectus est; me[e]) nunquam convenit nec ego eum. Nil michi hactenus obtulit; ego nil ab eo exegi[f]) tui causa et, ut gratiam apud te inirem, ne teruncium[g]) quidem ab eis postulassem. Nichil ęque in votis habeo, quam quibuscumque officiis me tibi adprobare. Ne autem te eiusmodi[e]) vili officio gravem, poscam, ea condicione[h]): si tibi minus iustum videbitur, ad voluntatem et arbitrium tuum meum ius refero; duos aureos si michi adnumerabunt, boni consulam. Capitaneum Ambrosium, a te michi quam amice commendatum, quantum fieri potest, ei[e]) numquam deero. Optima fide ac diligentia bonum virum tractabo ac consiliis, consolationibus pro ingenii facultate ei adero. Et ut summatim eius valetudinem[i]) tibi depingam: videtur inter omnes affectiones suas pręcipuam[c]) esse senectam, gravem vere morbum et abunde molestum. Ventriculi dolore gravativo ac tensivo hactenus laboravit vehementer; sed nunc multo remissius et mitius. Fastidio cibi vexatur; pro condicione[h]) tamen satis alimentorum admittit; pituita e cerebro sępius[c]) defluit ad pectus, stomachum, per spinam dorsi ad renes et modice in pectore suppuratur; spuit enim purulentum flegmati admixtum sine tussi, ac pectoris strictura videtur quandam pectoris non fere[k]) absimilem empimati (!) affectionem habere, cum vagante calore extraneo nocturnis horis; aliquot horis inquietudine immodicoque

calore molestatur. Contigit meo iudicio ob putredinem aliqualem pituitę[c] in pectore. Phthisis[l] tamen et febris ethicę[c] nulla certa exstant[m] signa. Difficultate insuper urinę[c] vexatur mala quadam vesicę[c] affectione, partim strangurię[c], partim dyamnę[c] communicanti et ambabus non dissimili. Lotium horatim aliquotiens emittit et non absque dolore multum lotii interdum emittit, plus una nocte, quam duobus diebus vini vel liquoris hauserit. Lotium album, purulentum, sedimentum farinosum et refertum, corruptum flegmatibus, absque tamen odore gravi et illęsa[c] vesica. Inferior venter probe officium suum facit. Non decumbit lecto, sed interdiu deambulat cum familia, morosus pręter[c] consuetum, non ita alacer[n] et hilaris[o] ut antea; retinet viventem suum colorem. Hęc[c] tibi indicare volui, ut et prudentia et solerti ingenio tuo quicquam consilii ac opis nobis communices. Vale, piissime vir, meque inter amicos tuos recense. Datum 15. Decembris 1534.

Tuus ex animo amicus *Iohannes Menlißhoferus*.

Cras nomine tuo eum Ambrosium salutabo.

Doctissimo simul et integerrimo viro Ioachimo Vadiano, doctori ac consuli, domino suo colendo. Sanctgalli.

a) „dęg-". — b) „fęl-". — c) „e" für „ę". — d) „exol-". — e) „ę" für „e". — f) „exigi". — g) „t" für „c". — h) „condictione". — i) „valit-". — k) „fęre". — l) „pthisis". — m) „ext-". — n) „alacher". — o) „hyl-".

1) Vgl. III, Brief 361.

III

802.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1534. December 21.

Persönliches Wohlbefinden und langsamer Fortschritt der evangelischen Sache. Verweisung an den Überbringer für Nachrichten aus Italien.

Gratiam[a] et pacem per dominum nostrum Iesum Christum. Vir ornatissime, ex Insubria domum repedans Mathias, tabellarius noster, me convenit, quem magno gaudio suscipiebam, sperans Præstantiæ tuæ literas accepturum me, quarum nullas (nisi me ratio[a] fallat) iam tota Olympiade amplexatus sum. Quum vero hominem aliunde advenisse comperi ac recta ad sua profecturum, ingratitudinem nefasque[b] iudicavi, si meis literis vacuum ad tuam Humanitatem dimitterem, quamvis fere nullum esset scribendi argumentum. Primum quidem, quod me attinet, satis bene per dei gratiam valeo corpore et animo; ea vero, quæ[c] ad

Christi gloriam ac evangelii profectum pertinent, lente procedunt. Omnes, quę sua sunt, quærunt[c] et admodum nulli ea, quæ sunt Iesu Christi. Unde fit, ut omnes nos vitæ umbraticæ gnaviter prospiciamus, veram autem et ęternam ignavi negligamus. Ea vero, quæ[c] in Italia aut Insubria aguntur, tu ipse ex Mathia clarius audies, quam ex meis scriptis. Tua igitur Præstantia per Dei benignitatem bene valeat commodeque[d] vivat meque amet et quantocius[e] literis salutet. Ex Curia Rhætica[c], vicesima prima Decembris 1534.

Tibi deditissimus *Ioannes Comander.*

Præstantissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli dignissimo, domino ac amico suo *observando.*

a) „c" für „t". — b) „neph-". — c) „e" für „ae". — d) „comod-". — e) „-tius"

1) Vgl. IV, Brief 468.

803. III 268.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1534. December 22.

Bericht über eine Conferenz der schwäbischen Geistlichen zur Herstellung der Einigung in der Abendmahlslehre auf Betreiben Martin Bucers. Sechstägige Beratung. Bedauern, dass die Zürcher und Ambrosius Blaurer sich nicht eingefunden haben. Er stellt einlässlicheren Bericht darüber in Aussicht.

Salus per Christum.

Congregati fuerunt apud nos ministri ecclesiarum Sveviæ, auctore[a] Martino Bucero; expiscari etenim voluit, quidnam illi ex animo sentirent de eucharistiæ mysterio. Conatur siquidem cum Philippo Melanthone concordes facere nostros cum Luthero, idque bona conscientia et sine omni fraude veritatis. Antequam vero primum diem absolvissemus, coactus est abire Bucerus, vocatus a Philippo; reliqui ad sextum diem manserunt. Tractaverunt certe causam hanc gravissime et serio, de quo ego te brevi aut literis aut coram ordine certiorem faciam; interim si quid spargitur, ne credas facile. Utinam vero et Tigurini potuissent interfuisse, quos ego uno atque altero tabellario vocavi, sed frustra. In illorum quoque gratiam convocati sunt Sveviæ fratres Constantiam, quo commodius possent advolare. Miserunt autem confessionem simplicem, piam et veram, quæ utinam Luthero atque nobis approbetur! Adfuerunt ex Augusta D. Sebastianus, venerandus et

doctus senex, ex Ysne Cunradus cum Vagio, ex Campoduno quidam, ex Lindoya Thomas, ex Memminga m(agister) Gervasius, ex Ulma Martinus Frechtus, vir gravis, sanctus et doctus. Sperabamus adventum Ambrosii, sed non potuit satisfacere exspectationi[b] nostræ; sed quid actum sit inter fratres, non te latebit. Iam non datur quicquam addere. Hęc breviter, ne nihil haberes. Commendo me precibus tuis. Vale. 22. Decembris 1534.

E pectore tuus *Iohannes Zvick*.

Omnium præstantissimo viro D. Ioachimo Vadiano, senatori et gravi et pio, domino atque patrono observandissimo.

Sangalli.

a) „auth-". — b) „exp-".

¹) Vgl. II, Brief 152.

III 269.

804.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1534. December 22.

Freude über den Brief Vadians, aus dem seine Entschlossenheit für die gute Sache hervorgeht. Bericht über die ihnen zugesandte Erklärung der Zürcher in der Abendmahlslehre, der die Berner nicht beistimmen können, obschon die Basler ihre Unterschrift dazu gegeben haben. Einlässliche Begründung ihrer Ablehnung. Bericht über einen ergebnislosen Tag in Thonon mit dem Herzog von Savoien.

S. Quantum me exhilararit epistola tua, doctissime consul, vel eo potissimum nomine coniicere poteris, quod ea scribis, quę vere apud me saltem nova, sed felicia[a] videntur, tum quod animatiores vos intelligam, quo pręsentiores vobis immineant insidię. De eucharistię dissentione (!) concilianda quantum ad quinquennium iam Bucerus noster laborarit, non ignoro; sed ecce, quid his diebus apud nos contigerit. Miserunt fratres nostri Tigurini confessionem suam ad nos de eucharistia, cui cum Basilienses iam subscripsissent, idem a nobis exigebant, aut, si quę minus prudenter posita essent, admoneremus. Erat autem illius summa: in cena[a] gratiarum actionis sacrosancta verum corpus Christi, prout fractum est in cruce, vere adesse, dari distribuique fidelibus, qui non nisi fide edunt corpus illius etc. Iis ad longum etiam doctissime explicatis subscribere non potuimus, eo quod non solum Lutheranarum, sed et ecclesiarum nostrarum, posteritatis item et veritatis ipsius hactenus simpliciter et aperte doctę rationem, et eam quidem summam, habere oportet. Nam utcunque huius confessionis verba explicentur, præ se ferunt tamen, ut

iacent, id quod nec sensimus nec docuimus. Non enim primum in cena[a] datur aut distribuitur fidelibus verum corpus vere pręsens, sed nos iam antea pastos nobis pręsentem datum et distributum Christum, hac panegyri potius gratias agentes, recordamur et confitemur symbolaque[b] hęc potius esse signa, testimonia et memoranda gratię per mortem Christi iam pręstitę, quam tum primum distribuendę, et quę suo modo sensibus subiiciunt ac repręsentant beneficia dei nobis exhibita, sacramentaliter scilicet et mystice; id quod nihil dubito idem omnes in Helvetiis nobiscum sentire. Sed certe verba hęc «dari et distribui» in confessione ferre non possumus, nec convenit, per alleosim(!) sacramentariam singula confundere, quamvis hoc nec scripturę sit alienum nec patribus. Tamen inter apostolos nulla erat huius rei disceptatio, sicut nec inter veteres. Hinc libere et auguste loquebantur; sed interim papatus sui dei impanati cornua sumpsit, id quod posteris nostris quoque contingere possit. Veritatis simplex et aperta debet esse oratio. Quodsi Luteri loquendi formulę præscriptę album addiderimus calculum, quid aliud facimus, quam quod agnitam veritatem recantamus? Sin vero amphibologiis veritatem involutam confiteamur, ut nihilominus suo quisque sensu hac confessionis formula abundare possit, quid, precor, concordię, quid ecclesiis, quid tum veritati, tum posteritati consultum erit? Quodsi vero nos loquimur, ut credimus, sentimus et docemus, Luterus nos non feret et acerbior quam hactenus unquam in nos reddetur. Pręterea quid concordię cum illis sperandum, qui missandi ritum papistico non absimilem, sed a cenę[a] religione alienum adhuc mordicus tenent, ut apud Saxones et Noricos fieri audio? Quodsi hęc immutassent, spem de solida fecissent concordia futura; immutaturos vero non credo, quod tantopere in Zvinglianos et Svermerios sęvierint. Cogitare igitur volui et te quoque, charissime Ioachime, ne simus in confitendo pręcipites, ne male sarcta concordia sementum (!) maioris discordię faciamus. Scripsimus omnia Tigurinis et Basiliensibus. Basilienses comitia indici consulunt civitatibus christianis Helveticis, id quod mihi non displiceret, ubi senatui nostro huius rei gratia instarent. Scripserunt idem Tigurinis. Exspectamus[e] nos, quid futurum sit; plus enim me turbaret, si veritas inter nos discerpi deberet, quam si mille Luteros haberemus adversarios. Pręterea cogitandum, quam strenue Zvinglius semper restiterit amphibologicis illis sermonibus. Scio re ipsa et veritate, eucharistię neminem inter nos aliud

sentire, quam antesignani nostri scripserint Zvinglius et Oecolampadius. Grave mihi est, a Bucero et Bullingero, fratribus et maioribus meis charissimis, vel apicem discedere, quod utriusque pietatem et eruditionem habeam perspectissimam. Sic igitur inter saxum et sacrum mihi hęrere[d] videor, dum confiteri debeam, quod in animo non est vel cuius ecclesia nostra simpliciter edocta non assuevit, dum item soli nos excludi deberemus ab hac, si saltem futura sit, concordia. Hęc omnia in sinum[e] tuum veluti alterum egonem effudisse velim, ut, dum deprehenderis me vel non intelligere aliorum confessa vel perperam sentire, citius admoneas. Scripsi eadem Heinrico meo Bullingero; huius responsum vix exspecto[c]. Age igitur, ut confido, doctissime vir. — Quod ad Sabaudum attinet, soluta sunt comitia Thonungę re nimirum infecta; sed quid obstiterit, scribere non potui, quod legati nostri nondum redierint. Negat, ut audio, Allobrogum regulus, se unquam consensisse in sententiam Paterniaci lectam[f]; eam penitus sublevatam vult. Id quod hactenus senatus noster admittere noluit; sed iustitiam invocat et exspectat[c] ab Helvetiis, hac in re tum arbitris aut iudicibus: perire nos omnes cum Gebennensibus exitiali bello aut cum iis turpiter civitatem solvere! Quodsi tui facta fuerit mentio, faciam, quod petis, quamvis quidam alia comitia Lausannę indicta retulerit; certi tamen nihil habeo. Vale, charissime Ioachime, et me tibi commendato ad aram usque utere. Bernę, 22. Decembris, anno 34.

Tuus ex animo *Berchtoldus Hallerus.*

Eximię pietatis prudentię et eruditionis viro Ioachimo Vadiano, urbis S. Gallensis consuli, maiori suo summe observando.

a) „ę" für „e". — b) „simb-". — c) „exp-". — d) „e" für „ę". e) „simum". — f) Eher als „latam".

1) Vgl. III, Brief 434.

III 275.

805.

Sebastian Appenzeller[1]) an Vadian.

Bern. 1534. December 22.

Die Genfer Wirren.

Uff Zinstag post Thomæ[a] sind die botten von Gemf komen, und ist die sach zwüschend dem hertzogen von Safoy, den Gempferen und denen von Bern gantz zerschlagen, und statt die sach nit zům bestenn. Doch so ist ain anstand aller partiegen halb, namlich 2 monot

angestelt. Des habend die von Bern nit gwalt gehept anzenemen. Daruf die von Bern dem hertzogen in 14 tagen antwurtten sollend, ob die den anstand hallten wellend ald nit. Und so sy, die von Bern, annemen werden ald nit etc., so sol demnach zů Lutzern uff Sontag post drium regum ain tag zů Lucern gehallten werden, darin man diser dingen halben dan wietter handeln wirt. Item es sol ouch der predicant zů Gemf ouch die 2 monot still stan. Datum Bern, uff Zinstag post Thomæ[a] 1534.

E(wer) w(illiger) *B(astian) Appenzeller.*

An doctor Jochim von Watt zů aigner hand. S. Gallen.

a) „e" für „æ".

1) Vgl. III, Brief 405.

806. III 278.

Christoph Froschauer[1]) an Vadian.

Zürich. 1535. Januar 2.

Neujahrswunsch. Honorierung von Vadians Arbeit. Übersendung von Neujahrsgeschenken an die Gattin. Im Druck liegende Werke.

Christus Jesus, unser behalter und säligmacher, verlihe üch und uns allen ein gůt, fridsams und glüksälig jar. Amen. Lieber herr doctor, ich hab üch vor etwas zitts geschriben: was ich üch ze thůn wëre von wegen üwerer můg und arbeyt, wolt ich üch gůtlich abvertigen; und ob ir nit gelt begerten, üch vilicht lieber bůcher weren, begere ich, wellen mir ze wisen důn, was ir gern für bůcher welen haben. Wil ich üch gern schicken, was ich hab; und was ich nit hab, wil ich darnach stellen, das es mir werde; denn ich bin gar und gantz nit deß willens, üch nündt für üwer mů und arbeit ze thůn; wiewol ich üch nit den zehenden teyl daran bezallen möchte etc. Schick hie mit zeygern diß brieffs üwer hußfrowen ein kleinfüge gab zům gůttenn, glücksäligen jar mit sampt einem nüwen bůchli, beschriben durch Leonem Jude, das liden, urstende, Iesu Christi uffart unnd sendung deß heyligen geists betreffend. Ist also min bitt an sy, wel das lesen; es wirt ir, als ich hoff, nit mißvallen etc.

Yetz druck ich den 5. tomus Pelicanii, das ist Comentario (!) über die Apocripha, und die 64 artickel Zwinglii ze Latin und die ander epistel Paulii (!) ad Corinthios etc. Datum Zürich, am 2. tag Ianuarii, anno 1535.

Ü(wer) w(illiger) *Christoffel Froschouer.*

Dem hochgelertten, fürsichtigen und wisen herrenn doctor Joachim von Watt.

1) Vgl. oben, Brief 660.

III 282.

807.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1535. Januar 11.

Die Bemühungen Bucers für die Einigung in der Abendmahlslehre mit dem Beistande Melanchthons. Die grössere Nachgibigkeit Luthers. Er wünscht, dass auch die Schweizer beitreten möchten und hofft auf eine durchgehende Einigung. Zusendung der Verteidigungsschrift des Ambrosius Blaurer. Zwick verspricht weiteren Bericht nach Eintreffen der Antwort Melanchthons.

Salus et pax Christi. Non ignoras, quibus artibus Satan ecclesiam Christi persequatur et quam nullum non lapidem moveat ad devastandum (!) eam. Hinc ex nostro in caussa sacramenti dissidio conatus est, occasionem multo maioris controversiæ quærere[a]). Itaque Bucerus, qui strenue vigilat pro ecclesia, statuit conferre cum Helvetiæ et Sveviæ fratribus, ut intelligeret, quantum distarent a Luthero. In gratiam vero Helvetiorum Svevos Constantiam vocavit, quo isti commodius possent adesse; missis vero literis excusaverunt sese, indicantes caussas, quominus advenire potuerint. Ergo cum nostris egit Bucerus, communibusque votis subscripsimus confessioni, quam ille habet in libro ad Monasterienses, quem si non vidisti, omnino mittam ad te; sic enim videtur optimus vir tractare hanc caussam eo loco, ut nihil possis desiderare[b]); neque aliud exigit Lutherus quam planam et simplicem confessionem de vera veri corporis Christi in cena[c]) exhibitione. Nihil autem quærit de impanatione illa plus quam impia palamque fatetur, nihil ad rem facere neque naturalem neque realem neque personalem unionem corporis cum pane, modo sacramentalem non negemus per ministerialem exhibitionem. Cum ergo intellexit Bucerus, hoc dari per nos, nihil aliud exigente etiam Luthero, abiit Casellam Hassiæ, vocatus a principe et Philippo. Philippus quoque, lecta Buceri ad Monasterienses de sacramento sententia, eandem omnibus modis approbavit, daturus operam, ut et Luthero probetur. Conatus Philippi optimi sunt, et Lutherus desiit furere, æquior factus nobis. Quodsi ipsi quoque Helvetii declarationem ad Monasterienses reciperent testarenturque, sic se quoque sentire, certe nulla certior spes sarciendæ ecclesiæ posset

apparere. Accessit prudentissimum landgravii consilium: scilicet cum declaratio ad Monasterienses facta nequaquam contraria sit confessioni Saxonicę, quę dudum Schwinfurti per nostros subscripta est, nostramque confessionem de vera corporis Christi in cena[c] exhibitione principes quidam Augustę primum receperint, iam non concedendum, quasi inter nos non conveniat; sicut re vera per omnia convenit, nisi quod de modis loquendi quibusdam aliqui adhuc hęrent. Cum autem soli Augustani principi electori suspecti videantur, visum est landgravio, de his solis quoque rationem concordiæ ponere et exigere. Sic felicius successit Buceri conatus, quam sperasset; et rescribit quidem Bucerus, numquam fuisse tantam spem puræ concordiæ, quam dominus pervehat et confirmet.

Ambrosii apologiam ad te mitto, exspectans[d] iudicium[e] tuum; sed omnino unius farinę est cum declaratione Buceri, quo minus opus est de hac sententia ad te perscribere. Tigurinis quoque rem omnem scripsi. Quicquid vero Philippus apud Lutherum et electorem principem effecerit, suo loco non ignorabis, cum rescripserit. Iam non aliud habeo. Christus te servet. Constantiæ, 11. Ianuarii 1535.

Precibus tuis commendo me summo studio.

Iohannes Zwick.

Præclaro et docto viro D. D. Ioachimo Vadiano, prudentissimo Sangallensis reipublicæ consuli, patrono observandissimo.

a) „e" für „æ". — b) „desyd-". — c) „cęna". — d) „exp-". — e) „t" für „c".

¹) Vgl. II, Brief 152.

808. III 291.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

Lindau. 1535. Januar 30.

Übersendung der Zuschrift Bucers nach dessen Besprechung mit Philipp Melanchthon. Nach den Berichten von Martin Frecht und Johannes Zwick mache die Einigung erfreuliche Fortschritte, wenn nur auch die Schweizer beitreten möchten. Heinrich Bullinger soll zustimmen, nicht so Leo Jud. Vadian möge seinerseits für Zustimmung wirken. Streit des Rates von Lindau mit der dortigen Äbtissin.

Pax domini Iesu tecum. Mitto hic tibi, observandissime doctor, scriptum ad nos Butzeri, posteaquam Philippum Melanctonem in Hassia convenit, etsi commissum sit a Butzero nulli communicare usque ad negotii felicem exitum. Scribit præterea michi Frechtus et

doctor Zwickius, concordiam felicissime procedere, modo Helvetii fratres explicationem exhibitionis susciperent, quæ scripta sit per Butzerum in libro ad Monasterienses; quæ velim pro tua eximia eruditione atque prudentia diligenter considerares, ut posses sana illis persuadere conscientia atque illæsa fide, ut et hanc confiterentur luculenter. Quantum ego pro exili meo ingenio capere possum, nichil dissidet cum veritate scripturæ et interpretatione sanctorum patrum. Ferunt Bullingerum ea magnopere approbare, at Leonem non item cum aliquibus aliis fratribus. Scio tibi non opus calcar addere, qui sua sponte totus in eo sis, ut regnum Christi atque sana doctrina ubique provehatur; quare non est, memorem ut moneam. Magistratui nostro minus convenit cum abbatissa[a] nostra quam antea; imitari enim conatur vestrum abbatem, ut moretur evangelium in rure nostro. Nichil autem proficiet deo dante; serio enim resistunt[b] nostri. Vale quam felicissime, sitque nostra mecum ecclesia tibi commendata. Lindavii, pænultima Ianuarii, anno 35.

Thomas Gasnerus, tui observandissimus.

Velim Voglero, amico singulari et fratri fido, hæc communicari, quem et nomine meo digneris salutare multis.

Domino doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogallensium consuli prudentissimo, domino suo observando.

a) „abat-". — b) „restistunt". — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. IV, Brief 484.

Die Eingangs des Briefes erwähnte, vom 2. Januar 1535 aus Frankfurt datierte Zuschrift Bucers folgt als Beilage mit einer ihr beigefügten Notiz über Bucers Aufenthalt in Augsburg (November/December 1534).

III 277. Sic nobis scribit Butzerus, e Franckfordia et Hassia rediens:

Gratia et pax. Observande Frechte, mitto hic tibi et fratribus symmystis[a] Ellungensibus[b], Biberacensibus, Memyngensibus, Constantiensibus, Lindaviensibus, Campidonensibus et Ysnensibus rationem, qua in præsens averti possit conatus hostium caussam quærentium ex nostro dissidio. Visum est illustrissimo principi landgravio Philippo et michi, ut Augustani soli exprimantur, quia nos pridem a Saxonibus agniti sumus concordes, dum illi nostram primo Augustæ et nos illorum postea Sch(w)infurti confessionem recepimus. Non fuit igitur vel significatio aliqua concedenda, quasi aliquid inter nos non conveniret; sic re vera per omnia convenit, nisi quod de modis loquendi quibusdam aliqui adhuc hærent. Augustani autem peculiariter diffamati apud illustrissimum principem electorem fuere. De hiis igitur nominatim rationem concordiæ posuimus, quam Philippus dicet, si de eo quæratur, omnibus nobis probari.

Nam cum hic nichil dicitur (!), quam ut iuxta confessionem et apologiam (gemess) doceamus, et explicatio, quæ subiicitur, nichil quam exhibitionem veram veri Christi exprimat et nullam explicationem excludat, non videtur inesse hic, quod quenquam nostrum queat gravare. Dominus Philippus siquidem approbat nostram moderationem in libro ad Monasterienses, ubi omnia satis explicata sunt. Integrum manet cuique in ecclesia sua explicare pro ædificatione omnia, tantum ut vera veri Christi per ministerium ministralis exhibitio salva maneat, ut semper dicebam. Iam dabit operam Philippus, ut D. Lutherus quoque nostram explicationem probet. Impii nichil ad nos; nichil igitur de illis nominatim statuere visum est. Vos ergo, fratres charissimi, perseveretis in moderatione, quæ est in libro ad Monasterienses, ut plane fateamini, dominum nobis in cena[c] exhiberi et adesse, et orate dominum, ut domini Philippi conatus, qui certe optimi sunt, provehat atque confirmet. Nunquam fuit spes maior certæ et puræ concordiæ. Dum autem Philippus nobis rescripserit, quid apud electorem et Lutherum effecerit, scriptum, quod mitto, communiter a nobis positum, nolite vulgare et in eo agnoscite diligenter cautum de discrimine naturali inter panem et corpus domini. Hoc enim posito aversæ sunt omnes crassæ et impuræ cogitationes, quomodo per se corpus domini percipitur, nempe mente fideli et ratione sacramenti corporalis corporaliter, ex causis in præsens dilatum est. In genere antea statui necesse est de exhibitione et luculenter explicanda naturæ[d] diversitate inter corpus domini et panem. — Res commodo habent; tantum orate dominum et concordiæ vas accommodate secundum ea, quæ recepistis ex libro ad Monasterienses[e]. Quæ Philippus effecerit apud Lutherum et electorem, rescribet quam primum landgravio: ab hoc discemus nos. Optime valete, fratres observandi. Franckfordiæ[f], postridie circumcisionis 35.

Martinus Butzerus.

Philippus et fratres quidam Hassiæ magno studio se vobis commendari petierunt.

a) „simmistis". — b) Wohl für „Eslingensibus" verschrieben. — c) „cœna". — d) „ne" (oder „ue") mit Abkürzungszeichen. — e) „Monasteru" mit Abkürzungsstrich. — f) „Franctf-". — Durchgehends „e" für „æ".

Her Butzer ist zů Augspurg 5 wuchen gelegen. Hat da geprediget und berichtt, das die predicanten der oberkait zůgesayt haben vom sacrament und andren articklen der confession und apologia gemess zů leren, des si sich auch zůvor auff ansinnen der oberkait erbotten habend, wie sy ym anzaigtt, und das kain betrug gesucht oder gemaint werde. Von der warhafftigen gegenwurtigkait bericht er, das sy bekennen, das der lib Christi wesenlich und warhafftigklich entpfangen werde, so wir das sacrament entpfahend, und das brot und wein zaichen sind, exhibitura, welche so man raichet und entpfahet, werde zůglich geraicht und entpfangen der lib Christi. Und haltent also das, das brot und der lib also by ains sind, nit mit vermischung yrens wesens, sonder als sacrament und dasjenig, so sampt dem sacrament ggeben (!) wurt (quo posito aliud ponitur); dan diewil man auff baiden tailen helt. das brot und wein blibend, halten sy auch solche sacramentalem coniunctionem.

III 297. 809.

Jakob Grübel[1]) an Vadian.

(Tuttlingen.) 1535. Februar 19.

Der Kornmarkt. Kaiserliche Werbungen.

Hochgelertter lieber her unnd vetter, euch sigennd min frünttlich, willig dinst befor etc. Ich füg euch frünttlicher manug zů vernemen, das mir m(in) g(nediger) h(er) vonn Hewenn hat befolhenn, euch zů schribenn vonn wegenn deß kornn, das der keller[a]) for ettlichenn tagen vom fürstenn ist komenn unnd noch kain enttlichenn befelh hatt vom kastenn zů ferkoffenn. Aber wenß noch ain 8 oder 14 tag batt hette, so soll beschaid komenn, das er ferkoffenn darff; aber über hundertt maltter zůmall darff er nitt ferkoffenn, unnd alweg ain 50 maltter oder 60 haber můß man zů 100 maltter feßenn nemen. Eß ligend by 1000 maltter unnd dorob feßenn hie, aber trefflich gůtt ding fonn feßenn; unnd waiß hie der gmayn loff were, wurd mann euchs gebenn etc. Doruff mügen ir euch bedennckenn unud unnß ewer manug zů ferstenndigen etc.

Süster nüwer zittung ist gar nichs forhanndenn, denn das deß kung vonn Franckrichs regementt ietzmall mitt denn lannttzknechtten abgestelltt ist wordenn. Witther schlatt man umb im rich dem kaßer unnd nemptt man knecht ain unnd am iettlichen knechtt gelltt uff hannd, dornoch er ain perschon ist. Unnd gibt man ynen beschaid: in 14 tagen soll ynenn aingezogt werdenn, wohin sy sollenn uff denn musterblattz komenn. Unnd ist her Max oberster über 15000 lannttzknechtt. Soll das erst regamentt uffbrechenn in 14 tagen, aber wo uß, kain man nitt grůnttlich wißenn; ettlich sagen über mer, ettlich in Yttalia, ettlich wider der ewengelischen fürstenn unnd stettenn. Doch kain man enttlich noch kain gwüßlichs erfarenn; denn sy hannd ir ding die Kaiserischen in stille. Aber daß ist gwiß, das alentthalb fill selttzamer brattick forhanndenn sind. Gott der allmechtig wennd all sachenn zů sim gottlichen willen hie. Sind gott alzitt befolhenn. Dattum in yll, denn 19. tag Feberarii, anno ym 1535 jar. E(wer) w(illiger) fetter *Jacob Grübell.*

Die 2 regamentt werenntt 15000 knecht füren, unnd der erst musterblattz soll Ameronn sin.

Dem hochgelertten, fürsichtigen unnd wißenn Jochim vonn Watt, doctor, burgermaster zů Sanntt Gallenn, minem lieben heren unnd vetternn etc.

a) Schwerlich Eigenname.

1) Vgl. IV, Brief 569.

810. B 34.

Andreas Karlstadt[1]) an Vadian.

Basel. 1535. März 5.

Gute Wünsche und Mahnungen. Mitteilung über eine Disputation.

S. Quando non habeo, quod ad te, virum et piissimum et doctissimum, scribam, hoc unum indico, tuam mihi atque meam salutem cordi esse. Conservet itaque te, qui condidit et regeneravit, addatque omnia, quibus vel indiges vel exornari velis. Veritatem, pietatis alumnam, ut hactenus perfeliciter adseruisti, tueri perge. Vale felicissime et dominos ac fratres istic salvos esse iubeto, Sedellarium etiam illum senem atque iuvenem. Basileę, die Martii[a]) 5, anno MD 35.

Disputationem eximius magistratus noster iniunxit. Parui, quum non viderem iniqua pręcipere. Ea tamen disputatio iam, ut audio, ab exteris varie sumitur; nobis vero bene convenit, et ego, quod ad me attinet, et nullam unquam dissidii caussam dabo et veritatem atque pietatem progredi propagarique latius cupiam. Mihi tamen plurimum videtur interesse, scripturam perfunctorie et explicate perdiscere etc. De qua quidem re scripsi, ut si quorundam vano rumore commotus esses, hinc tranquillareris aut ansam scribendi caperes. Iterum optime vale.

Tuus obsequibilis *Andreas Carolostadius.*

Ornatissimo atque prudentissimo viro domino Ioachimo Vadiano, domino doctissimo et senatori Gallensi, patrono suo longe charissimo et colendo.

a) „c" für „t".

1) Vgl. IV, Brief 665.

811. III 304.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

(Basel.) 1535. März 7.

Freude über die Festigkeit Vadians in der Verteidigung der reinen Lehre. Befriedigender Stand der Kirche in Basel trotz der Anschläge der Wiedertäufer und deren Unterstützung durch die Bischöfe von Basel und Soloturn. Gervasius (Schuler) von Memmingen berichtet über eine bevorstehende Zusammenkunft der evangelischen Fürsten und Städte zu gemeinsamer Beratung.

S. Gaudeo ex animo, in mediis hostibus, insidiis et periculis per dei gratiam[a]) hactenus vos servatos, et tuam inprimis soliditatem, constantiam et magnanimitatem cum gratiarum actione erga deum admiror,

qui in tot afflictionibus et Sathanę technis immotus adeo perstiteris, ut ne latum quidem digitum a regia via declinaris unquam. Nostra ecclesia non habet pessime; verbum enim domini abunde[b] et strenue prædicatur[c] magna auditorum frequentia; plura tamen sunt, quę nos admodum turbant, præcipue, quod videre sit, parum respondere mores, conversationem et studia nostra tantę gratię dei. Deinde et catabaptistarum perfidia negotia[d] nobis facessit; nam intestina dissidia in ecclesia seminant, verbi auctoritatem[e] elevant et ministrorum fidem suspectam faciunt. Tales pestes vicini nostri, episcopus Basiliensis et Salodorensis scilicet, in perniciem veritatis non illibenter fovent. Exterorum periculorum minas ac rumores non admodum curamus. Vidimus enim non semel, parturire montes et tandem ridiculum nasci murem. Nos ex deo pendemus, huic etiam pili capitis nostri omnes sunt numerati. Gervasius, ecclesię Memyngensis antistes, nuper ad me scripsit, certe se scire, futurum (ita acceperit a fide dignis) quod principes Saxonię et Cattorum brevi omnes principes et urbes Christum confitentes una cum doctis aliquot sint convocaturi, ad consultandum forte de novo fœdere ineundo et aliis ecclesię calamitatibus. Alia, quæ scribam nova, cognitu saltem et te digna non habeo. Ecclesiam nostram vestris precibus et sollicitudini[f] cupimus commendatam, fratres omnes nominatim cupio ex me salutatos. Vale, clarissime vir, et Marcum tuum, ut facis, amare ne cesses. VII. Martii[d], anno XXXV.

Excellentissimo[g] viro domino Ioachimo Vadiano, Sanctogallensium consuli dignissimo, domino suo observando.

a) „gat-". — b) „hab-". — c) „e" für „æ". — d) „c" für „t". — e) „aut-". — f) „solic-". — g) „exell-".

1) Vgl. IV, Brief 508.

XI 16.

812.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

Lindau. 1535. April 10.

Zweifel an der Zuverlässigkeit des Boten.

Pax domini Iesu tecum. Mitto tibi, eximie doctor, hasce litteras, ne vir ille nimium instans vacuus ad te rediret. Num fidelis sit in perferendis litteris, nescio. Sunt qui illum vere Corycæum[a] et subdolum arbitrantur. Scribe igitur proxime, num illi fidere et tuto possim, quæ[b] te scire volo,

committere. Vale, nam plura scribere eo pro foribus exspectante[c] non potui. Datæ[b] Lindavii, 10. Aprilis, anno 35.

Thomas, tuus deditissimus.

Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli prudenti, pio et fideli, domino suo observando.

a) „Coriceum". — b) „e" für „æ". — c) „exp-".

[1]) Vgl. IV, Brief 484.

813. III 318.

Leo Jud[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1535. April 28.

Er schildert seine Bedrängnisse wegen der Unterstützung seines leichtsinnigen Schwagers Schwend, dessen Kinder, die ihre Mutter verloren haben, er der Barmherzigkeit des Rates von St. Gallen dringend empfiehlt. Übersendung zweier Schriften über das Leiden und die Auferstehung Christi.

Gratiam et pacem a deo patre per Christum, servatorem nostrum.

In quantas angustias, in quanta denique pericula me conieceris, vir eximie mihique charissime, dum sororium meum mihi commendasti, non est quod dicam; prudentiæ tuæ id cogitandum relinquo. Non quidem quod eum mihi commendaras, quod humanitatis est; non quod hortabaris[a], ut opem ferrem, quod charitatis est; sed quod indignum et ignavum, ne dicam ingratum, cui si Croesi opes conferas, socordia et ignavia dilabuntur. Quis enim eum iuvare potest, qui sui est negligens, qui sibi maxime deest? Do: securus agit et mea prodigit; nihil do: infimi, summi avaritiæ[b] me, crudelitatis et inhumanitatis adcusant. Sed nec pietas (meo iudicio) suadet aliis dare, quo tu egeas[c] aut quo dato tuos deseras. «Qui enim suis non prævidet, infideli deterior est», inquit divinus apostolus. In has angustias maximas cum dudum iam essem coniectus, in maiores iam incidi. Uxoris meę soror, uxor Schwendii, gemellis in partu difficili laborans, post multos et diutinos labores a partu extremum diem obiit. Sex Schwendius liberos habet, septimus a partu moritur. Ego, ego ille sum, in quo hæc cudetur faba; intrivi, quæ devorare sit impossibile. Non hæc scribo, ornatissime vir, ut iactura bonorum meorum tantum doleam, sed quod necessitati tantæ opes meæ haudquaquam sufficiunt; deinde quod, quæcumque[d] in istum conferuntur, pereunt, ut mihi tandem cum illo sit pereundum. Coactus sum ante paucos dies magno animi dolore certam pecuniæ summam a senatu nostro petere et emendicare.

Ita res meę cottidianis — annis iam aliquot — expensis exhaustæ et accisæ[d] sunt, ut familię meę amplius non suffecerint. Hæc[d] res præterquam quod me angit et cruciat, metuo, ne mihi apud quosdam aut avaritiæ[b] aut intemperantiæ notam inurat adeoque et evangelium et nomen Christi propter me male audiat. Hæc[d] in sinum tuum, vir prudentissime, effundo, ut consilio et diligentia rebus adflictis succurras. Civis vester est, pueri apud vos nati sunt omnes prętter ultimum. Cogitate, quid vos deceat. Pupilli sunt egeni[c] et omni ope destituti. Venit pater ad vos, petiturus opem et auxilium. Ne repellatis miserum; nam ut maxime indignus ipse est, digni tamen pupilli et orphani, in quos beneficentiam exerceatis, nec velim, ut illi quidquam detis, sed ne pueris desitis tam misellis. Hæc pro pueris apud te, virum optimum et piissimum, quem scio apud senatum plurimum posse et me ac meos summo amore prosequi. Mitto duos libellos, alterum de passione, alterum de resurrectione Christi, quos tibi allatos iam dudum putavi, non quidem te dignos; sed his volui animum meum in te declarare et scio, te vel minutula dona Leonis, amici tui, non spreturum. Tua dona in me tam sunt elegantia, tam magnifica, ut ętternum apud me non sint intermoritura.

Tu vale, eximie vir, et Schwendii pueros commendatos habe. 28. Aprilis 1535. *Leo Jud* tuus.

Excellentissimo piissimoque viro Ioachimo Vadiano, patrono et amico inprimis venerando.

a) „horat-“. — b) „c“ für „t“. — c) „ęg-“. — d) „e“ für „æ“.

1) Vgl. III, Brief 370.

III 319.

814.

Gabriel Hummelberger[1]) an Vadian.

Isni. 1535. April 29.

Er berichtet, dass ein Christoph Resch von Augsburg zu ihm gekommen sei, ihm die bevorstehende Ankunft Vadians in Geschäftsangelegenheiten mitgeteilt und ihn um Reisegeld in die Heimat gebeten habe, weil er von einem Diebe beraubt worden sei. Er bittet Vadian, ihm zu berichten, ob etwas an der Sache sei.

S. P. D. Præstantissime[a] vir, convenit me domi meæ[a] ante paucos dies Christophorus Reschius, Augustanus (ita se appellabat), retulitque, te ipsi demandasse, quo me adiret et referret, te brevi hic adfuturum et mecum de negotio[b] quodam acturum, quod literis, propter temporum iniquitatem et quia nullibi nunc tuta fides, non lubens velis com-

mittere — quod an verum sit necne, addubito —, retulitque negotium[b] id omne de stipendio quodam apud nescio quos, ac tandem, quia in hospitio noctu sibi dormienti furtim ablata esset e loculis pecunia, pro viatico in patriam me rogavit accommodatoque petiit medium aureum, quem illi dedi. Hęc paucis ad te scribere nunc volui, ut me, si quid est de negotio[b] illo, brevi et quanto citius poteris certiorem me redderes. Quod unice abs te peto. Nam de simili negotio[b] brevi etiam mihi agendum erit, cuius gratia[b] de tuo et relatione hac certior fieri opus erit. Sed de his[c] nunc satis; rem tenes. Fac, ut tibi confido, et statim rescribito meque commendatum habeto. Bene vale, vir egregie. Ex Isna Algoica, XXIX. Aprilis, anno domini MDXXXV.

Tuus *Gabriel Humelbergius Ravenspurgensis,* medicinę doctor.

Præstantissimo[a] medicinę doctori Ioachimo Vadiano Sanctigallensi, domino et amico suo plurimum observando.

[1]) Von *Gabriel Hummelberger* von Ravensburg, dem Bruder Michael Hummelbergers, liegen nur dieser und der nächstfolgende Brief vor.

a) „e" für „æ". — b) „c" für „t". — c) „hiis".

815. III 324.

Gabriel Hummelberger[1]) an Vadian.

Isni. 1535. Mai 13.

Dank für den Brief und die freundliche Gesinnung Vadians, mit der Bitte um Fortsetzung des Briefwechsels.

I(ΗΣΟΥ)Σ ✠ Χ(ΡΙΣΤΟ)Σ.

S. P. D. Præstantissime[a] vir, literas tuas elegantissimas recepi, quę mihi gratissimę fuerunt, tum quod meis respondere dignatus es, tum quod amicum et sincerum animum erga me tuum iisdem intellexi; quod quanto mihi gaudio fuerit, vix credideris, præsertim[a] quia in amicorum meorum albo censeri cupis, quum tamen ipse nullus sim nec in me agnoscam, quę tu forte mihi adesse putas. Sed pulchrum est a bonis et laudatis viris bene audire et laudari bonęque apud ipsos ęstimationis esse, neque, crede mihi, gratius quicquam obtingere posse, quam literas tuas frequentiores legere, quibus vicissim rescribendo non cessero, aut si casu sive negotiis[b] prępeditus cedere cogar, certo tamen in amando inferior non ero et primas partes mihi vindicabo[c]. Sed hęc hactenus, ne perpolitas aures tuas loquacitate mea obtundam. Tu Laconismon hunc boni con-

sule. Vale feliciter[d], vir candidissime, et me mutuiter (ut soles) amato commendatumque habeto. Cursim. Isnæ[a], III. Eidus Maii, anno domini MDXXXV.

Gabriel Humelbergius Ravenspurgensis tuus.

Optimo atque doctissimo viro domino Ioachimo Vadiano, medice rei doctori peritissimo, domino et amico suo *præcipuo*[a], apud Sanctumgallum.

a) „e" für „æ". — b) „c" für „t". — c) „vend-". — d) „fel-".

1) Vgl. den vorstehenden Brief.

III 328.

816.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

(Bern.) 1535. Mai 17.

Empfehlung des Überbringers, Dr. Melchior Volmars, welcher auf der Rückkehr von Bourges nach Isni über St. Gallen kommt. Er war der Mitschüler Hallers in Rottwil und Bern und wünscht sehnlich, mit Vadian bekannt zu werden.

S. Habes hic, vir ornatissime, fratrem meum non secus ac germanum, doctorem Melchiorem Volmarium, qui ex academia Biturigensium ad Isniacum rediturus S. Gallum pertransire statuit. Quem eo libentius tibi commendare volui, quod sciam tuam in omnes eruditos humanitatem atque ille maxime tuam ambiverit familiaritatem; proinde obsecro te, illi talem exhibeas, qualem soles erga omnes. Dignus esset, quem Helvetia manibus et pedibus amplecteretur et desideraret; sed sic comparatum est, ut me ędituum[a]) et similes habeat lactucas. Fuimus uterque ab ovo collactanei, unius præceptoris Rubelli, leviri sui, condiscipuli ad annos ferme decem et Rotvilę et Bernę; quare non mireris, quod tantopere eum tibi commendo. Legit Epitome tuum; proinde quam maxime cupit tua familiaritate frui[b]). Vale, vir doctissime et salvos iube d(ominum) Studerum ac symmystas[c]). 17. Maii, anno 35. Nihil novi apud nos est, quam quod munere vestro urbi nostrę maxime estis gratificati.

Tuus ex animo *Bertoldus Hallerus.*

Ornatissimo viro Ioachimo Vadiano, apud S. Gallenses consuli, domino et maiori suo summe observando.

a) „e" für „ę". — b) „quam maxime" irrtümlich wiederholt. — c) „simmistas".

1) Vgl. III, Brief 434.

817.

III 330.

Jakob Grübel[1]) an Vadian.

Auf der Honburg (bei Tuttlingen.) 1535. Mai 25.

Correspondenz mit Ulrich Varnbüler in Speier und Vadian über des Schreibers Gefangenschaft. Politische Nachrichten. Entschuldigung zu Handen Davids von Watt.

Min unnttertenig, frünttlich, willig dinst sigennd euch befor. Günstiger lieber her unnd vetter, mir ist ain briff unnd ain mißiff vonn euch wordenn, das dattom zů Sanntt Gallenn uff 10. taig Maig, unnd 1 mißiff oder briff vom her Ulrich Farnbůller vonn Spir, vonn wegenn ainß briffs, so ich im hab zů laßenn schribenn vonn wegenn miner gefenngnuß halb. Aller ynnhallt hab ich verstanndenn, och ewerß frünttlichen schribenn mir zů gůttem siner inhaltt, och frünttlicher mainug vernomenn etc. Günstiger, insonnders frünttlicher lieber her unnd vetter, ich bedannck mich gegenn euch ewerß frünttlichenn schribenn vonn wegenn deß briffs, so ich hain her Ulrichen zů laßenn schribenn; denn stattschriber allhie zů Duttlingenn unnd m(in) g(nediger) h(er) vonn Hewenn mir die kopy hatt gestelltt; denn eß die manug gar nitt hatt, die er vonn mir uffnimptt. Unnd nimptt mich gannttz fronnd ain hër Ulrichenn uff min gannttz frünttlich schribenn, so ich ym gethůnn hain: ob er ain sollichenn briff hab miner absuluttzion halben, so ich hab vonn römsch. ka. Mtt.; ob er in hab oder vorhannden sig, das er mir in wolle zůschückenn; denn M. G. H. vonn Hewen welle in der sach mir zů güttenn mitt hilff deß kristlichenn fürsten zů Wirt(en)berg hanndlenn mitt dem edlenn Marschilußs Voytt, der mich gfanngen hatt umb unnschulltt, der denn in mittler zitt in richtům ist komenn, ob er mir ain 600 oder 800 fl. guldin für allen costenn unnd schadenn mochtt zůwegen bringenn; das denn mir M. G. H. vonn Hewenn mir zůgesaytt haitt, so ich min absuluttzionbriff zůwegenn bring. So hab ich in laßenn alentthalb zů Sannt Gallenn sůchenn unnd kain mir nitt werdenn; denn er filichtt bim altten stattschriber uff dem Grabenn verlegt ist wordenn. Unnd ist mir ingefallenn, der her Ulrich Farnbůller hab in — denn eß och ebenn lanng ist aingestanndenn — unnd hab im frünttlichen geschribenn. So bald der stattschriber vonn Stůttgartten komptt, will ich im uff ewer gůtt beduncken unnd frünttlichen rat schribenn unnd will euch vonn min (!) briff kopy vom ersten briff zůschückenn, das ir sechenn, das ich

im nichs unngeschückt zůgeschribenn hab; denn hett er mir non enbotten, er heg in nitt, wollt ich woll zůfridenn sin gwest unnd nitt witther darnoch gfragt hain. Och hab ich im vonn am stuck linwatt geschriben unnd nit vonn 5 stück zů ainem warzaichenn unnd im nitt gabenn uffgehebtt, noch lutt stattschriberß kopy, die noch vorhanndenn ist etc.

Günstiger, lieber her unnd vetter, min frünttlich bitt ain euch, diß min schribenn nitt in ungůttenn vonn mir uffzůnemenn; denn die groß nottdurff unnd min wolfartt mich darzů gezwungenn, dem her Ulrichenn umb denn briff geschribenn, so er vorhanndenn were, mir zůzůschückenn. Unnd ist in aller gůtther, frünttlicher manug geschechenn, alß ir in kurtzer zitt in der kopy vernemenn werenntt. Das hab ich euch alß mim frünttlichenn liebenn herenn unnd vetternn nitt wellenn bergenn, damitt ir min ursachenn unnd ainligenn och verstanndenn etc.

Günstiger lieber her unnd vetter, ich bitt euch als min günstigen herenn unnd fründ, mich euch in frünttlichem befelh zů habenn, unnd obs zů fellenn kem, mich in gůttem zů bedennckenn; denn ich der mainug enttlich bin, erlich zů hanndlenn unnd min lib drain zů settzenn; denn ain junng man dick felltt unnd nitt wittziger ist unnd sich erkennt unnd gott umb gnad ainrůfft unnd wider uffstatt. Der hoffnung bin ich och. Dorumb thůnnd alzitt best, alß ich euch vertrůw. Das will ich umb euch oder umb die ewernn verdinenn, woß zů fellenn kem. Das sonnd ir genttzlich zů mir versechenn; deß gelichenn versich ich mich gegenn euch och etc.

Nüwer zittung ist nichs sonnderß, denn herttzog Ulrich hatt mitt 200 wollgrüster pferd zům kůng wellenn rittenn, unnd hannd wir unnß och kostlich geklaitt unnd zůgerüst. Aber waiß dem fürstenn für ist gefallenn: er ist vor 7 taigenn mitt 100 pferd ylitz zům lannttgraffen grittenn, unnd komennd fill fürstenn och da zůsamen. Sy wennd dem kůng nitt truwen, vernim ich; denn ain schelm ist in der sach. Diß schrib ich euch hainlicher, stiller manug. Och ist M. G. herenn vonn Hewen zůgschribenn wordenn: soll gwiß sin, das die vonn Münster mitt 40^{m} starck heruß sind gefallenn; sonnd ob 16,000 man erschlagenn habenn. Denn ich vernim, das die niderlendischen bischoff unnd fürstenn denn von Münster kain globenn halltenn. Witther waiß ich, das selttzam brattick vorhanndenn sind, wonderbarlich ding. Die erstenn briff, so M. G. herenn vom fürstenn komenn, denn wir alstonnd warttenn, so ich ettwaiß namhafftz unnd warhafftz vernim, will ich euch uffs erst haimlicher unnd stiller

wiß unnd vertrůwen zůschribenn; denn eß wirtt min g(nedigen) heren alßbald zůgschribenn, alß kam fryherenn oder graffen im lannd Wirttenberg. So můß ich uff all briff dem fürstenn anntwůrtt schribenn. Dorumb nemend in stilly unnd hainlicher vertrůwonng vonn mir ain; denn wenn ich vernem ettwaiß, das wider mine heren vonn Sanntt Gallenn oder gman eydgnoßen were oder wider die kristlichen stett, ich wett euch ain aigenn potten schückenn, als ich denn vernim, das gwißlich ettwaiß vorhannden soll sin. Witther ist des kardinalß brůder vonn Saltzburck mitt siner frowen unnd sim sonn uß dem Zeller bad gefarenn, unnd ist der von Roßenburck mitt 8 pferd im lannd Wirttenberg uff in gehaltten; hatt in unnd denn son hinweg gefůrt. Hatt 500 fl. bar by im gehebtt, unnd hatt frow 8000 fl. wellen fůr ir man genn unnd fůrn sonn. Hatt nitt mogen sin. Als ich verstonn, geschichttz mitt des fürsten willenn; denn die bischoff dem von Roßenburck unnd M. G. fürsten unnd herenn zů Wirttenberg teglich hainlich vill laids thůnnd mitt dem wortt gottz zů unnttertruckung. Diß lonnd hainlich by euch blibenn, denn eß mochtt mir nachttell komenn; denn eß mir hainlich ist ainzaigt.

Süst nitt mer, denn ich hett ewernn brůder, vetter Daffittenn, gernn geschribenn. So hain ich warlich nitt der will gehebtt, M. G. H. gescheffft halbenn, unnd hab den briff yllittz můßenn schribenn unnd, wiß gott, boß ding gnůg gschribenn. Bitt euch, nemptt iettzmall vergůtt; ich wils in kurttzem beserenn, unnd grůttzen mir vetter Daffitten. Ich will im uff erst schribenn; unnd ist min frünttlich bitt, ir wellen mir jungen Ambroßin vast grůttzenn unnd ynn umb sin vatter klagen, och all gůtt unnser alltt herenn unnd xellenn. Her vetter, ich versich mich gwißlich, ich můß in 3 oder 4 tagen zům lanttgraffen in Heßenn rittenn. So mir gott wider heruff hilfft, waiß ich warhafftz erfar, will ich euch zůschribenn. Hiemitt befilh ich mich euch als minem insonders liebenn herenn unnd vetternn. Die gnad gottz sig mitt unnß allenn. Dattum uff dem Homburck, denn 25. taig Mayg, anno 1535 jar. Ynn yll gschribenn.

E(wer) w(illiger) fetter *Jacob Grübell,* iettz zů *Homburck.*

Dem hochgelertten, furnemen unnd wißenn herenn doctor Jochim vonn Watt, burgermaister zů Sanntt Gallenn, minem frünttlichen liebenn herrenn unnd vetternn zů anttwůrtten.

[1]) Vgl. IV, Brief 569.

III 331.

818.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1535. Mai 27.

Er beruft sich auf eine Unterredung seines Bruders Jakob mit Vadian über die Ratschläge Melanchthons und Bucers an Freunde des Evangeliums in Frankreich und berichtet über eine Unterredung mit Bucer, die ihm keinen Argwohn über dessen Absichten zurückgelassen hat. Lob der kirchlichen Tätigkeit des Ambrosius (Blaurer). Der Erlass des Kaisers.

Salus. Forte non es oblitus eorum, de quibus haud ita pridem tecum locutus est frater meus, scilicet quę consilia dederint Philippus et Bucerus quibusdam evangelii fautoribus in Gallia. Interim nos ad Bucerum multa scribentes testati sumus, nobis huiuscemodi consiliorum rationem nullo pacto probari. Tandem post aliquot apologias ad nos scriptas ipse coram apparuit, quocum egimus liberrime, et ipse libertatem nostram tuli(t) æquissime, interpretans, suam mentem plane non esse, quicquam concordiæ inire cum Gallo, maxime vero cum pontificiis, nisi manifesto in rem sit ecclesiæ Christi et evangelii, omnibusque obiectis nostris sic respondit, ut de illius sinceritate[a)] nulla nobis suspicio[b)] sit relicta; uno hoc excepto, quod optaremus hominem in inferendis cæremoniis[c)] minus propensum. Totus est in lectione veterum. Hinc veremur, ne verbo dei paulatim successuræ sint patrum auctoritates[d)]. Deinde multum sibi pollicetur boni sive bonę spei est de Gallo, qui si quęrit sincere[a)] Christi gloriam, opto, quod feliciter succedat, quicquid instituit; ceterum[e)] si nonnisi pontificiorum agit procuratorem, utinam irrita fiant quæcunque consilia! — De Ambrosio nihil habemus scriptu dignum. Satis feliciter succedit gloria evangelii, ubi Ambrosius ecclesiis præest. Cenam[f)] ille instituit nuper nostro more. Schnepfius per fistulam e calice porrigit vinum. Ora tu deum sedulo, ut constantes simus in via regia verbi dei et ne inducamur in tentationem. — De Cęsaris rescripto nihil est, quod mireris aut tanquam dignum lectu petas. Nihil pollicetur aliud, quod non dudum in Nurenbergicis comitiis sit pollicitus. Offert sese ea servaturum; præterea nihil. Vale in Christo, qui te servet incolumem. 27. Maii 1535. Tuus totus *Iohannes Zvick.*

Omnibus modis ornatissimo prudentissimoque viro D. D. Ioachimo Vadiano, Sangallensis reipublicæ consuli, domino observandissimo.

a) „sync-". — b) „t" für „c". — c) „cer-". — d) „aut-". — e) „cæt-". — f) „cęn-".

1) Vgl. II, Brief 152.

819. III 333.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1535. Mai 31.

Dank für einen empfangenen Brief. Nachrichten aus Italien. Bucers Haltung zur Abendmahlslehre.

Gratiam[a)] et pacem per Christum. Literas tuas, vir clarissime, accepi, quæ me ilico[b)] iucunditate[c)] et consolatione plurima refecerunt, cum quod me in amicorum tuorum albo continuo retines, tum quod me doctissimis literis tuis aut informas aut recreas aut de novis et mihi ignotis rebus certiorem reddis. De rebus Italicis hæc habeo. Illic sunt omnia satis pacata suo more, hoc est fruuntur mundana pace fructuumque abundantia. Milites, qui a Genua solverunt, Neapoli applicuerunt; Cæsarem exspectant[d)], ducentis plus minus velis Siciliam venientem, istinc in Sardiniam navigaturi, demum in Barbariam, ut vocant barbare, venturi. Romanus pontifex etiam suas copias adiungit. — Rumor est apud nos, Bucerum de sententia eucharistiæ penitus ad partes Lutheri concessisse. Si quid certius habet tua Charitas, ad me scribere non differat. Venit ad me his diebus ferialibus[e)] Ieorgius Beli, de suis rebus nonnihil mecum verba faciens, adeo ut animum eius satis cognitum perspectumque habeam. Nihil tamen ad tuam Reverentiam scribere volui, nisi tu ipse iusseris prior. Si tibi placuerit magis, ut taceam, tacebo; sin hominis ingenium et propositum aliqua ex parte cognoscere libuerit, indicabo. Quæ scribo, iuxta candorem et mansuetudinem tuam boni consulas, precor[f)]; fortassis et hæc me non scripsisse malles. Vale. Ex Curia Rhæticа[g)], pridie Kalendas Iunias, 1535. T(uus) *Ianus Comander*.

Clarissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli, domino suo colendissimo.

a) „c" für „t". — b) „ill-". — c) „ioc-". — d) „exp-". — e) „fęr-". — f) „æ" für „e". — g) „e" für „æ".
1) Vgl. IV, Brief 468.

820. III 330.

Sebastian Grübel[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1535. Juni 9.

Verlängerung seines Burgrechts in St. Gallen. Reglierung eines Schuldverhältnisses mit Ambrosius Eigen. Mangel an Prädicanten in Würtemberg. Seine Stellung in Schaffhausen. Feindschaft zwischen Benedict (Burgauer) und Erasmus (Ritter).

Gnad und frid von gott durch Christum etc. Günstiger lieber herr und vetter, min schriben ietzmalen allain ain üch ist, wie uch dan woll

wissend, minen abschaid von minen g(nedigen) h(erren) von S. Gallen, das sy minem beger nach mir das burgrecht ain jar habend lassen still ston, das ich zů ewigen zitten umb mine G. H. beschulden und verdienen mit dienstparlicher pflicht welte, wo ich künde. Nun hat das jar schier ain end. So hab ich gantz g(nedige) herren alhie ouch, die mich ietz in kainerlay weg von inen liessend. Were also min gantz früntlich bitt und beger, mir ze rattend geschrifftlich oder müntlich gegen miner husfrowen, wie ich sach ain hand nemen sölle gegen minen G. H., ob sy mich noch ain zitt lang, 3 oder 5 jaren, burger liessend bliben. Were in hoffnung, mich dermassen zů haltten, ouch zů studieren, wen in mittler zitt mine herrenn minen begertend oder nottürfftig, das sy minen gefröwt, ouch ich mit genaigtem willen inen zů dienen berait etc. — Witter, lieber herr vetter, so hab ich Ambrosy Aigen geschriben und in gebetten, die brieff, so im versetzt umb 31 fl. und mir die selbigen ain der schuld des wingarttens, im verkoufft, worden, wider ze nemen und mir die 31 fl. ze geben, diewil kain abgang, sonder allain ain klin baitten. Wellend also, wie uch dan min husfrow das selbig ouch anzaigen wirdt, mit Ambrosy müntlich von minen wegen reden und bitten uff höchst, damit ich by eeren und globen bliben müge. Will ich verdienen, wo ich kain. — Nüwer zittung halb ist ietz nünt besonders, dan das mandat von minen herren allhie ußgangen, habend ir wol vernomen; darob man tapffer halt und es mit allem ernst angefangen. Mir predicanten halttend ouch ernstlich ain. Hoff zů gott, werde als zů sinem lob raichen; dan wir ouch vill widerwertigs volck hand, das durch unßer mittel ietzmalen kain anders hett kunnen ain hand genomen werden. In Wirtenberg manglet man noch treffenlich vill predicanten. Mir ist zway mall geschriben; hette treffenlich gůt berůff gehabt, das ich ain jar ob 200 fl. gehebt. Aber mich mine herren gantz woll haltend, mir ouch hinderrugs on min begeren oder nahilouffen das corpus gebesseret, das ich jerlich ingends hab 12 som win, die bringt man mir on minen kosten für thür; 17 mütt kernen und 77 fl. bargelt, die schickt man mir on alles aischen ins huß. Were etwas nüws vorhanden, lassend mich wissen und lassend mich üch bevolhen sin; wie dan min vertruwen zů üch stat. — Benedictus und Erasmus sind tödlich unains, redent nit mit ainandren, bringend grossen ainstoss. Ich sags inen baidenn taipffer zů huß. Sy sind aber baid anrichtig und aigensinnig. Ich sitz woll irenthalb im fegfür.

Gottes gnad sige mit uns allen. Geben zů Schaffhusen, uff 9. tag Brachatt, im 1535. jar.

Ü(wer) alzit williger *Sebastian Grubell.*

Dem hochgelertten, fürsichtigen, ersamen und wissen herren herren doctor Joachim von Watt, burgermaister, minem günstigen herren und vetter, zů Sant Gallen.

[1]) Vgl. oben, Brief 704.

821. III 342.

Jakob Grübel[1]) an Vadian.

Kassel. 1535. Juni 24.

Politische Nachrichten. Haltung und Stellung des Landgrafen von Hessen. Der Streit des Erzbischofs von Mainz mit der Stadt Frankfurt.

Lieber her unnd vetter, wist mich for 8 tagen woll genn Kaßell zům lannttgraffen bin komenn. Hatt mich sin fürstlich gnad gnedigkilichen verhortt der gescheft halbenn, so ich vonn m(inem) g(nedigen) h(ern) vonn Hewenn gehebtt hab, unnd gůtten beschaid unnd gnedige annttwůrtt enpfangen. Bin ich der hoffnug, ich werd in 3 oder 4 taig vom kamermaister mitt gelltt abgefergett, das ich wider hinuff ritt etc.

Als ich zů hoff bin ganngen, sind mir die nüwe zittung zůgestanndenn. Unnd will denn Jacob Umbgeltter von Rottwill, goldschmid, hie geweßenn unnd gwiße bottschafft gehebtt, hab ich euch die selbigen abgeschribenn unnd schück by zaiger diß briffs; als ich euch denn vonn Duttlingen hab zůgschribenn, so ich ettwaiß nüws, grůnttlichs erfůre, welle ich euch solichs zůschribenn. Hett ich ettwaiß witther gwißes erfarenn, wett ichs euch nitt bergenn. Her unnd vetter, noch ist ettwaiß im fas, das schrib ich euch im vertrůwen unnd ist gwißlich war, denn gott werds unntterstonn, das in mittler zitt abgestelltt werd. So ist des lanttgraffen brůch, wenn er ynn feld will ziechen, so hatt er for fill fürsten unnd heren zů Kaßell unnd thurniertt, rentt unnd sticht — das tett er fernn och — unnd brichtt in 3 tagen dornoch uff; das mir hamlich ist gsaytt, er werd in am strich in zway lennder ziechen, dieß teglich umb yn woll ferschuldenn. Unnd ist das ain in lannd zů Franckenn widernn bischoff vonn Wirtzburck; aber das annder lannd hab ich nitt konen erfarenn. Mich duncktt aber, ich wettz gwißlich erratten. Eß gienngen gestrenn 2 fas mitt geltt hie hienweg uß dem schloß; sagt man uff knechtt. So ritten (vom) lanttgraffen 4 herenn uff morgigen taig genn Straßburck in bott-

schafft. Man gab in 400 fl. uff zerung. Das hab ich och gesechenn. Ich glob enttlich, das solicher bratticiertter fürst im rich yn 100 jaren nitt sig gwest unnd der mer glück hatt als der lanttgraff. Er hatt weder tag noch nacht rûw. Ich glob, er heg mer zûritten von fürsten unnd herenn, denn der romisch kung. Sust nitt mer, denn nend vergûtt. Ynn ill geschribenn. — Vom bischoff von Menttz unnd der statt Franckfûrtt ist och ain großer spain. Der bischoff will in siner kilchen meß wider hain. Wends sy nitt thûn, so hatt er erlangt am kamergrichtt, das erß in ach(t) will dûnn. So schriben Ogspurck, Ulm, Straßburck ander stett denn (!) bischoff: er soll lûgen, waiß er thûg; geschech in ettwaiß uff der stroß, sy welenß ain ym inkomen. Unnd ist ain wild ding. Franckfûrtter hand noch 3 wuchen frist. Eß wirtt ainer komen, der wirtt denn krieg schaidenn, gwißlich ee der herbst zergatt etc.

Süst nitt mer, denn lonnd mich euch befolhen sin. Ich hab yllittz mûßen schriben mitt boßem züg; dorumb nennd vergûtt. So ettwaiß witther inrist, so ich genn Duttlingen kom, will ich euch zûschribenn. Grûttzen mir min folck unnd sagen mim brûder Lefimus(!), so ich wider zû lannd kom genn Duttlingen, well ich im allen beschaid schriben; denn ich hab iettz nitt darwill. Ich lig eben 18 mill von Münster; ist 70 myll vonn Sanntt Gallenn. Hiemitt sind gott befolhenn. Och wist, das win unnd kornn alentthalb fast abschlatt. Gott hab lob! Dattum zû Kaßell in Heßenn, uff Sanntt Johanns taig Bapiste (!), 1535 jar. In yll, yll. E(wer) w(illiger) f(etter) *Jacob Grübell.*

(Adresse fehlt.)

[1]) Vgl. IV, Brief 569.

III 344. 822.

Melchior Volmar[1]) an Vadian.

Isni. 1535. Juli 1.

Er bezeugt seine Freude darüber, dass er Vadian bei seinem Besuche in St. Gallen persönlich kennen gelernt habe und seiner Freundschaft würdig befunden worden sei.

Melchior Volmarius D. Ioachimo Vadiano S.

Ex quo primum operam dare bonis literis coepi colereque disciplinas illas honestiores, non potui non ilico[a)] etiam plurimi facere eos, quicumque vel ad inventionem illarum vel lucem claritatemque aliquid attulissent. In quorum albo quum[b)] tu unus sis inter præcipuos, quemque

præterea ab humanitate aliisque multis nominibus commendari plurimum sæpe audirem, quiescere non potui, donec te, quem ex monumentis literarum clarissimis clarissimorumque virorum commendatione pridem novissem amaremque, coram etiam cernerem ac compellarem. Et sane pertinere ad rationes meas vehementer sum arbitratus, si in amicitiam[c] tuam, ut hominis doctissimi et ingenio præditi omnium elegantissimo, bene penitus insinuare me possem. Quumque[b] ego ambigerem, quibus id modis effici posset, ecce nuper facilitate tua, benevolentia, officiis tantum effectum est, ut plane non dubitem, eo me apud te loco esse, quo quisque est tibi familiarissimus. De rebus meis scribere nihildum certi possum. Hic adhuc residemus ego atque uxor apud socerum, exspectantes[d] voluntatem domini, qui te, coniugem tuam suavissimam, dulcissimam filiolam tuam in pace conservet. Datum apud Isnam, Rhætiæ[e] tuę Primę oppidum, Kalendis[f] Iulii 1535.

Ministris ecclesiæ vestræ et Christiano nostro quam potes officiosissimam ex me salutem dicas, oro.

Dem hochgelerten, ersammen und wysen hern doctorn Joachim von Watt, burgermaister zu Sa(n)ct Gallen, minem gunstigen gebietenden hern.

a) „illico". — b) „qum". — c) „c" für „t". — d) „exp-". — e) „Rhet-". — f) „Cal-".

1) Von *Melchior Volmar* (1497—1561), dem späteren Professor in Tübingen, liegen drei Briefe vor, wovon zwei (undatierte) in Bremen aufbewahrt werden.

823.

Cent. Goldasti, ep. LIV.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1535. Juli 7.

Er entschuldigt sich, dass Vadian dreimal dasselbe von ihm habe verlangen müssen, mit der Last von Geschäften, die ihn in Anspruch nehmen. Er berichtet von seinen Commentarien zu den testamentlichen Schriften. Abschätziges Urteil über dem Ambrosius zugeschriebene Bücher. Das Schweigen des Erasmus über dieselben und ihre Benutzung durch den Presbyter Bertram zur Zeit Karls des Kahlen.

Henricus Bullingerus Ioachimo Vadiano gratiam et pacem a domino.

Pudet pigetque me mei, vir honorande, qui in te, optime de me meritum, tam sum ingratus, ut tu cogaris tertio iam idem a me postulare. Sed per Christum te oro, id delicti mihi condones. Negotiis enim supra, quam dici possit, obrutus sum. Excuduntur iam secundo Commentarii mei in Acta. Scribo interim et in Ephesios Pauli, scripsi in Galatas,

scripturus porro sum (si dominus dederit gratiam) in Philippenses et Colossenses ante proximas nundinas Francofordienses etc. De libris Ambrosii[2]) id sentio, quod tu: stupidos hos nequaquam esse auctoris[a)] optimi et iudicii emunctissimi feturam[b)]. Stilus enim non congruit cum aliis Ambrosii operibus. Deinde longe aliam rationem sequitur in exponenda ratione sacramentorum in iis libris, qui absque controversia sui sunt, quam in his sequatur. Confer tu modo illa, quæ in his de eucharistia scribit, cum illis, quæ leguntur 2 Officio. libro, capite 28., et in 1. ad Corinthios, capite 11., et videbis, quam sibi sit dissimilis. Prȩterea omnia in his libris sunt frigidius tractata, quam Ambrosii ferat acumen et diligentia. Erasmus suo more dissimulat et occulit[c)] suum iudicium. Non enim horum librorum vel verbo meminit. Reiecit tamen in postremum tomum, ut non dubitem, illum sentire, magonis cuiuspiam illud esse opus. Noluit tamen censura sua notare illos libros subdolus, ne fortassis crederetur cultor esse nostræ de sacramentis sententiæ, qui scilicet non nisi duo aut ad summum tria confitemur. Ceterum[d)] quomodo Bertramus istis libris usus sit, non nescis. Vixit is Caroli II., cognomento Calvi, temporibus. Valebis optime. 7. Iulii, anno 1535.

(Adresse fehlt.)

a) „auth-". — b) „fœt-". — c) „ocu-". — d) „Cæt-".

[1]) Vgl. oben, Brief 730. — Dieser Brief ist nur in Goldasts « Philologicarum epistolarum Centuria » erhalten, welcher offenbar auch die Abschrift in der Simmler'schen Sammlung der Zürcher Stadtbibliothek entnommen ist. — [2]) Wie schon Goldast in einer Randglosse bemerkt, ist damit die Schrift des Kirchenvaters Ambrosius « De Sacramentis et Eucharistia » gemeint.

B 47.

824.

Konrad Pellican an Vadian.

(Zürich.) 1535. Juli 7.

Über das Buch: De Sacramentis des Ambrosius und seine augenscheinliche Unechtheit. Dank für die ihm zugesandten Schriften Vadians und Entschuldigung, dass er ihm die seinigen nicht zugestellt habe.

Sanitatem ac pacem in domino. In procinctu constituto ferme nuntio[a)], vir optime et celeberrime, exigit a me noster Bullingerus hanc epistolam, in qua perscribam tibi, quid sentiam[a)] de libro, qui inscribitur « De Sacramentis », Ambrosii. Ego, ut verum fatear, eum, olim et ante viginti annos lectum et interim non visum, tunc quoque mihi persuasi omnino abhorrere non solum a stilo Ambrosiano, sed et a doctrina,

omninoque suppositicium[b)], utcunque vetustus sit; sicut et «De vera et falsa Penitentia»[c)], Augustino inscriptus. Hos ego putavi semper grandi iactura fidei et morum venditatos, ementitis titulis, qui tamen a Gratiano et reliquis allegati sint pro novis dogmatibus et falsis stabiliendis de confessione auriculari et de transsubstantionato[c)] pane in corpus Christi, quibus articulis nihil in ecclesia nosti creditu difficilius, qui tamen huiusmodi fundamento nituntur tantorum virorum auctoritate[d)] incerta, immo[e)] certissime ementita. Hac hora non licuit mihi eum De Sacramentis videre librum, quod Ambrosianos non habeam domi, ut de iudicio, quod nunc succurreret, certior[a)] essem. Tu longe me iudicio præstas[f)], ut frustra iudicium meum exigatur. Catholica alioqui sunt omnia, quę Ambrosius et Augustinus scribunt in hac et aliis causis, ut propter[g)] hos duos libros discrepantes nihil sit in dubium revocandum eorum, quæ scripserunt in libris reliquis, quos illorum esse constat. Labili sum memoria, ut non recorder omnino eorum, quæ[f)] scripsisti in epistola ad Bullingerum; unde et nunc scribo istæc[h)] incertius[a)]. Pro munere lucubrationum tuarum, trium nempe exemplariorum, habeo ego tibi ter maximam gratiam[a)]; honoravi ego ipsis duos dignos homines et mihi irascor, quod te meis non donavi lucubrationibus. Inciderat quidem non tum; sed suspicabar, a Froschouero, optime merito, eadem tibi dono transmissa fuisse, ut nihilominus non modica verecundia tibi et tui similibus magistris hæc[f)] mea ingerere legenda obtruderem, melioribus dignis. Vale, eximie vir et amice incomparabilis, boni consulens hanc citissime scriptam epistolam ad astantem ferme nuntium[a)]. 7. Iulii 1535.

Tuus totus *Conradus Pellicanus.*

Domino Ioachimo Vadiano, celeberrimę pietatis et eruditionis heroi, amico.

a) „c“ für „t“. — b) „t“ für „c“. — c) „-cia“, „-cionato“. — d) „auth-“. — e) „imo“. — f) „e“ für „æ“. — g) „propter“. — h) „isthec“.

825. III 347.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

Lindau. 1535. Juli 10.

Gerüchte über wiedertäuferische Lehrmeinungen zweier Prediger in St. Gallen und ihre Abschliessung gegen andere. Er vertraut darauf, dass Vadians Einfluss sie auf dem rechten Wege erhalte. Die streitige Abendmahlslehre. Bemühungen Melanchthons für die Einigung. Türkenzug des Kaisers. Nachrichten über Münster.

Pax domini Iesu tecum. Quod ad te scripsit, prudentissime consul, Butzerus noster, pia fecit sollicitudine. Sunt etenim, ut plane coram te

fatear, apud nonnullos suspecti vestrates verbi ministri duo aliquibus dogmatibus catabaptistarum consentire, dum pęne[a] omnem respuunt privatam prophetiam tum veterum, tum recentiorum, pręterea[a] studia litterarum seposuisse nec vacare lectionibus scripturę, totos[b] dies manuali labore consumere[c], confidentes ilico[d], dum contionari[e] volunt, adfore revelationem spiritus sancti, ut præmeditatione opus habeant nichil. Item quam imprudenter de excommunicatione statuant, me melius nosti. Alias de fide eorum atque pietatis zelo bono dubitamus nichil. Fecerunt omnino huiusmodi de illis suspicari, ut tu ipse fateris, quod fere nullam cum aliarum ecclesiarum fratribus habeant familiaritatem. Michi certe sic noti sunt, ut omnia bona de illis michi pollicear. Respondi semper, dum huiusmodi de illis facta est mentio, te iuxta tuam eximiam prudentiam et pietatem illis non concessurum, si quæ[a] innovare citra scripturæ[a] auctoritatem et ecclesiæ[a] ædificationem[a] tentarent. Nunc non sine magno cordis mei tripudio audivi, te illos tantopere excusare, ut et ipse apud alios idem facere tuto possim.

Nam quod severiores ceteris sunt in corrigendis vitiis[e], improbare hoc periculoso sæculo[a] non possum. Sumus etenim hic plerique indulgentiores, quam poscant hominum scelera. Negotium eucharistię[f] sic quiescit; voluit enim Luterus et suæ[a] partis insigniores consulere, antequam plane[g] nostra approbaret. At interim axiomata scribit nimium petulanter Ambrosius Amßdorferus in Argentinenses; omnia per hypocrisim agere diffamat. Respondit Butzerus brevibus. Exemplar, Constantiam michi quam primum recepero, et tibi mittam. De Luthero hoc in negotio nichil michi boni et firmi polliceri possum. Non fuit tamen infrugiferum meo quidem iudicio[h], hanc concordiam tentasse statuere et nostram sententiam explicare. Sic enim factum est, ut Augustæ[a] et alibi, qui pertinacius[h] hærebant[a] Luthero, iam nobiscum sentiant. Philippus, ut ex Butzero percipio, pla*ne* noster est, ut desperarit se Wittenbergæ[a] mansurum, ni procedat concordia. De Cæsare[a] atque ipsius in Turcam expeditione[i] nichil apud nos auditur certi. De Monasteriensibus narrabit harum lator. His[k] vale, amantissime doctor, et nomine meo ecclesię vestrę antistites salutato multis. Datæ[a] Lindavii, 10. Iulii, anno 35.

Tuę P(ręstantię) deditissimus *Thomas Gasnerus.*

Ornatissimo viro Ioachimo Vadiano, Sang*allensi* consuli prudent*issimo* et fideli domino *suo* observando.

a) „e" für „æ" oder „ç". — b) Oder „totas"? — c) „consummere". — d) „illico". — e) „c" für „t". — f) „eucar-". — g) Scheint aus „plene" berichtigt oder umgekehrt? — h) „t" für „c". — i) „-onem". — k) „hiis".

¹) Vgl. IV, Brief 484.

826. III 349.

Jakob Grübel[1]) an Vadian.

Heidelberg. 1535. Juli 12.

Bericht über die Eroberung von Münster in Westfalen.

Min frünttlich, willig diennst seyg euch zůvor. Lieber her unnd vetter, wist, das ich euch gschriben hab von Kaßell uß Heßen; in hoffnug, sig euch wordenn. In dem bin ich noch 12 tag da gweßenn, ee ich bin abgefergett wordenn. In mittler zitt hatt sich die nüwen zittung zůtragenn unnd denn rechttenn grund. Ob ir annders hortten, sonnd ir eß nitt globenn; denn diß hab ich selber Kaßell gehortt vonn dennen bersonen, die dorby gweßenn unnd dem fürsten solichs můnttlich unnd gschrifftlich ainzogt, als hernoch statt lutter.

Uff denn Donßtag noch Sanntt Johannß tag, ist denn 25. tag Juniß, hatt 1 knechtt in Můnster die statt ferattenn, unnd do glock 12 hatt geschlagen in der nachtt, hatt er durch feretteryg unnd kunttschafft die portt der statt geoffnett. In dem sind by 300 lanttzknechtt in statt komenn noch mittnachtt; sind die in Münster vast der merenthall in betternn gelegenn. Doch der kung und Knipertoling unnd ir trabantten unnd ettlich mitt inen sind in wagenburg komenn; unnd die uff den werynna unnd gewachett hannd, sind all uffenn blattz in wagenburg komen. In dem sind 150 wiber unnd knaben och in wagenburg komen unnd in der nacht der zůloff[a]), die geschlaffen hannd, unnd sich redlich gewertt, fill knechtt erstochenn, insonnder der kůng. Sagt man wonder, ist 1 beck gweßen, 1 klinß mendlin. Der schnider ist nitt mer kung gweßenn. Unnd hannd die Mü(n)sterischen die lanttzknechtt von der wagenburck biß zur bortt geschlagenn. In dem sind 2500 lanttzknechtt von denn 7 blochhüßer denn 300 zů hilff komen. In dem hattz aingfangen tagenn; sind Mü(n)sterischen wider in wagenburck komen. Do hattz gultten, biß glock 9 ur hatt geschlagenn. Hattz ain end gnomen. Hannds alls erschlagen in der wagenburck, wib unnd man, jung unnd alltt biß ain denn kung unnd Knipertoling, ist burgermaister gwest, unnd ain herttzog unnd 1 brofetten hatt man gefangen gnomen. Unnd ist der

Knipertoling uß der wagenburck uff ratthuß komen. Sind ym 40 lannttzknechtt nochgloffen, in gefangen. Hatt yn verhaißenn, denn knechtten, hunderttdusentt guldin, sy sollen ym lebenn fristen Hands ym zůgesaytt die knechtt; hatt er in die 100,000 fl. in am ysenm (!) peschlagen kasten gewist. Hannd die 40 knechtt das gelltt gnomenn. Do man solichs hatt erfarenn, hannd die obersten Ogspurck, Ulm unnd Franckfůrtt und annder heren den knechtten gelltt wider gnon unnd die 40 knechtt all gehencktt unnd gelltt in gmane bůtt gelaitt; denn sy hannd all ain ayd geschworn by hencken, niemantz blonderen, sonnder als in bůtt glaitt. Das hands übersechen. Dorumb hands můßen lidenn. Unnd ist Knipertoling wider gefangen wordenn unnd als in bůtt glaitt. Und ain drittenn tag hatt man die bůtt, die in der wagenburck unnd in den hüßer gefonnden, gethailltt; hannd die kriegsheren denn halbenn thall gnomenn unnd ist aim iettlichen knechtt ob 1000 fl. wordenn, onn hußratt unnd waiß süst hamlich überkomen hannd. Doch ist all ir schattz uff dem ratthusß by ainannderenn gwest, by 8 thonnen golds unnd drob. Das wirtt man behalltten unnd die bezallen, die costenn hannd erlittenn for Münster. Unnd hannd knechtt statt ynn unnd lonnd kain růtter drin im namen des richs; denn die statt wirtt man dem bischof nitt mer gebenn, sonnder dem rich, unnd dem bischoff zům thall ettwaiß am costen gebenn. Man wirtt dapffer lütt drin settzen, unnd soll wortt gottz gebredigett drin werden, wie zů Ulm, Straßburck unnd annderschwo, wiewoll der bischoff zů denn fürsten unnd stettenn sin bottschafftt schücktt. Die hab ich gesechen zů Kaßell bim lanttgraffen, in lutter gell woll geklaitt, mitt 14 pferd ain[b)] Ringraff. Aber die fürsten und stett wennds schlechttz dem rich hain unnd dem bischoff nitt zůlaßenn, wie er denn vonn denn fürsten unnd stetten begertt, im die statt zů laßenn; dorumb well er ynn groß gůtt geben. Sy wennds aber nitt thůnn. Ain so stattz biß uff witther beschaid vonn denn fürsten und stetten. Witther, lieber her vetter, wist, das man am anderenn tag noch der eroberung deß kůngs 17 wiber hatt ertrenncktt; der 18. hatt der kung selber das hoptt abgehowen. Hatt der Fatter gehaißenn; denn sy ym hatt widerrett den toff. Dorumb hatt er sy selber enthoptett. Unnd 150 wiber, die in der wagenburg unnd süst gewertt hand, hatt man och ertrenncktt. Ich schribs nitt gernn, so gar elendiklich ist eß zůganngen. Gott behůtt iettliche frome statt vor denn toffer unnd solichenn erschrecklichen unnfall! Waiß von wib unnd kinnd in denn

hüßer sind gweßen, die man hatt gefondenn, hatt man wib unnd kind uß der statt gethriben in ellennd, unnd nitt ain mensch ist in der statt mer, denn die 4 gefangen vonn denn Münsterischenn. Unnd ist statt Münster richer, beßer unnd großer, denn die statt Frannckfůrtt am Man. Konntt ir gedennckenn, waiß das für ain ellennd ist, wan ir solltt horenn die groß kettzeryg, das sy diß jar in der statt Münster hannd gethribenn. Eß solltt ain stainhertz erbarmen.

Uff denn 5. tag noch eroberung der statt hatt der bischoff vonn krigsherenn in die statt begertt, non mitt 40 pferd uff 4 stonnd oder ½ tag die sach zů besichttigenn. Hatt man im erlobtt. Als er in ist gritten, hannd knechtt dem bischoff des kůngs kronn, schwertt, sporn unnd zepffer (!) gar geschencktt; ist ob 10^{m} guldin wertt, unnd kůngs wameß hatt 500 fl. costett. Er hatt 12 herttzog gehebtt unnd jeder herttzog 12 drabantten, als in sidenn geklaitt. Sind all erstochen wordenn, wie obenn ainzaigt ist. Waiß witther wirtt gehanndlett, ist mir unnwissett. Man wirtt och vonn denn 4 gefangen erfarenn, waiß ir fürnemen gwest ist unnd uff wem (!) sy trost habenn gehebtt; och wer mer irs weßenn sige.

Lieber her vetter, wist, das denn 3. tag for min (!) abschaid ist zům her lannttgraffen komenn Ogspurck, Straßburck, Ulm, Costenttz unnd Franckfůrtt vonn deß hanndels wegen mitt der meß; denn sy wend schlechtt die meß nitt mer in statt laßen komenn in bischoff von Mentz kirchenn. Der lanttgraff důtt in groß êr. Och wist, das der her lanttgraff in sim fürstenthum unnd 5 graffschafften kain meß mer hatt, och all monch, nonen unnd kloster gar abgethůnn; brichtt fill ab. Er ist beßer zwinglisch, denn luttrisch. Witter gitt herttzog Ulrich dem lannttgraffen für alle ainsprach 600,000 guldin, in 2 jaren zallen. Hatt schon ½ bezalltt. Ain so hattz der pfalttzgraff zů Ladenburg gemachtt in byweßenn der zwayen fürstenn. So wirtt ob 10 fürsten uff Jacoby genn Kaßell komen; ettlich sagen, der romisch kung och. Da wirtt ain großer thurnnier, desglichen nie erhortt ist wordenn. Dornoch wirttz aber ettwaiß nüws am hutt gelltten. Süst nitt mer; denn ich hab denn briff zů Haidelberg gschriben uff der stroß; bin da 1 tag still glegen. Ich hett Duttlingen nitt der will gehebtt. Geben uff 12. tag Iulliuß zů Hadelberg, mitt yll, 1535 jar. Nemptt iettz mall vergůtt.

Jacob Grübell, e(wer) w(illiger) fetter.

Ich hab boßen züg gehebtt.

Dem hochgelerttenn, fürsichttigenn, ersamen unnd wisßenn herenn doctor Jochim vonn Watt, bůrgermaister zů Sanntt Gallenn, minem liebenn herenn unnd vetternn zů annttwůrttenn.

a) „der zů loff". — b) = ân? (ohne den Rheingrafen?)

[1]) Vgl. IV, Brief 569.

III 350.

827.

Sebastian Grübel[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1535. Juli 13.

Dank wegen des Burgrechts. Das Geldverhältnis zu Ambrosius Eigen. Kirchliche Zustände in Würtemberg und Schaffhausen.

Gnad und frid von gott durch Christum etc. Gunstiger lieber herr vetter, uiwer schriben nach sinem inhalt hab ich vernomen. Sag also üch als minem früntlichen herren und vetter grossen danck, üwer mů und arbait von minen wegen gehebt mit erbiettung zů beschulden, wo ich kain. Wellend ouch minen G. H. hohen danck sagen der fruntschafft, ouch gůttwillikait des burgkrechtz halb mir bewissen; dan wo ich das mit dienstparlicher pflicht künde verdienen, welte ich ongespart erfunden werden; dan wie in minem vordrigen schriben gemeldet, das ich inen mit genaigtem willen zů dienen berait. Ambrosy Aigen halb were min fruntlich bitt ain üch, sinem erbietten nach in von minen wegen ze bitten, das er mir biß uff mines bruders zůkunfft oder biß uff wienacht ain 12 fl. hette fürgesetzt, damit ich biderben lütten möchte globen hallten. Ich hab diß jar mer dan 20 fl. umb bücher geben. Es hette sünst nit vill mangels kain; dan in ainer statt und dorff predigen ist zwayerlay. Und hettend im ain verschribung drumb machen lon und ir das selbig von minen wegen besiglett, da wellte ich üch uff allerhochst umb gebetten hain. Ich will im ouch (wils gott) trulich globen halten, ouch verdienen, wo ich kain, damit das es mir uff beldast were zůkomen. Nüwer zittung halb ist gerstern (!) herr Cůnratt Schlyff in Heggen, predicant in Berner biett, von Tübingen vom Ambrosy Blarer komen und sait, wie der fürst ain ordnung in sinem land gestelt habe der ceremonien halb, gantz nach lutterischer ard, ain meß mit ainem korhembdt ze halten, ouch die horas tüsch und latin zů singend, und sigend die fürsten by ainandren xin und im ingebunden, die sacramentierer, die Ecolampadischen und Zwinglischen, in sinem land nit ze dulen. Und statt also die sach treffenlich übell. Der Blarer handlett aber tapffer; hatt in

kainerlay wiß nach weg drin wellen verwilgen und ist ainweg geritten. Aber der fürst in wider beschriben und selbs personlich 7 stund ob der ordnung gesessen und vermaint die selbig zů milteren. Mügend aber nit wissen, wie (die) sach stande witter. Der fürst ist nit böß unßer manung; aber sine rätt sind gantz allsamend schnepffisch. Sy tobend und wüttend treffenlich ain der cantzlen wider uns. Er sait, er habs selbs zů Herrenberg gehortt, das sy uns schelten schwermer, rottergaister, himelschlich prophetten etc. Ist also hütt Erasmus mit ym gen Zürrich geritten, damit man lůge, wie der sach ze thůnd were; dan mirß gantz still haltend. Wir sagend Benedicten nit ain wortt darvon. Wellend also der sach nachtrachten und üweren rattschlag denen von Zürrich, den predicanten, eroffnen. Was Erasmus bringen wirdt, will ich üch uff beldast berichtenn. Er sait ouch, die buren sigend uns vill finder, dan den toffern und bepstler. Also verhastz machend uns die Schnepffischen. Erasmus und Benedictus sind lange zitt in grosser unanikait xin, ainandren ain den eeren geschultten, wie ich uch vormals geschriben. Habend also ainandren mit recht wellen ersuchen, und Erasmus Benedicten fürtagett. Ist also der predicant, so die armen lutt versicht, und ich für ratt gekert und mine herren uff obrest gebetten, die sach woll betrachtend; dan was für unanikait, zwitracht und zerspaltung, ouch anstoß und ergernuß es bringen würde under inen, der gmaind und ußlendigen, mügend sy baß erkennen, dan mir mit wortten darthon. Damit, ob der handel in der güttikait ain weg gethon, habend also unßer herren unßers bitt gewertt und die zwen burgenmaister und zwen zunfftmaister[a] mit sampt unß baiden mit volkomnem gwalt dartzů verordnet. Sind also in die Petri et Pauli vertragen. Ich fürcht aber, es werde nit lang weren. Man hatz aber inen tapffer zů huß gesait und inen vill ingebunden und inen haitter miner herren manung anzaigt, das sy deß spans glatt nit wellend (dan es sunst von den gnaden gottes ietz woll statt). Dan welcher schuldig erfunden, dem wellend sy das loch zum thor hinuß zaigen, da er hinin komen. In summa: sy werdent kains haltten, dan sy gar nünt (?) zemen hörrend. Gottes gnad mit uns allen. Grutzend mir aman Vogler. Geben zů Schaffhusen, uff 13. Heumonat, im 1535. jar.

Ü(wer) alzit williger *Sebastian Grübell.*

Dem hochgelertten, fürsichtigen, ersamen und wissen herren doctor Joachim von Watt, burgenmaister zů Sangallen, minem günstigen herren und vettern zů handen.

a) Oder „zünfftmaister?"
1) Vgl. oben, Brief 704.

B 68.

828.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1535. Juli 15.

Der Stolz der Gegner auf die Heiligkeit und das Alter ihres Glaubens. Die Rückkehr des Erasmus nach Basel. Ordnung der Zeremonien in Würtemberg. Verständigung mit Schwenkfeld. Empfehlung des Überbringers.

S. Speras, brevi futurum, ut, qui de fidei suæ sanctitate et antiquitate gloriantur (utrumque tamen falso), supercilium remittant. Hoc ut fiat, optandum est quidem; sed primum non video, qua ratione fieri queat, nisi ferrea virga Christi; deinde neque hoc video, quam sit profuturum ecclesiæ Christi, si toti cessarent impii, qui nobis tyrannide[a]) et malevolentia negotium faciunt. Crediderim, ecclesiam melius habere, cum exercetur cruce, quam si in vado sint omnia, et Chrisostomus testatur, eam nunquam habuisse peius, quam sub piis principibus. Ego securitatem plus odi quam crucem, quod nescio quas contentiones secum adferat otium. Sed precabimur sedulo et serio, ne non a nostris stet Christus, etiamsi mortificemur tota die. Satius est ab hostibus torqueri, quam si nos ipsos invicem mordeamus et consumamus.

Deinde optas, ut Erasmus (cui utinam felix sit ad Basileam reditus) cygnum ageret et tandem dulce quid de eucharistia caneret. Ego vero, ornatissime vir, optarem, silentium tandem imponi posse scriptoribus quibusvis, cum nihil cantari possit de istoc[b]) negotio, quod non sit cantatum, ne quid dicam in dies novas perplexas et odio plenas quæstiones ex quæstionibus nasci.

De publica Germaniæ salute debet quidem sollicitos esse quosvis bonos; sed ita moderanda sunt consilia, ne incidamus Scyllam vitaturi Charybdim, et ne forte ex una concordia plures nascantur discordiæ, fiatque posterior error peior priore. Sed dominus hanc rem bene vertat! In dicione[c]) ducis Wirtenbergensis constituta est ratio de cæremoniis, quę pro religionis concordia ab omnibus omnino servabitur. Qualis sit, non habeo, edetur[d]) vero brevi. Sed audio, non pauca etiam ab Ambrosio desiderari[e]), qui unus non potuit multorum suffragia vincere.

Inter Schwenckfeldum et nostros, Bucerum scilicet et Ambrosium, eatenus convenit, ne is cursum evangelii et ministerium nost-

rum remoretur, deinde ut nostri illum vicissim tolerent[e], donec possit accedere.

Prӕterea nihil est, quod scribam, nisi quod hunc tabellarium, quem probe nosti, tuæ benevolentiæ unice commendo. Intelliges ab ipso, quo in statu res suas esse desideret[f]. Vale. Constantiæ, 15. Iulii 1535.

Tuus *Iohannes Zvick.*

Frater Chůnradus cum Thoma Blaurero, consobrino, iusserunt tibi quam plurimam salutem adscribere.

Præstantissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, reipublicæ Sangallensis consuli prudentissimo, domino me(o) inprimis colendo.

a) „tir-". — b) „isthoc". — c) „t" für „c". — d) „æd-". — e) „toll-". — f) „desyd-".

1) Vgl. II, Brief 152.

829. III 351.

Georg Binder[1]) an Vadian.

Zürich. 1535. Juli 20.

Bericht von einem Besuche des Johannes Oporinus und dessen Absicht, zur Unterstützung des neuen Buchdruckers Thomas Platter den Julius Solinus und Pomponius Mela mit den Scholien neu aufzulegen und dieser Publication Vadians Namen vorzusetzen. Vadian wird um seine Zustimmung gebeten mit der Zusicherung, dass nichts gegen seinen Willen geschehen werde. Bitte um baldige Antwort.

Fuit hisce diebus apud nos Oporinus, homo, quo apud Basilienses vix doctior alter, excepto Erasmo. Is (adiuturus Thomam Platerum, novum chalcographum, discipulum olim Osvaldi nostri Myconii, hominem profecto integerrimum et ad bonas literas promovendas instructissimum) retulit nobis de C. Iulio Solino et Pomponio Mela simul imprimendis cum scholiis suis (ut mihi certo polliceor) haud pӕnitendis; quibus etiam titulum tui nominis prӕfixurus est homo candidissimus, ut scilicet nemo non intelligat, per quem Oporinus profecerit. Id ut pace tua fiat, enixe oro, nisi tu consilium melius habeas. Quare quid nobis facto opus sit, ad nos quam ocissime[a] rescribas. Monui ego hominem et amicum nostrum optimum, ne editionem[b] prӕcipitet, priusquam ad te quoque scriberet, neve quicquam in te aut Pomponium committat, quod Vadianum meum et Melæ alterum parentem offendat. Idque sancte pollicitus est. Tu igitur, prӕceptor colendissime, quæ tua est humanitas, virum doctissimum et candidissimum, immo ipsa studia libenter adiuta. Invenies sentiesque viros illos optimos in te omnesque Mӕcenates

studiorum gratissimos. Rescribe eo citius; intra mensem enim ego ipse Basileam descendam. Quodsi quid te adiuvare potero, impera. Vale, Vadiane humanissime doctissimeque, et me, ut soles, ama. Tiguri, 20. Iulii 1535.

G(eorgius) tuus *Binderus.*

Præstantissimo viro D. domino Ioachimo Vadiano, prçceptori suo observandissimo. Sangalli.

a) „ocyss-". — b) „çdit-".

1) Vgl. II, Brief 129.

III 353. 830.

Sebastian Grübel[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1535. Juli 27.

Bitte um Zusendung eines Wiedertäufer-Gesprächs zu St. Gallen, da ein solches auch zu Schaffhausen bevorstehe. Politische Nachrichten des Herrn von Hewen.

Gunstiger lieber herr vetter, ich hab üch in 14 tagen geschriben; verhoff, sige uch zůkomen; darin ir min beger ain üch verstanden, mit vertruwen, werdentz uff best ußrichten. Min schriben aber ietzmallen allain ist, das ain treffenlicher toüffer[a)], ain lerer, alhie salb (!) 4. gefangen ligt, nimpt sich Jorg vom Huß Jacobs, ist uß Franckenland. Nun will uns sach ansehen, burgenmaister Waldkilch mit ettlichen sinen anhengen wellend etwas gefallens ab inen tragen, damit zů besorgen, der wa(r)hait ain anstoß werden möchte. Nun acht ich woll, wir werdent uff zůzunfftig (!) wuchen ain disputacion mit inen werden hain; dan er sich berůmbt, uß gottes wortt uns zů bewissen, das mir falschlich lerend und die waren falschen propheten sigend. Were hieruff min gantz früntlich bitt, so ir das gesprech, so zů Sant Gallen gehalten, hettend, mir das selbig uff ietz Sambstag zůgeschicht bin Arbner oder Rottwiller, die all wuchen herab komend, oder ob etwer eeher herab welte. Will ich üch by trüwen von stund ain wider zůschicken; dan ir wissend, das ich nit der geschicktest, und aber das volck, ouch senatus, mer globens uff mich tragend, dan Benedictum. Doch uch ingehaim vertrüwt; dan sin ding by vill lutten nit vill gilt noch ansehens hatt. Ich möcht ouch woll liden dem handell zů gůtt, das ir uns gmainlich hettend geschriben und uns treffenlich vor der sect gewarnet, damit wirß ettlich zunfftmaister[b)] kündent lessen lassen. Were in hoffnung, wurde vill frucht bringen. Nüwer zittung was ich nünt; dan der von Hewen hatt mir gestern zůgeschriben

von der statt Münster, wie sy erobrett, ouch von der schlacht mit denen von Lübeck. Acht, sige üch baß zů wissend dan unß. Doch schribt er ouch, das sich alle cristenliche stett woll vor der sect sollend gomen; also grusamlich sige es zůgangen. Schribt ouch, wie er ainen botten bym landtgraffen von Hessen gehebt, das 12 fürsten richs by im sigend und sige sag, Verdinandus kome ouch, ouch ettlich richstett, als Straßburg, Ougspurg, Ulm, Costentz etc.[c] Man wisse aber nit, was werden welle. Gott schicks als zům besten! Geben mit yll zů Schaffhusen, uff 27. Iulii, im 1535. Uiwern ratschlag, wie mirß ain hand sollend nemen, lassend uns ouch wissen.

Tuus *Grubelius*.

Dem ersamen und wissen herren Joachim von Watt, burgenmaister zů Sangallen, minem günstigen herren und vetter.

a) Oder „touffer"? — b) Oder „zünfftmaister?" — c) „Sind schon gegenwurtig" am Rande.

[1]) Vgl. oben, Brief 704.

831. III 356.

Sebastian Grübel[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1535. August 3.

Bericht über das Wiedertäufer-Gespräch in Schaffhausen. Das Geldverhältnis zu Ambrosius Eigen.

Min genaigt, willig dienst zuvor. Lieber herr vetter, ich hab üch zway mall über ainandren geschriben, aber kain antwurtt empfangen; gibs aber als uiweren villfeltigen gescheffften zů. Uff semlichs dorffend ir mir die acta von widertoüffer[a)] nit zůschicken; dan mir ain Fritag mit inen gedisputiert; und sind mit so grossen schanden bestanden, das ich üchs nit gnůg schriben kain. Woll burgenmaister Waldkilch und ettlich zunfftmaister sich also parthiest gehalten, das nit darvon zů sagen ist. Also gern hettend sy gesehen, damit wir schanden werent worden, das wir offenlich zů inen redent: werend sy töffer oder weltend sy ire ler verthedingen, so söltend sy zů inen sitzen, so weltend wir mit inen ouch disputieren. In summa: sy sind mit grossen schanden bestanden; alle ding habend sy mit irem blůtt und mit dem jüngsten gericht wellen probieren. Das ist ir geschrifft xin. Habend stettz, von wegen das man sich nit bessere von unßeren predigen, wellen probieren, das wir darumb falschlich lerend. Ist aber inen grüntlich verantwurtt worden. Sy trun-

gend daruff: so unßer person veracht, solte darumb gottes wortt ouch veracht sin. Witter lieber herr vetter, wie ich uch dan vor 3 wuchen geschriben hab von Ambrosy Aigen, sinem erbietten nach ain uch gethon, das er mir ain 12 fl. biß uff wienacht welte fürsetzen, das noch min entlich bitt ain üch ist, das selbig ain in zů begeren von minen wegen. Dan juncker Matheus Flar mir uff hüttigen tag treffenlich trutzlich geschriben, das, wo ich im nit gelt schicke, das ich etwas bössers besorgen müste. Ich schick üch ouch hiemit min handgeschrifft versiglett darumb. Wellend also mich, ist min höchst bitt, uff Sambstag on antwurtt nit lassen. Das will ich mit genaigtem willen umb uch verdienen, wo ich kain. — Die töffer ligend noch gefangen. Was mit inen gehandlet wirt, will ich uch zů wissen thon. Die gnad gottes sy mit uns allen. Geben zů Schaffhusen, uff 3. tag Ougst, im 1535. jar.

Ü(wer) alzit williger *Sebastian Grübell.*

Dem ersamen, wisenn herren Joachim von Watt, burgenmaister zů Santgallen, minem günstigen herren und vettern.

a) Oder „touffer?"

1) Vgl. oben, Brief 704.

III 357.

832.

Jakob Grübel[1]) an Vadian.

Radolfzell. 1535. August 11.

Bericht von der Eroberung von Tunis durch den Kaiser.

E(wer) Strengkaitt sind min alzitt gůttwilig, gehorsam dinst zůvor. E. St. fůg ich zů vernemenn, das in verganger nachtt ain kaiserlicher senior[a]) by unnß uff der post durchgrittenn, der dain der regirung hatt aingezaigt, das er zů Jennow abgeferttigett wordenn sig ylenntz zů der rom. ko. Mtt., denn glücklichen syg, so der almechttig gott siner kais. Mtt. mitt eroberung der statt Thonniß unnd deß selbenn kungkrich bestenn fleckenn verlihenn, zů verkondenn, und nemlich hab die kais. Mtt. Boletta, so ain groſse, starck befestung, darin vill folck unnd geschüttz geweßenn, uff denn 14. tag vergangen monettz Iullii mitt dem sturm aingetrettenn, der vonn morgenn angendem tag ain unnttz uff denn mittentag gewertt, gwalittigklich[b]) erobertten, aleß das krigsfolck darin begriffenn, so sich am ußfallenn selbst nitt ertrenncktt hatt, erschlagen, darin unnttz in die 300 stück büchßen gefundenn; dorzů ym haffen deß orttz 85 gallea

unnd galionn gewonenn unnd noch zůsamptt dem allem ain ainem ortt noch 12 gallea, so der Barbaroßa uff sin fluchtt verordnett, och erobertt unnd zů hannden gebrachtt. Unnd sig sin kais. Mtt. am 15. tag bemelttz monettz Iullii mitt irem krigsfolck gestracks für die ob berürtt statt Thonniß gerücktt, die selb ain dem selbenn tag och mitt dem sturm aingetretten unnd erobertt unnd darin unnttz in die 5000 Dürckenn erschlagen, denn Barbaroßa in der statt Thonniß gefonndenn unnd gefanngen. Unnd waiß Dürckenn Kristen werden wellen, sind by leben blibenn; unnd die ponnaschlanttz[c] unnd bůchsenmaister sind der merentthall Frantzoßenn gwest unnd all uff die gallea geschmidett lassenn. Unnd soll die kais. Mtt. am storm Boletta nitt über 100 unnd ain der erobrung Thonniß nitt über 35 man verlornn unnd denn knechttenn, uff das die statt Thoniß ungeblondertt blib, 3 monettsold zů stormsold geben und dorzů ain anndere statt zů plonderenn zů laßenn versprochenn habenn. Unnd ist die fürnemeung (!) siner kais. Mtt., werde vonn dannen uff Konstanttinopell verückenn. Dem almechttigen gott sig umb solichen verlichenn sig lob, êr unnd dannck gesagt. Solichs getrůwer, gůtter manung hab ichs ewer Strenng(kaitt) nitt bergenn wellenn unnd mich E. St. befolhen habenn. Dattum denn 5. tag Ogusto, anno XXXV. jar etc.

J(acob) G(rübell), Ü. St. getrüwer diner.

Lieber her vetter, diß warhafft nüwe zittung hab ich euch usß frünttlicher mainug nitt wellen bergen. Süst hab ich euch for 8 tagen mit Stoffell Gmonder alle nüwe zittung gschribenn. Waiß witther fürfelltt, will ich euch och berichttenn. Hiemitt schribtt mir uff nechsten marck och, waiß ir nüws hannd. Hiemitt sind gott befolhenn alzitt. Dattum Zell im Ondersee, denn 11. Ogusto, 1535 jar.

Jacob Grübell, e(wer) w(illiger) fetter.

Dem hochgelertten, fürsichttigen, ersamenn unnd (wißenn) doctor Jochim vonn Watt, burgermaister zů Sanntt Gallen, minem liebenn herrenn unnd vetternn etc.

a) Der Anlaut ist ein deutliches „E", mit dem wir aber gar nichts anzufangen wüssten. „Senior" wäre = „Sennor", Signor, wälscher Edelmann. — b) Mit drei „t". — c) Sollte in diesem offenbaren Fremdwort das französische „pennon" stecken und es sich um Pannerträger handeln? Weit näher läge es allerdings, neben den Büchsenmeistern an die Werkmeister für Schanzarbeiten zu denken.

1) Vgl. IV, Brief 569.

III 853.

833.

Heinrich Rennhas[1]) an Vadian.

Sidwald. 1535. August 19.

Krankheitsbericht über zwei Turtaler.

Gnad von gott durch Christum. Wirdiger her doctor, ich fueg ewer Wirde ze vernemen, wie ich in vergangner wochen E. W. haimgesůcht zů S(ant) G(allen) mit zwayen brunnen, namlich pfister[a]) Hansen unnd amann Lutenwylers, bayd uß dem Thurthail, ersam männer, die ouch ain besunder hertz unnd zůversicht uff euch gehept, radt ze sůchen und trost by euch ze finden mit der gnad gottes. Unnd ich aber E. W. nit funden unnd mir ainzaigt ewer wyderker in 10 tagen. Also was ich gar behaft; wolt ouch nit gern on trost unnd radt wyder zů den krancken; was mir ouch nit gelegen gen Costentz von wägen der kylchen, mir befolhen. Indem was Jörg Schnewyß unnd schnider Engellhart; zaigtend, es wäri ainer verhanden ze Tuffen, den růmdtind ötlich, im brunnen ze judicieren. Schicktend nach im. Also riedt er ongevärd und sagt, der pfister[a]) Hans wär under der gurtlen kalt, oben hytzig und die laeber mit gälsucht überzogen und der magen erkaltet; darumb im spiß und tranck erlaidet, und das er ouch aess und trunck, im kain kraft möchti gen etc. Das was nun nit wyt fäl graten nach aller gestalt deß krancken. Aber ze raten, dem zů begegnen und dem krancken mit naturlicher artzny hilf ze thůn, wolt mich nit tuncken, das es hernach welti gan, als mir dann spurend; dann groß grimmen und getumel der thermen hat er; kain stůlgang, wol die bläst gond. Und hat im ain wasser ze sieden angen: senat, sůeßholtz, engelsueß, äniß etc.; derglichen ain grob lactuarium, das sich zum hertzen spert etc. Unnd was er trinckt, byßhar nit überuß fil, samlet sich nit so lang, das er kain wasser zesamen bringen mag; dann er grad louffen und mant ze stůl gon, so gat dann nur ain tröpflin wasser unnd kain stůlgang. Mir hettind E. W. sunst den brunnen geschickt, und ob mir in möchtind uberkon, wurd es noch geschechen. Darumb so welle E. W. gebetten sin und uff söllich ainligen beraten und beholfen sin und das umb den sold, darmit dem krancken sin sach mit gottes gnad gemilteret wurdi. Ich acht, das ouch ain grien verhanden syge, das er ain lange zit umb die lendi befunden. Eweren radt und was ir darmit schicken weltind, schribend. Die botten kundend nuntzuz us-

richten. Die gnad gottes bewar E. W. zů allen zyten. Datum zů Sydwald, am 19. tag Augusti 35.

Hainrich Renhas, verbi minister zů *Neslow*.

Dem hochgelerten unnd wirdigen herren doctor Joachim von Wath, sinem lieben herren.

a) „Pfister" ist doch nicht Geschlechtsname?

[1] Von *Heinrich Rennhas* ist aus dem Jahre 1546 noch ein Brief an Vadian vorhanden, dazu ein undatierter, und aus dem Jahre 1541 ein Brief an Furtmüller.

834. III 359.

Andreas Cratander[1] an Vadian.

Basel. 1535. August 21.

Er bittet Vadian, die angeblich vorbereitete neue Auflage des Pomponius Mela wieder ihm zu übergeben.

Salve plurimum, vir doctissime. Nihil iam habeo, quod scribam, nisi admonitum te esse velim tuorum in Melam commentariorum, quos aucturum et recogniturum, ni fallor, iam pridem te receperas. Quod si feceris, rogo ut, quos antea non oscitanter typis meis transscripserim, eos rursum, qua possum diligentia, edere[a] per te liceat. Neque impedire puto, quod alium Ἐπιτομῆς tuæ impressorem, non indiligentem, fateor, tibi nuper delegeris, nec ab re factum censeo, in gratiam forte eius, cui liber erat dedicatus. Verum sunt non vulgaria, quibus mihi persuadeo, te nullum Pomponii tui typographum quæsiturum præter Cratandrum, veterem amicum. Et ubi mea opera habueris opus, vicissim utere. Vale et me tibi commendatum habe. Ex Basilea, 21. Augusti, anno XXXV.

Andreas Cratander tuus.

Mitto ad te Oribasii in Aphorismos commentaria, non quod tibi lectu digna censeam, qui olim adolescens his maiora devoraveris, sed quod vetus auctor[b] recens nunc in lucem prodierit.

Ornatissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli apud Sangallum, patrono suo in primis observando etc.

a) „æd-". — b) „autor".

[1] Vgl. II, Brief 183.

XI 173.

835.

Wolfgang Capito[1]) an Vadian.

Basel. (1535.) August 24.

Allgemeine Wendung der Lage zum Besseren. Luthers Beitritt zur Bucerschen Concordienformel. Ein Tag der Evangelischen und ein Concil stehen in Aussicht.

S. Consilia certa hostibus sunt de nobis invadendis bello acerrimo, quorum omnium caput, (ut) nos avulsi[a)] a Lutheranis pro sacramentariis traducamur. Verum dominus intra mensem consilia humana dissipavit. Mortuus enim est Ioachimus elector, acerrimus hostis, cuius filius successor pius est. Saxo a Ferdinando rege sibi spebus inanibus lactatus videtur et iterum ad nos reflectit videturque fœdus[a)] cum civitatibus christianis prorogaturus. Et quod summum est: Lutherus concordiam Buceranam, cui equidem per hos quinque annos diligenter assedi operamque locavi provehendæ, toto pectore amplectitur neque aliud causatur obstitisse hactenus quam suspicionem, nos non serio id agere, quod quidem obortis lacrimis[b)] testatus est. Scripsit ad Augustanos publice (ad senatum et ministros verbi). Philippus, Ionas, Amßdorfius et ceteri primores omnia fausta pollicentur. Meditamur brevi inter nos conventum. Concilium etiam pontifex Romanus meditatur, ad quod nos prę-sidio Christi cum gaudio sistemus, in Christo posthac concordes. Buceri nomine te salvere iubeo. Vale. 24. Augusti, Basileę.

V(uolfgangus) Capito.

a) „avulsos"; es sollte zuerst ein Acc. c. Inf. gesetzt werden.

Ioachimo Vadiano, viro clarissimo, consuli Sanctogallensi.

a) „e" für „œ". — b) „lachrymis".

1) Vgl. IV, Brief 513. — Das fehlende Jahresdatum ergibt sich mit Sicherheit aus der Erwähnung des Todes von Kurfürst Joachim (von Brandenburg, gest. den 11. Juli 1535).

III 360.

836.

Sebastian Grübel[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1535. August 24.

Wiedertäuferische Streitigkeiten. Das Geldverhältnis zu Ambrosius Eigen.

Salutem etc. Gunstiger lieber herr vetter, den abschaid mit den töffer, acht ich, sige üch woll bekant: das man zwen mit růtten ußgeschlagen, der dritt darvon gestanden. Und stat nun gar nit woll hie der widertoffer halb; dan ich thůn üch ze wissend, das ain goldschmid, haist maister Lorentz, uns ettlich artickel, wie ir in disem zedelin findent,

geschulten. Also habend wir im uff Fritag verschinen für unßere herren tagett und die artickel vor minen h(erren) verlessen, ouch nit in klagswiß fürtragt, sonder unßere herren gebetten uff früntlichest, uns vor söllichen schmütz- und nachreden zů schirmen. Doch habend wirß selbs nit von im gehörtt; würde er iren aber gestendig, wurde als dan gebürren witter red darzů. Do ist er nit allain deren allen gestendig gwessen, sonder uns vor ainem gesessen ratt gar ußgemacht: wie mir Christum vertribend, unßere hend mit blůtt besůdlet und unßere fůß loffend zům bössen; mir schlußend rich gottes zů, und die gern hinin werend, zů dem das wir nit drin wellend, werend mir ouch. Wir sigend verfolger aller fromen und gerechten und die waren falschen prophetten; und alle geschrifft, so von falschen prophetten lutt, uff uns zogen. Do sind wir gemanlich dargestanden und mine herren umb ainen platz angerufft, unßer eer und foruß gottes eer zů retten; dan sy sollend wissen, das mir (mit) lib, leben und als starck mir sigend das verantwurtten wellend; dan mir mit dissem handlen, das mir fürbashin von andren vermitten. Das habend nun unßere herren dozemall uffgeschoben biß uff burg(enmaister) Waldkilch zůkunfft; so wellend sy, dan der handel schwer, ouch inen von hertzen laid, mit ainem volkomnen radt drüber sitzen und radtschlahen. Also habend wir Sonentag verschinen Erasmum gen Zürrich zů den brüder ratzpflegend geschickt, der sy nun gantz trostlich funden; ouch irer radschlag, diewill der handel so groß und die gantzen kilchen gottes antreff, so söllend wir angends für unßere herren keren und ain gemain gesprech mit im, ouch andren in statt und land, so diser manung sigend, ze halten begeren. Dan wo mirß erligen weltend lassen, des (sy) unß gentzlich nit vertruwend, sonder wir werend unßer lib und leben darstrecken, so weltend sy den handel nit růwen lassen, ouch begeren, das ander unßer lieb aidgenossen, als Zurich, Bern, Basel, S. Gallen etc., ouch darzů berůfft, wie dan sy vormals ouch gethon; und söllend den handel mit grossem ernst angriffen. Habend also uff hütt, die Bartholomei, Benedictum und Erasmum zum herren burgenmaister Waldkilch geschickt, mit begern, uff morn unß vor unßere herren zů erloben. Do er die ursach verstanden, hatt er unß gar abgeschlagen; dan er welle vor minen herren den handel fürhalten. Also mag ich nit wissen, was wir witter in radt findent; dan wir werdent unß nit abschrecken lon, und můßend wir schon etwas drob liden. Habend also die brůder mich betten, üch uff höchst

bittend, uns in der sach rattend, damit wir nünt uß hinleßikait oder unverstand versumend — dan die prackit (!) ist groß — und unß uff beldast züschicken. Wellend wir gemanlich und sonderlich umb üch beschulden; dan wir schribend ain alle ortt und ratt. — Den handel mit Ambrosy ist min höchst bitt, den selbigen nit zů virgessen (!). Die brůder lond uch all vast salutieren. Geben zů Schaffhusen, in die Bartholomei, anno 35.

Sebastianus Grübell.

Dem fürsichtigen, ersamen und wissen herren Joachim von Watt, burgenmaister zů Sangallen, minem günstigen herren und vettern.

¹) Vgl. oben, Brief 704.

III 361.

837.

Johannes Comander¹) an Vadian.

Cur. 1535. August 26.

Persönliches Wohlbefinden. Kirchliche Zustände in Bünden. Karls V. Eroberung von Tunis und daraus entstehende Erwartungen.

Gratiam[a] et pacem Christi precatur[b]. Primum quidem, quod tuam Reverentiam scire volo, ornatissime Vadiane, hoc est, quod per dei gratiam recte valeo, saltem corpore; quod etiam de tua persona audire semper iucundissimum[c] est animo meo. De ecclesia Christi, quæ hic apud Rhætos[d] degit, semper optima quęque scribere gestirem, nisi tepiditas nostræ vitæ calamum impediret. Accessit nuper ecclesiola christianæ fidei, missas abiecit papisticas ceterasque[e] cæremonias[d] inutiles amovit. Ita in diruendis et demoliendis cæremoniis[d] sumus satis prompti; sed in ędificandis et construendis iis, quę christiana veritas exigit, sumus plumbei et cocleis segniores. — Ex Italia nihil fertur scitu dignum, nisi quod Cæsarem aiunt victoria potitum in Cartaginem, de qua omnibus Christianis merito gratulandum est. Sed papistæ nostri hoc animo gestiunt, ut Cæsar confectis rebus transmarinis omnem aciem, omnia tela et tormenta in evangelii cultores convertat. Quæ tamen vere fideles minime terrent, quum divina scriptura mentes erudiat et erigat, Prover. 19: «Multæ cogitationes in corde hominis sunt; consilium autem domini stabile est». Vale, vir eximie. Ex Rhætorum[d] Curia, septimo Kalendas Septembers 1535.

Cliens tuus *Ioannes Comander.*

Literas tuas avide exspecto[f].

Præstantissimo doctissimoque viro doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli, domino amicoque suo *primario*.

a) „c“ für „t“. — b) „ę“ für „e“. — c) „iocund-“. — d) „e“ für „æ“. — e) „cęt-“. — f) „exp-“.

1) Vrgl. IV, Brief 468.

838. XI 52.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. (1535.) September 1.

Nachrichten über kirchliche Zustände und Persönlichkeiten. Besuch von Capito und Marcus Bertschi (Bersius).

Salus et pax per Christum.

Plane nihil hactenus scire potui, ornatissime vir, quid princeps ille noster in causa religionis statuisset, nostrine an vero Lutherani superarent, donec Ambrosius paucis scripsisset, se unum non potuisse omnes vincere; unde suspicabar nescio quid mali. Et iam rediit ad nos Thomas, Ambrosii frater, ex dicione[a)] ducis, qui ipse quoque de religionis negotio nihil refert aliud, quam constitutam rationem et descriptam iam esse in manu Brentii, qui Stugardii regnat loco Schnepfii. Fuit autem apud nos his diebus venerandus ille vir Capito, a quo intelleximus, parum abfuisse, quin Brentius rector et theologiæ professor constitueretur Tubingæ. Hoc autem ne fieret, laborarunt nostri multa sollicitudine, ut Gryneo id muneris deferretur; id quod, consentiente tandem (tametsi difficillime[b)]) senatu Basiliensi, futurum sperat Capito. Pro tua autem prudentia expendere potes, quanto dispendio nostro Tubingensi gymnasio præesset Brentius, Schnepfio episcopatum tenente Stugardiæ. Ob hanc causam agendam Capito adiit Ambrosium.

Proinde quod ad concordiam nostrorum cum Luthero adtinet, scripserunt Augustani fratres Luthero, misso ad illum legato doctore Geryone, ni fallor, medico, sed qui ad res quaslibet gerendas sit instructissimus; nam et contra Hetzerum olim causam egit.

Quid scripserint Augustenses fratres aut qua ratione ille causam tractarit, nescio. Lutherus quid rescripserit, scio, scilicet quod magno gaudio accepit litteras, quod testatur nihil sibi contigisse lętius a toto cursu evangelii. «Sic vestrę sonant literę», inquit, «ut mihi vulnus meum, scilicet suspicio[a)], penitus[c)] sanatum sit, etiam ne cicatrice quidem super-

stite. Persuadete vobis» (addit) «firmiter, nihil posse imponi nobis a vobis, quod pro ista concordia firmanda non simus etiam hilariter[d] facturi, etiam passuri, si opus sit; nam firmata ista concordia gaudens et lacrimans[e] suaviter cantabo: Nunc dimittis, domine, servum tuum in pace; nam post me relinquam ecclesiis pacem, hoc est gloriam dei, pœnam diaboli, ultionem omnium hostium. Dominus gubernet vos et perficiat in ista sententia etc.» Hęc ex illius epistola. Augustanorum vero epistolam non vidimus. Verum tamen orandus est dominus, ut et sanctum sit et firmum omne concordandi studium. Amen. Ceterum[f], ne quis inauspicato forte Lutherum tam propitium nobis factum irritaret, salutavit Capito Basilienses et Tigurinos ministros, obsecrans, ne quid edendo[g] posthac misceant de sacramentaria controversia, id quod eatenus sunt polliciti, quatenus intelligant etiam Lutheranos placabiliores. Atque hinc spes est etiam Brentium, Schnepfium et reliquos huius ingenii nobis æquiores futuros, ubi intellexerint, Lutherum nobis admodum favere. Christus autem omnia bene vertat. Amen.

De Schwenckfeldio, quid agat aut ubi gentium sit, nemo est, qui mihi narret. Unum hic scripsit Ambrosius in Iulio ad me his verbis: «Inter nos eatenus convenit, ut non debeat is cursum evangelii et ministerium nostrum remorari, et nos vicissim tolerare[h] ipsum, donec accedere nobis possit, debeamus etc.»

Res Gallicę notiores tibi sunt fortassis, quam quod a me scribantur. Desiit rex nonnihil furere; sed interim evangelii prætextu nescio quid quærat. Metitur omnia ex sua utilitate, parum pensi habens, quæ religio obtineat. Utinam vero quacumque occasione sancta obtineat regnum Christi!

Audio, Marcum Bertsche, Basiliensis ecclesiæ ministrum, esse apud vos. Hortare hominem, obsecro, ne nobis insalutatis Basileam redeat; nam exspectat[i] eum hic comes suus[2]); ego vero multo maxime exspecto[i] veterem amicum. Sed vale, doctissime vir, et parce tam scabris litteris; sum enim scribendis epistolis omnium indoctissimus. Constantię, 1. Septembris.

Omnino tuus *Ioannes Zviccius.*

Priusquam occluderem has literas, venit Marcus.

Spectatæ prudentiæ et pietatis viro D. D. Ioachimo Vadiano, R. P. Sangalensis consuli, domino suo observandissimo.

a) „t“ für „c“. — b) „dific-“. — c) „pęn-“. — d) „hyl-“. — e) „lach-“. — f) „Cæt-“. — g) „æd-“. — h) „toll-“. — i) „exp-“.

1) Vgl. oben, Brief 646. — 2) Der von Augsburg zurückkehrende Bucer? — Der Inhalt dieses Schreibens passt in der Tat am besten zu dem Jahr 1535, in das es von Issel: Die Reformation in Constanz, S. 122, gesetzt wird.

839.

Staats-A. Zürich E. II, 347. 56.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

Zürich. 1535. September 10.

Lectüre der ihm übersandten Apologie. Bitte Strassburgs, auf die bevorstehende Frankfurter Messe nichts gegen Luther zu schreiben. Bedingte Zurückhaltung der in Vorbereitung liegenden Apologie.

Gratiam et vitæ innocentiam a domino. Apologiam recepi et, quæ legi, non improbantur. Nondum vero legi omnia. Theodorus ante me totum percurrit; ei videtur scripsisse purius, quam hactenus huius legerit quicquam. Leo iam legit; ab hoc accipiet Pellicanus, postremum ego; tum bona fide tibi restituetur. Dominus Capito a nobis nomine senatus Argentoratensis petebat, ne quid in Lutherum hisce Franckfurdiensibus nundinis evulgaremus. Maiorem enim stabilioremque concordiæ spem superesse hodie quam hactenus; id quod actis quibusdam cum d(octore) Gerione, Augustanorum ad Lutherum legato, approbabat: hunc discretis verbis, cum prolatis tum scriptis, pollicitum esse, concordiam se posthac non impediturum; videre enim se, quod corda non ita longe lateque dissidiant, ut hactenus dissidere putavit, etc. Hanc autem spem prorsus e medio per nos auferendam prædicabat, si pergamus quicquam hostilius in Lutherum scribere. Respondimus, nos nihil parasse neque in Lutherum neque in alium quemquam virum bonum veritatisque amantem, immo[a)] plurimum abhorrere animos nostros ab istis conviciis[b)], rixis et chartis dentatis testabamur. Parare sane nos apologiam pro religione nostra, sed cum nullius iniuria, utpote qua innocentiam modo nostram toti orbi cupiamus testatam. Hactenus quidem silentio transiisse et patientissimo[c)] stomacho concoxisse intoleranda[d)] convicia[b)]; verum re ipsa experiri nos, quod silentium nostrum et nobis et religioni nostræ fraudi sit. Vel ergo ipse curet, Schneppius et Brentius cum suis conviciari et innoxios traducere desinant, vel desinat ipse, nostram remorari responsionem. Quod apologiam nostram attineat, paratos nos esse in gratiam senatus Argentoratensis prudentissimi editionem[e)] differre. Interim ipse curet, solidis argumentis concordiæ certam spem aperire et

approbare; id si non fiat, vulgaturos nos apologeticum. Placuit Capitoni condicio[b] et magna quædam sese facturum et impetraturum recepit. Utinam vir bonus eadem præstare possit! Tu vero, Vadiane doctissime, perge in tuo isto opere novo. Nil enim mihi continget gratius, quam si id brevi recipiam. Vale plurimum, et si quid habes, quod vel me vel Röystium scire refert, scribito. Tiguri, 10. Septembris 1535.

H(einricus) Bullingerus tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, patrono suo suspiciendo.

a) „imo". — b) „t" für „c". — c) „pacient-". — d) „intoll-". — e) „æd-".

[1]) Vgl. oben, Brief 730.

III 366.

840.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1535. September 16.

Er berichtet über Kaspar Schwenkfeld, der sich zur Zeit in Ulm aufhält und seine abweichenden Lehrmeinungen verteidigt, und über Sebastian Franck, ebenfalls in Ulm, der vom Rate aufgefordert worden ist, seine Schriften entweder öffentlich zu erklären oder zurückzunehmen.

Salus per Christum nostrum.

De Schwenckfeldio nuper interrogabas quędam, quibus paucis respondeo. Recepit se Ulmam, ubi suo more latitat, alienus a sanctorum communione, suis exceptis, quibuscum gratias videtur agere, quod non sint sicut ceteri[a]. Bucerus amanter tractat eum. Utinam non abutatur illius humanitate! Vereor, ne cesset sua dogmata serere, utcumque det bona verba. Scribit ad me Frechtus, illum pertinaciter velle defendere, naturam humanam in glorificato Christo prorsus desiisse, adeo ut ipsa omnem creaturæ rationem exuerit, ad quam assertionem totus horreo. Nonne enim sic tractanda et credenda est divinæ naturæ ratio, ut interim salva maneat humanitatis veritas? Præterea anonyma[b] epistola edita est: De clavibus, de ecclesia, de eucharistia et de ministerio, quæ, ni totus nihil sapiam, nullius est, quam Schwenckfeldii; adeo spirat et phrasin et ingenium hominis. Præter hunc Schwenckfeldum habet Ulma Sebastianum illum Francum, varię lectionis et varii ingenii hominem, qui iam senatusconsulto iussus est omnia sua perperam scripta publicitus vel declarare vel revocare. Qua ratione hoc facturus sit, audiemus. Vereor, ne huiusmodi ingenia valde nocitura sint ecclesiæ Christi. Semper enim novi quidpiam adferunt et affectata quadam novitate tractant, quicquid tractant. Sed nunquam cessandum est a precibus, ne nos

deserat Christus. De Ambrosio ne verbum quidem habeo, quod scribam. Vale et semper fac, quod facis, scilicet ut et ecclesiæ et reipublicæ curam habeas. Datum Constantiæ, 16. Septembris 1535.

Totus tuus *Ioannes Zvick.*

Clarissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, R. P. Sangallensis consuli meritissimo, singulari patrono.

a) „cæt-". — b) „i" für „y".

1) Vgl. II, Brief 152.

841. III 370.

Martin Edelmann[1]) an Vadian.

Krummenau. 1535. September 27.

Bericht von dem Verlauf einer Landsgemeinde über das Verhältnis der Grafschaft Toggenburg zum Abt von St. Gallen. Bitte um Hilfe und Rat.

Min ganntz früntlich, willig dienst samptt allem, so ich eeren, liebs unnd gůtz vermag, alle zit zůvor. Frommer, eersammer unnd wyser, insunders günstiger lieber her burgermaister, ain kurtzen vergriff unnser lantzgmaind, so wir dann uff jetz Sunntag nechst verschinen geheptt, bin ich üch semlichs gůter mainung zůzeschriben genaigt. Insunders alß wir die selbigen unser lantzgemaind allenthalb in der Graffschafft verkündigen lassen, ist semlichs für ettlich ort der aydgnoßen (nit not ze melden) kommen. Die selbigen unnß mitt gschrifft anlangen lassen, das wir semlich lantzgmaind widerum abschlügen, damitt sy dhainen fürgang haben; das aber ain verstendiger wol mercken unnd verstan mag, waß gaister hin unnd wider gflogen unnd vilicht mer darthon, dann inen in bevelch geben. Iedoch sind wir über die ding gesessen unnd den briff verlesen lassen. Unnd alß wir den selbigen verstanden, hannd wir ylentz unnseren löuffer zů unnseren lanndtlüten gen Schwytz och mitt gschrifft lassen gan. Unnd alß sy, die von Schwitz, den brieff verlesen, haben sy unß widerum gschriben die mainung, das sy der handel, inmaßen wie wir inen gschriben, nit also fürkommen; unnd aber dwil sy nun unser mainung unnd den rechten grund recht verstanden, das wir uff unserem fürnemen bliben, zů welchem sy unns hilfflich unnd rätig zů sin willens syen. Uff semlichs wir die lantzgmaind geheptt, unnd also zum tail ainhellenklich das mer worden, das man von ietlicher gegni dry man ußziehe, die selbigen rat ze pflegen, och volmechtigen gwalt geben, in der sach mitt unnd gegen ainem herren von Sanntt Gallen zu handlen;

waß sy besser bedunckt thon sin, dann underwegen glassen, das sy das selbig thon: es sye rat ze pflegen, wo sy dann bedunckt not sin, es sye dann vor ainem ald mer orten der aidgnoßen; och brieff und sigel hören des koufs halb, so wir dann mitt denen von Zürich unnd Glariß gethon, ald anders, so sich dann zů diser sach ze thon gepürte; ußgnommen, das sy von brieff unnd sigel on recht nitt gon, es weri dan sach, das inen ain herr von Santt Gallen dermaßen begegnen wurdi, das es sunst hin unnd abweg giengi; unnd alwegen uff hinder sich bringen an die gmaind des artickels halb. Uff semlichs wir ylentz zů der selbigen stund erlich, dapferi menn*er* ußzogen, die selbigen, alß wir hoffend, die sach vollend*en* werden, damitt ain graffschaft Togkenburg des selbig*en* in künfftig zit lob, nutz unnd eer haben werden. Hierum, günstiger lieber herr, ist also min früntlich, ernst*lich* pitt an üwer ersam Wißhait, unnß in disem hanndel hilfflich unnd rätlich ze sind, wie wir dise ding an die hand nemmen, damitt wir unns nitt verfaren, och dester baß von ainem herren von Sanntt Gallen kommen möchten. Stat umb üch unnd die üweren in ander weg zů verdienen; och alles, so hierin vergr*iffen*, by üch selber rătzwyse behalten. Damitt sind gott befolhen. Datum am 27. tag Septembris, anno XV^C^XXXV.

Marti Edelman zů *Krummenow*, üwer alzit gůtwilliger.

Dem frommen, ersammen unnd wysen Vadiano N., ietz burgermaister zů Sanntt Gallen, minem insunders günstigen lieben herren.

[1]) Von *Martin Edelmann* sind aus den Jahren 1535—39 3 Briefe in unserer Sammlung vorhanden.

Staats-A. Zürich. E. II, 342. 54.

842.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

Zürich. 1535. October 16.

Ungeduldige Erwartung der Schrift Vadians über das Abendmahl. Politische Nachrichten. Dem Herzog von Würtemberg wird für einige Zeit Erasmus Fabritius (Schmid), statt des zweimal verlangten Leo (Jud) überlassen.

Gratiam et vitæ innocentiam a domino. Vix eloquar, Vadiane doctissime, quanto desiderio[a)] videndi libri tui de eucharistia scripti tenear. Thesaurum, mihi crede, nobilissimum et desideratissimum[a)] dederit, qui illum mihi a te attulerit. Per Christum igitur oro, gaudium istud meum impleto.

14. Octobris scribit ad me Berchtoldus a Berna: «Infelici[b] illa et atra die Octobris 11. sua sponte legato misso offert se princeps Allobrogum, pacis condiciones[c], sed absque arbitris, initurum cum Bernatibus, si modo comitia in ipsorum urbe (Berna) fieri permittant. Terruit eum fortassis Cæsaris infortunium.» His addit: «Laborabunt optimi quique, ut id fiat certe, ut vel hac ratione bene consulatur Gebennensibus. Ad hos abierant milites aliquot hisce diebus; quidam redierunt, 18 dumtaxat aiunt adhuc Gebennis hærere. Magistratus edicto[d] cavit, ne porro abeant plures.» Hæc a Berchtoldo te nescire nolui; tu orabis dominum, ut hæc bene fortunet.

Interim quid infortunii acciderit Cæsari, nescimus. Tu si quid certi habes, significa. Quid Gallus moliatur, nescio. Certe aliquid magni ipsum conari nil ambigo. Expectatur Argentorati D. a Lange, eloquens ille et versutus Galli legatus, cum quo priore anno collequebaris Sangalli. Capito ultima Septembris: «Agitur de consilio» (scribit). «Gallus artibus subvertere aliorum consilia tentat. Ambit quosdam; honesta legatio exspectatur[e]. Mira molitur pontifex, opinor, Rom(anus): contra Cæsarem (se) nobis Germanis, qui renatam Christi doctrinam amplectimur, coniungere.» Hæc Capito.

Sed facile iudicas, mi Vadiane, quid mali sub hoc lateat prætextu. Aliud ambit. Quis enim Christo Satanam committat? In his rerum difficultatibus hodie luctamur fluctuamusque.

Hodie bona fide quidam refert, Gallum, Venetos et principem Mediolani conspirasse contra Cæsarem. Tu si quid certi habes, scribe, obsecro.

Princeps Wirtembergensis Georgius, frater Huldrichi[f] ducis, tertium nuntium ad senatum nostrum legavit. Bis Leonem petiit; tertio datus est illi Erasmus Fabritius ad certum tempus. Reliqua referet nuntius. Vale. Tiguri, Galli 1535.

H(einricus) Bullingerus tuus.

Voglerum salutabis.

D. Ioachimo Vadiano, domino observando.

a) „desyd-". — b) „œ" für „e". — c) „t" für „c". — d) „æd-". — e) „exp-". — f) „Huldrychi".

[1]) Vgl. oben, Brief 730.

Staats-A. Zürich. E. II. 342. 53.

843.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

Zürich. 1535. October 22.

Bericht über den sogenannten Neusserzug.

Früntlicher grůtz, williger dienst unnd was ich üch eeren, liebs und gůtz vermöchte etc. Fürgeliepter herr und brůder, wie ich üch nächstmols zůgeschriben, wie der herr von Safoy sin bottschafft ze Bernn gehept und wie die Berner die iro abgemandt, hatt sich mitthinzů zůgetragen volgende warhaffte historia, die ich hab uß den botten von Baden. Es sind die Genffer ußbrochen und habend den Safoyern by 16 hüser verbrent, geschlagen, geroupt und in die statt hynyn gefůrt, was sy ankummen. Darüber sich die Safoyer gerüst. Nun aber hatt vil gůthertziger Berner der trang der Genffern wee gethon, und sind heymlich hinder der oberhand uffgeprochenn redlich, gůthertzig lüt von Nüwenburg, Nydow, Biel etc., sind durch unwäg (!) hynyn uff Genff zogen, habend sich besamlet und sind iro biß in die 500 worden, habend houptlüt und fůrrer erwöllt. Denen sind nachgesandt junckher Ludwig von Dießbach und seckelmeister Nägelins brůder. Wie sy nun hynyn kummen gen Nüws, ist ein träfflicher sturm uff die 500 man gangen, und habend sich die Safoyer wider sy biß in die 2000 und 2500 starck gesamlet, die 500 umbgäben und sy nitt alein understanden von Genff abzewenden, sunder ouch ze erschlahen. Der von Dießbach hatt die groß gfaar gesähen und mitt anxt begärt, mitt einem castellan deß hertzogen, der ouch ylends darkummen, umb frydens willen zů dem züg ze ryten und sy ze beyder syt abmanen; dann in beduncke, es wölle ein schlahens gäben. Hatt aber der castellan verzogen (ze besorgen, das er gehofft, der starck, wol gerüst züg deß hertzogen werde das arm hüfflin umbkeeren). Der castellan hatt vorhin wöllen ässenn. Wie sy aber geässen, ist das geschrey kummen, sy schlahind; also sind sy noch zů der flucht kummen. Und habend die Safoyer den syg verloren und das klein hüfflin hatt gesyget, also das ietzund die botten deß hertzogen ze Baden nitt one thrächnen angerůfft die eydgnossen: man sölle hälffen und radten, das best reden und fryden; dann das arm volck sye inn grosser angst unnd forcht. Sy habind an der schlacht by 200 redlicher man verloren, etc. In summa: nitt vil botten habend iämerlicher anrůffen vor

den eydgnossen gehört. So sind ouch die 7 ort in 4 jaren nitt früntlicher unnd schnitzyger gewäsen. Der bannyten ist wol halb vergässen. Also weist gott den sinen lufft zmachen. Gott sye unß wyter genädig. Datum Zürych, 22. Octobris 1535.

H(einricus) Bullingerus tuus.

D. Ioachimo Vadiano, domino suo plurimum observando.

[1]) Vgl. oben, Brief 730.

844. III 381.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

Zürich. 1535. October 29.

Bericht Berchtold Hallers über den Neusserzug und die darauf folgenden Ereignisse. Erwartung der Aphorismen Vadians.

Gnad und frid. Hinecht dato diß brieffs schript mir Berchtoldus also: «Der Genfernn halb ist es also ergangen. Unser herren habend sich allwäg wöllen vor krieg hůten. Nütisterminder sind uffgeprochen 110 knecht, vast all von Welschen Nüwenburg, Nüwenstat, wenig uß Bernnpiet; sind 10 tag zogen durch Burgund und 3 tag ungeässen; sind kummen nitt wyt von der statt Niewus, nitt ferr von Genff. Da sind sy durch verrätery gefůrt an ein gstrüpp und hag am berg. Da habend die Safoyer 2[m] starck uff sy abgeschossen mitt ettwas handbüchsen; da unser knächt an herd nidergefallen, die schütz lassen übergon. Und wiewol ein grusam wärffen uff sy mitt steinen gevolgt, habend doch die unsern zů dem hag trungen, stich umb stich gäben. Uff das die Safoyer bald die flucht genomen. Sind iro erschlagen by 300, ettliche sagend meer; ich schrib aber gern minder. Die unsern habend ouch wöllen louffen; ist die thaat darzwüschen beschähen. Uff das habend min herren sy hinder sich gemanet. Die sind all heym zogen. Uff sömlichs und ouch vor habend min herren an hertzogen gemůtet, er sölle die Genfer růwig lassen oder sine pündt von inen nemmen und heruß gäben und dorumb inrot 14 tagen antwurten. Ist hüt das zyl uß[a]). Hie zwüschen sind warnungen kummen, das ettlich tusend Hispanier und ettlich Italier durch Walliß mitt sampt ettlichen Wallissern kummind, Genff ze belägernn. Ietzund aber sind 3 botten by dem hertzogen ze fryden. Die höuschend, das man inen mee botten nachschicke; dann der hertzog begäre, alein mitt inen ze fryden, one schidlüt. Datum

Bern, 27 Octobris.» — Sölichs hab ich üch nitt wöllen verhallten. Datum Zürich, 29. Octobris 1535.

Exspecto[b] Aphorismos tuos. Tuto optimo huic viro committes.

H(einricus) B(ullingerus).

Præstantissimo viro D. Ioachimo Vadiano, domino et amico imprimis colendo.

a) „vnß“. — b) „Exp-“.

1) Vgl. oben, Brief 730.

III 380.

845.

Ammann und Rat[1]) zu Marbach an Vadian.

Marbach. 1535. October 29.

Fürsprache zu Gunsten des Alt-Ammanns Jakob Wälter als Rebmann der Witwe Anna Krüsi.

Fursichtiger, ersamer, wyser, gnadiger lieber herr burgermaister, unser gnaigt, willig dienst und als gůts zůvor. Es langt uns gloubklich an, wie das Anna, altin maister Hanß Krusis sälgen eelichi husfrow und gelassne wittwa, hab lassen Jacoben Wälter, unserm alten aman, den räbbuw, so er von ir gebuwen hab, abkunden; der nun uns um furdernus gebetten an üwer ersam Wyßhait. Desshalb ist unser undertenig, ernstlich und geflissen pitt, ir wellind Ůlrichen Hornbog, welcher in sinem namen usß unserm bevelch erschinen wirt, beholffen sin gegen der gemelten frowen oder iro vogten, damitt der gůtt alt man by dem buw bliben moge. Wo er sich dann an aim oder mer stucken des räbbuws halb gesumpt hette, wil er sich fruntlich lassen wysen und straffen und semlichs verbesseren. Darum thůnd das best. Wo wir dann semlichs als arm lütt konnend oder mögend verdienen, wend wir darzů gnaigt und gůttwillig sin. Datum zů Marpach, am Frytag nach Symon und Judę, anno etc. 35.

Aman und rhat zů *Marpach*, üwer allzytt willig d(iener).

Dem fursichtigen, ersamen und wysen herrn her Joachim von Watt, burgermaister zů Sant Gallen, unserm getrüwen, lieben herren.

1) Von *Ammann und Rat zu Marbach* sind 3 Briefe aus den Jahren 1535, 1541 und 1542 in unserer Sammlung vorhanden.

846. III 383

Wolfgang Capito[1]) an Vadian.

Strassburg. 1535. November 9.

Mahnungen für sorgfältige Wahl und angemessene Bezahlung der Prediger. Übersendung eines Teils der Strassburger Predigerordnung. Verweisung auf den eingeschlossenen Brief an Dominicus (Zili). Grüsse von Bucer und Bedrotus.

S. Modis omnibus, ornatissime vir, danda opera, ut, qui magistratus es, memineris, deo (!) esse, cuius vices occupas; quamombrem dii in scripturis, qui in potestate sunt, dicuntur. Ideo necesse est, præcipuas duxeris functionis tuæ partes, pro tuo modulo adducere domino plebem perfectam; ex quo sequitur, studendum tibi, ut sint ministri idonei, ut ordine certo inter se congruant. Electio fiat inter notos accurata; pastor designatus graviter commendetur populo. Sit præcipuus aliquis, qui gerat nomen et curam pastoris; hic sit homo vigilans, studiosus procurandę ecclesię. Sed et, mi domine, valde necessarium est, ut liberali vivant stipendio, quo toti tanto muneri gerendo incumbant. Fœdum est in tanta republica ad victum manibus quæritandum[a)] abiici, etsi vestri superstitione adigi ad opus faciendum manibus quam necessitate potius videantur. Ordinationis nostrę partem mitto; Dominatio tua eam legat. Integram ad manum non habui neque facile fortassis invenietur; nam pro nostris dumtaxat ecclesiis impressa sunt aliquot exempla. Verum eam partem habes in litera B, quę ad hanc rem attinet. Scripsi Dominico verbosius, quę lege; nam leviter obsignavi, ut facile aperias. Tu urge, ut aliquando rescribat. Quodsi desistere ab arcularia (!) sua nolint boni viri, avocandos censerem, iniuncto munere docendi pueros, etsi hoc quoque integrum requirat hominem. Fieri non potest, ut sit absque offensatione multorum, et minus dextere, externis occupati, verbum tractant. Conventus agere ex ordinatione instituenda oporteret ministros, qua de re similiter ad Dominicum. Vale felicissime et boni consule, quod monitoris partes usurpo; nam sic amor in te meus imperat. Ecclesię vestrę condicionem[b)] exposuit Marcus Bersius Basiliensis. Argentinę, 9. Novembris, anno 1535.

Bucerus et Bedrotus te salutant officiosissime.

V(uolfgangus) Capito tuus.

Ornatissimo viro domino Ioachimo Vadiano, consuli reipublicæ Sanctogallensis, viro facile doctissimo, sibi in domino suspiciendo.

a) „e" für „æ". — b) „t" für „c".

[1]) Vgl. IV, Brief 513.

III 384.

847.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1535. November 15.

Er meldet den Tod seines Amtsgenossen Franz Kolb und berichtet von seiner eigenen Gesundheit, die durch einen Bruch bedenklich gefährdet werde. Er bittet Vadian um Heilmittel gegen die Blähungen, die ihn quälen. Nachfolger Kolbs ist Peter Kunz aus dem Sibental. Der Streit zwischen Genf und dem Herzog von Savoien. Der auf den 20. November angesetzte Tag in Aosta. Die Forderungen der alten Orte am Tag zu Baden und die verbannten Soloturner. Haller erwartet mit Spannung die angekündigte Schrift Vadians über die Abendmahlslehre.

S. Non potui te celare, doctissime Vadiane, tum mortem collegę mei charissimi Francisci Colbii, tum valetudinem meam, quę nihil minus me sperare iubet quam vitam diuturnam, nihil certius exspectare[a)] quam mortem. Admonebat Franciscum quottidie struma ingens, ut ad moriendum se disponeret, quę et illum in profesto Martini suffocavit. Admonet ita me quottidie herniosa illa struma, onus ut periculosissimum, ita et molestissimum, quę ita increvit, me eam negligente[b)], quod nihil doloris sentirem, ut iam magnitudine ferme caput meum non mediocre excedat, ut ad forum nostrum egredi non liceat, nisi sub brevi hac via interquiescam. Dolor alioqui nullus est; dolorem autem sensi ex ventositatibus, folliculum extendentibus per totius ventris termina. Sed ut convalui a dolore, hernię nihil decrescit nec unquam nec nunc in locum suum recludi potest, eo quod et omentum descenderit satis pingue. Tu igitur, mi charissime Vadiane, si quid consilii habes, communica, quo vel ventositatibus occurram et pręveniam vel pręsentibus mederi possim. Deinde indica, qui cibi obsint, qui prosint, ne mihi ipsi morbi causa sim. Id tibi sit persuasum, me non nisi miraculo diutius victurum. Podagra liberatus sum et successit huic morbus tolerabilior, quem apud nos vocamus «die schon röti oder die schöni»; pillulis de benedicta huic medeor. Habes iam, quę ad me spectant. Francisco successit pius et mediocriter doctus vir Petrus Conzenus usß dem Nidersibental. Alioqui ministrorum piorum penuria laboramus. — Quod ad Gebennensium conflictum attinet, nuntiabit[c)] tibi nuntius[c)], si voles. Ad 20. diem speramus comitia cum Allobrogum regulo in Ougstal a nostris, absque arbitris, ineunda. Legati ordinati sunt; responsum ab ipso duce exspectatur[a)]. De exsulibus[d)] Salodorensibus nihil habeo, quod scribam. Silent exsules[d)], silemus nos, silent et decem pagi. Ex comitiis Badenis nimirum accepisti, quid Im-

montani[e] non soli, sed et ceteri quoque a nostris et Basiliensibus exegerint: ut scilicet liceat illos etiam in nostris dicionibus[f] armata manu capere. Id quod utraque urbs renuit; interim tamen suis indixit, ne eos foveant; sed si repererint, captivi ducantur ad urbes. Quodsi Saloturenses hoc responso non saturentur, invocamus iustitiam[g] iuxta fœderum tenorem. Quod ad rempublicam christianam attinet, utinam tam constanter se habeat, quam bene! Utinam tam fideliter quidam agant, ut simulant! Audio vero, te parasse libros tres in negotio[c] eucharistię. Quod si sic fuerit, quamdiu abscondes thesaurum hunc et talentum vere aureum? Obsecro, si quid tale meditaris, nuntio[c] hoc mihi significare velis. Vale et meam valetudinem tuis consiliis commendatam habe. Commendo item ecclesiam nostram et illius ministros et tuis et ecclesię tuę precibus. Salutabis nomine meo Iuvlium, Zilinum et illorum collegas. Deinde inprimis commenda me domino Studer, cui ex animo bene cupio, quandoquidem ex animo pietatem prę se ferre videtur. Rursum vale. Bernę, 15. Novembris, anno 1535.

Tuus *Berchtoldus Hallerus.*

Eximię pietatis, eruditionis et prudentię viro D. Ioachimo Vadiano, apud S. Gallum patricio, maiori suo summe observando. Gen Sant *G*allen.

a) „exp-". — b) „-tem". — c) „c" für „t". — d) „exul-". — e) „Imont-". — f) „t" für „c". — g) „-ciam".

¹) Vgl. III, Brief 434.

848. III 386.

Johannes Comander¹) an Vadian.

Cur. 1535. November 21.

Die Abendmahlslehre. Politische Nachrichten und Gerüchte, besonders über das Schicksal des Kaisers auf der Rückkehr aus Afrika. Tod des Herzogs von Mailand.

Gratiam[a] et pacem a deo patre per Christum Iesum. Literas tuas, ornatissime Vadiane, accepi, multifariam[b] quidem gratissimas, cum a Præstantia tua datas, tum quod christianam concordiam in causa eucharistiæ, omnibus modis necessariam, continebant, quamvis viro illi, scismatis auctori[c], nonnihil concessum et adulatum sit, ad tempus forsitan, quod in dies in melius vertetur; maxime cum de eo, quod in errore illo pręcipuum fuit, nihil actum sit nec finitum: nempe quod panis ille eucharistiæ omnibus Christianis tanquam Christus ipse verus deus et homo ad adorandum exhibitus vel prostitutus fuerit. Nihil enim mihi in hac causa

gravius semper et periculosius visum est quam προσκύνησις illa et invocatio. Num ille immensus et inconprehensi(bi)lis, invisibilis et in spiritu adorandus deus hic ultra adorandus sit! Unum hoc inter alia, quæ stomachum meum commovent, subindicare libuit, sperans huius ex proxime mittendis literis tuis definitionem sufficientem. — Ceterum[d] de rebus novis ex Italia pauca accepimus. Naufragium passi sunt exitiale, quod te non puto latere. Cæsar, ut ferunt, aut vita defunctus est aut decumbit graviter. Primi coniecturam inde colligunt, quod iuxta decretum suum Neapoli nondum applicuerit, ubi hibernare statuerat — dicunt enim, a Panormo eum semel solvisse versus Neapolim, sed rediisse eo, unde solverat, nimirum ob infirmitatem —; secundi, quod scilicet adhuc vivat, sive bene sive male habeat. Erasmus Furtenbach fatetur, se literas accepisse ex Ianua nuperrime[e] datas, ex quibus nihil de Cæsar*is* obitu, sed potius de adventu eius futuro in Neapolim perceperit. Dux Mediolani, ut nosti, ad Rephaim concessit. Comes quidam intra arcem ac Anthonius de Lęva extra militibus sese muniunt, qua mente aut in quem finem nescio. Vale, vir eximie. Ex Curia Rætica[f], 21. Novembris 1535. Anthonius Traversus ab Riedp*erg*, quondam discipulus tuus, te, præceptorem suum colendissimum, plurimum salutat.

Tuus *Ioannes Comander.*

Præstantissimo iuxta et doctissimo viro doctori Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli, domino ac amico suo *pri*mario.

a) „c" für „t". — b) „-phariam". — c) „aut-". — d) „Cæt-". — e) „nuperime". — f) „e" für „æ".

1) Vgl. IV, Brief 468.

XI 33.

849.

Christoph Schappeler[1]) an Vadian.

(Zürich. 1535? C. November 23.)

Er berichtet, dass Theodor Bibliander den Flaminius als Geschenk anerboten habe. Verdankung eines Geschenks (an Büchern?). Bitte, eine grössere Schrift über den Mönchsstand herauszugeben, und Bitte um Erhaltung der Freundschaft.

S. En, vir pręcellentissime, quod abs me, tuo clientulo, petivisti, habes; id quod allocutione mea familiari a Theodoro Bibliandro nostro, pręlectore Biblię mirifico, tuo percepto celeberrimo nomine facillime obtinui. Tam enim prompte a quopiam calcographo huncce[a] Flaminium seorsim posse emptum haberi, addubitabat idem alacrique animo te eo ipso auctore[b] munusculo afficiendo[c] sese offerebat in signum sui

erga te integri amoris. Homo videlicet tui faventissimus, quem et privatim (uti in faciem[c] retulit) ob egregiam virtutem eruditionemque pręcellentissime et amat et colit, qualem et te ipse modis omnibus iam dudum proclamavi, monstrum scilicet naturę, quod cum inferna descenderit, tum superna obstrusissima[d] rimando ascenderit, nimirum magno ecclesię Christi fructu ac grata ęgrotantium consolatione adeoque singulari superum laude. Absit autem, optime Vadiane, fucus; nam id omne (ingenue fateor) monumenta[e] tuorum sudorum insignia monstrant. O quam pulchrum, digito monstrari et dicier: Hic est! Ceterum[f] quo tu me rursus immeritum dotasti munere chartaceo, e tuo Marte candido effluxo, haudquaquam oblitus, quin immo[g] gratissimus et tuę munificentię refusor propensissimus. Fac monachismum, de quo nonnullos iam olim edidisti[h] articulos, suffurato otiolo aliquando in lucem clarius ac uberius depingendo tradas; id quod nostri quoque peroptant. Vive ac vale cum tuis felicissime[i]. Tui Christophori apud consenatores, fautores tuos candidos, memor esto, quodque domi ingenue pollicitus es, literis tuis mellifluis sępius pręstes; et loco magnarum deliciarum[c] tractabo, quo tui adhuc erga me prisci favoris pignus gratissimum capiam, nec me e tuo albo unquam expungas tibi deditissimum.

En, mi Vadiane, quo denuo dissensio[k] istęc[l] nos misellos occęcatosque trahat atque pręcipitet iniqua. Dei meliora!

Tuus ex animo *Christophorus Sertorius.*

Celeberrimo ac humanissimo domino Ioach*imo* Vadi*ano*, doctori moderatorique clarissimo, domino, ast patrono suo observando.
San Gall(um).

a) „hunce". — b) „auth-". — c) „t" für „c". — d) Doch wohl für „abstrusissima" verschrieben? — e) „monim-". — f) „Cęt-". — g) „imo". — h) „ęd-". — i) „fęl-". — k) „-tio". — l) „isthęc".

¹) Vgl. III, Brief 339. — Dieser Brief muss kurz vor oder nach dem folgenden geschrieben worden sein.

850. XI 62.

Theodor Bibliander[1]) an Vadian.

(Zürich. 1535?) November 23.

Übersendet das Büchlein des Italieners (Flaminius) und empfiehlt den Christoph Schappeler.

S. Multa erat (opus) excusatione, consul ornatissime, quod in tantis occupationibus et turbis ad te occupatissimum virum scribo, nisi eadem excusatione supersedendo vellem parcere tempori, quod rectius inpendes

reipublicæ tuæ ac Helvetiæ et ecclesiæ catholicæ. Vides enim, quam sit opus prudentia et vigilantia optimorum virorum. Ceterum[a] D. Sertorius, amicus noster summus, nuper admonuit, te cupere inspicere libellum Itali, quem mitto et rogo, ne asperneris plus quam levidense munusculum animumque candidum intuearis, non vilitatem libelli. Nihil est enim in rebus meis, quod non libentissime tibi offerrem, si modo gratum scirem. Porro te oro et obtestor per genium patriæ, ut virum optimum D. Sertorium semper habeas, ut soles, commendatum, qui non desinit apud nos amicissime de te atque de patria loqui. Vehementer mihi equidem dolet, hic virum aptum functionibus ecclesiæ negligi, et miror, qua de causa istud accidat; nisi forte providentia numinis civem urbis vestræ clarissimum apud nos vult privatum agere, ut aliquando liber et solutus ad vos per di*vinam* vocationem et iudicium optimorum hominum evolet. Vale, clarissime vir, meque hab*eas* commendatum, tui studiosissimum clientem. Patriæ salutem tibi quid commendem, qui optime prospicere potes, quorsum tendant isti motus? Die XXIII. Novembris.

Theodorus Bibliander.

Amplissimo atque ornatissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, domino suo longe colendissimo.

a) „Cæt-".

1) Vgl. oben, Brief 797. – Wir folgen mit E. Egli, Analecta Reformatoria II, 28, Anm. 7, der Simmler'schen Datierung; obschon wir aus dem Jahre 1535 keine Schriften des Flaminius nachweisen können, während im Jahre 1536 eine ganze Anzahl erschienen sind.

III 387.

851.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1535. November 23.

Dank für die Abnahme seiner Tafeln zu angemessenen Bedingungen. Dringende Bitte um die versprochene Zusendung der Briefe Oecolampads zu der bevorstehenden Veröffentlichung. Beratung mit Capito über die kirchlichen Dinge in St. Gallen; seine Zuschrift an Dominicus Zili. Die Einigung mit Luther in der Abendmahlslehre. Dank an den Spitalverwalter Weniger.

S. Ingratitudinis infamiam vix me evadere posse agnosco, quoties tuam inprimis, deinde civium tuorum et fratrum mihi immerenti exhibitam nuper benevolentiam expendo; hoc tamen vobis persuadeatis, impense me curaturum, ne in immemorem vestra collocaveritis beneficia. Magni equidem beneficii loco habeo, quamvis tum utcunque cunctabar, tam pia et ęqua condicione[a] tabulas meas a vobis acceptas[b], quod tua dexteritate factum esse non ambigo. Sed de epistolis divi Oecolampadii, quas

nobis missurum te receperas[c], nihildum nec vidimus nec accepimus[b]. Incuriam tuam non putamus esse in culpa, sed vel negotiorum[d], quibus opprimeris, onera aut tabellionum inopiam, et ideo nondum despondimus animos, sed adhuc te missurum confidimus. Iamprimum enim huiusmodi opus prelo[b] commissum est; satis tempestivum foret, si intra mensem mitteres. De ecclesię vestrę statu ac politia plura cum D. Capitone coram contuli; rogavi anxie, ne gravetur suo consilio vobis adesse. Acquievit facile pro sua sollicitudine[e] ac fidelitate. Scribit igitur tibi, deinde et Dominico prolixe de his rebus omnibus, de quibus et nos, quando vobiscum eram, conferebamus. Utinam tibi communicaret sua scripta Dominicus, ut simul expenderetis, quæ in rem essent ecclesię. De concordia inter nos et Lutherum in re eucharistię nihil certi habeo, quod scribam, nisi quod audimus, Argentinenses labo(ra)re; optandum tam feliciter[f] quam anxie. Litteras vidimus Lutheri ad eosdem, quibus omnia se et facturum et passurum pollicetur, ut concordia vera ac sincera[g] inter nos coalescat, id quod et nos ex animis cupimus, modo sine veritatis iactura fiat. Bellum nobis certissimum futurum — nobis, inquam, ecclesiis Helveticis — comminantur Argentinenses, nisi concordię assentiamus. Sane articuli con*cor*dię, quos vidimus, non per omnia probantur. Rogo te tandem, vir observande, *ne* graveris, optimo viro domino Wenigero, hospitalis pręfecto, gratitudinem nostram ac benevolentiam indicare, nobilem et egregium virum dominum Georgium de Watt, cognatum tuum, ex me quoque salutare, Voglerium, Sertorium et reliquos. Vale et tu felicissime[h] cum familia tua. Basileę, XXIII Novembris, anno XXXV.

Marcus Bersius tuus.

Incomparabili viro domino doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogallensium consuli dignissimo, domino suo observando.

a) „t“ für „c“. — b) „ę“ für „e“. — c) „ręc-“. — d) „c“ für „t“. — e) „solic-“. — f) „fœl-“. — g) „sync-“. — h) „fęl-“.

1) Vgl. IV, Brief 508.

852. III 388

Sebastian Appenzeller[1]) an Vadian.

Bern. 1535. November 26.

Dank für die freundliche Abfertigung eines Berner Boten. Bemühung für die Anstellung des Dr. Christoph Schappeler. Der Pannerhandel mit Appenzell. Grüsse und politische Nachrichten.

Fürnemer, besunder gunstiger und getruwer lieber her burgermeister, ich sag euch früntlichen danck, daß ir den botten von Bern so fruntlich

abgefertigt hand. Stat mir mit allem vlis umb euch ze verdien(en) etc. Ich hab des botten alhie zů Bern erwartet und mit Niclaus Tarmen abkomen. Item die brief hab ich her Berchtolden geantwurt. Der wil sin moglichen vlis ankeren, doctor Cristof Schappeller umb ainen erlichen stand ze helfen, do er nit under 80 ald 100 guldin haben můß, und wo ich non ain 15 tag ee komen, wellten sy inne an maister Frantz Kolben stat gethan haben. Der ist uff Sant Martis abend zů dem lieben got gefaren. Sunst ist ain Sibentailer angenomen, der heisset Petter Cůntz, hat ain gůt gesprech. Es hatt der bot von Bern, so by euch gewesen, alhie anzaigt den handel und ongeschickt reden, so die von Appenzell wider min herren des paners halb gethan. Sind warlich gantz übel zefriden gsin und ainen rattsbotten euch, mim herren, zů gůt wellen henuß, darzwüschen ze reden, schicken. Dach (!) so bin ich von ainem schultheissen und rat zů Bern hierumb verhort worden. Und als ich dan die sach nit nüwlich geschehen sin anzaigt, habend sy den botten hinderhalten. Und das wüssend, her burgermeister, das euwer schriben und grůtz, an her Berchtolden und and*er* gethan, ain gantz gůtte nüwe fruntscht[a] gemacht, und sind gewüss, so min herren etwas anstiesse, sond ir sy berichten. Da wirt weder ir lib nach gůt gespart; sonder so wellend sy ain getrüw und gůt ufsehen han zů euch, minen herren, und sunst sol ich euch, ouch minen herren, von her Berchtolden, her Nollen, dem Fischer, dem fenner Zům Hag und filen herren tusend grůtz sagen. Und so ich haim kom, wil ich euch etwas wietters anzeigen. Zů Lion ist der von Lamet nach nit und hat man nach niemand zalt. Item uff hüt sind nuwer mer gen Bern komen, das der margraf von Salüssen im namen des künigs von Franckrich Ast und Alexander ingenomen haben solle. Das gib ich, wie ich das kouft hab. Item ich schick euch ain sonnenkronen. Die gebend, so ir etwan ongeferd für min huß gand, miner jungfrowen. Bitten sy, das die den kinden das best tůge. Land euch ouch die bevolhen sin. Das sol gewüslich umb euch und all min herren verdient werden. Datum Bern, uff 26 Novembris 1535.

E(wer) williger *Bastian Appenzeller*.

An her doctor Jochim von Watt, burgermaister zů Sant Gallen, minem lieben hern gefatter.

a) Für „fruntschaft".

[1]) Vgl. III, Brief 405.

853. III 389

Andreas Cratander[1]) an Vadian.

Lyon. 1535. December 1.

Die von Vadian gewünschten Werke Leos I. hat er trotz sorgfältiger Nachforschung in keiner Buchhandlung in Lyon finden können.

S. Leonis primi, pontificis sanctissimi, opera, quæ per Christannum capitaneum[a]) tibi comparari voluisti, apud nullum Lugdunensium bibliopolarum post diligentem eorum inquisitionem inveni, immo[b]) illa negant excusa. Verum si alicubi forte fortuna reperero, tibi mittam, non solum in hoc, sed aliis quibuslibet gratificaturus. Vale. Ex Lugduno, prima Decembris, anno 35.

Tuus *Andreas Cratander.*

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, domino et amico suo observandissimo etc. Santogalli.

a) Oder wäre „Capitaneus" als Eigenname zu schreiben? — b) „imo".

[1]) Vgl. II, Brief 183.

854. III 391.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1535. December 6.

Bestätigung des Empfangs der Briefe Oecolampads. Das zurückgezogene Leben des Erasmus von Rotterdam. Verweisung auf den Brief Capitos an Dominicus (Zili). Streit der St. Galler mit den Appenzellern wegen eines gefangen gehaltenen Hauptmanns. Tag der evangelischen Städte in Schmalkalden. Wunsch nach einer Zusammenkunft zu gemeinsamer Beratung und festerem Zusammenschluss.

S. Accepi[a]) tandem litteras tuas una cum epistoliis divi Oecolampadii, observandissime vir, et statim tradidi chalcographis; iam enim prelo[a]) opus commiserunt. Non puto tibi displiciturum, cum videbis. De Erasmo quod scribam, non habeo, nisi quod domi perpetuo latitat, in publicum nunquam prodit, ad colloquium neminem fere admittit. Ecclesiasten suum (ita aiunt) altera iam vice, sed minori forma, sub incudem dedit. Ceterum[b]) mense Novembre circiter diem 24. ad Tigurum Bullingero fasciculum misi litterarum ad te pertinentium; tunc mihi non potui habere nuntium[c]), qui recta hinc ad vos iret. Scripsit Capito bene longa epistola ad Dominicum et ad te de ecclesię vestrę statu; nam ea de re multis cum eo contuli et ministrorum vestrorum mores ac conversationem utcunque descripsi, id quod tibi et Aucupario placere non obscure in-

Min gantz willig dienst alzitt zůvor. Insunders günstiger, lieber her unnd fründ, üwer schribenn hab ich zum andrenn mal empfangenn; habs ouch anzeigtt und ist zum hochenn danck von üch ufgenomenn. Bedanck mich ouch des gegenn üch für min personn, mit erbietung, es nach mim vermögenn umb üch ze beschuldenn. Nüwer zittung weiß ich üch nitt sunders zů schriben, dann ier von üwrenn bottenn handlung des kriegs und widerker unsers kriegsvolcks nunthalame der lenge nach woll verstandenn hand; allein das wir syder hannd, wie der graff von Sanct Paul in namenn des küngs von Franckrich mit zwenthusennd knechttenn die statt Chambery ingenomenn hab, ouch ander zwennthusennd knecht inamenn[a]) obgemeldt die statt Monmyllan ingenomen, und das schloß daselbs, so mit ettlichenn Italienerenn inamenn[a]) des hertzogenn von Saffoy besetz (!), durch die Frantzoßenn belegrett. Warttennd alda geschütz, daselb zů beschiesßenn. So vyl habenn wir uff dißmals nüws;

mich hiemit E. W. befelchende mit erbiettung miner dienstenn. Gebenn zů Bernn, uff VI. tag Mertzenn 1536.

Üwer gantz gůttwilliger *H(ans) Jacob von Watenwil.*

Dem hochgelerttenn, ersamenn unnd wysenn her Jochin (!) von Watt, burgemeister (!) der statt Santt Gallenn, minen (!) insunders liebenn herrenn unnd fründ.

a) = „im namen". — Der Text scheint von anderer Hand, als die Unterschrift.

1) Von *Hans Jakob von Wattenwil* ist nur dieser eine Brief in unserer Sammlung vorhanden.

IV 17.

877.

Jakob Grübel[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1536. März 15.

Er kommt von Bern und Soloturn und berichtet über die Bemühungen des französischen Gesandten, von den Eidgenossen 15,000 Mann zu erhalten. Die Berner vor Chillon. Weiteres vom französischen Gesandten. Die Prädicanten in Schaffhausen nehmen die Basler Artikel an.

Min unnttertenig samptt wiligenn dinst sig euch zůfor. Hochgelertter lieber her unnd vetter, ich fůg euch frünttlicher mainug zů fernemenn, das ich uff dattom her gein Schaffhußenn bin komen vonn Bern unnd Soluttorn unnd bin bim Frantzoßen gsin vonn wegenn m(inem) g(nedigen) h(eren) vonn Hewenn, unnd bin zů Soluttorn denn 13. tag Mertzen vom Frantzoßen gritten, do glog morgen 7 hatt gschlagen[a)]. In der selben stond ist der Frantzoß genn Luttzern gritten. Hatt er 1 tag dar beschriben; der ist gsin denn 15. tag Merttzen: die fünff ortt unnd Friburck unnd Soluttorn; unnd begertt 15[m] aydgnoßenn noch lutt der ferangung. Bin ich brichtt, sy welenttz im nitt laßenn; denn sy fürchttenn, der kaißer wurde gschlagen. Sy schlůgen lieber unnß, damitt das ewengelion ußgrůtt wurde. Der Frantzoß ist ain Sambtztag Bernn umb zwo ur noch mitag abgeferttigett worden vonn denn 200, mitt gůttem abschaid, des der Frantzoß woll zůfridenn ist. Wenn schon die 7 ortt nitt züchen, so werden die 6 ortt durch finger lůgen; denn der Frantzoß will umb die knecht kain tag haltten vonn gmanen aydgnoßen, ursach die jetzigen 7 ortt zů Luttzern fersamletten wurden die 6 ortt übermerenn; domitt wurd der küng fersomptt. Die 7 ortt sind übell (zů)fridenn, das der Frantzoß mitt denn Berner tagett; sy fürchtten, das ynen mitt der zitt gegnen[a)] wirtt. Witther ziechen die vonn Bernn denn 14. tag

Merttzen mitt dußentt krigslütten unnd 8 boler unnd 6 stück uff reder wider hinin für das schloß Schillon; litt ym see. Das ist noch nitt gwonen, sonnder süst das ganttz land herwertz bergs. Wends oben herab mitt fliegendem geschûttz beschießen; süst ist eß nitt zû gwinen. Gott geb ynen glück dorzû etc. Süst ist fill herschafft, edelütt (!) und der her von Grierß da. Etlich edellütt geren frid; unnd süst vill bottschäfften, all wirtzhüßer foll zu Bernn etc.

Witther hatt der Frantzoß dem hoptma von Haff[2]) zû Santt Gallen, aman Eglin, Jacob Kromen, dem schulttiß Frowenfeld, dem Wilhelm fon Baiger gschriben, der Franzoß sige brichtt, sy wellen dem kaißer aydgnoßen ainniemen; deß sollentz abstonn und das werenn, diewill sy des küngs benttzioner sigenn etc.

Witther ist denn 12. tag Merttzen 1 posten dem Frantzoßen voin am heren uß Düttzlannd komen, her Felchor von Knoringen, ritter, noch mitag, das der kaißer noch ain regamett hab ferordnett denn fon Thannyß unnd Wolff Diettrich vonn Pfirtt. 25 vendlin unnd 2000 pferd sollen denn küng von Franckrich im Hochburgund aingriffen. 2 stond darnoch schücktt der her Burigow[3]) ylittz post dem küng, deßglichenn min handlung och etc.

So ist der krieg mitt dem fürsten von Baiger abgstelltt, unnd die selbigen lanttzknechtt komen och dem Frantzoßen; den die von Bern hand dem küng denn baß durch ir land zûgsaitt. So trag ich kain zwiffell, ir habentt gûtt wisen die rûstung, so zû Lion ist, unnd waiß bedûtt von wegen des küngs.

Witther hatt mir min brûder, master Baistin, befolhenn, euch zû schriben, das die heren vonn Schaff(huß)en uff hütt dotto denn 15. tag Merttzen all bredikantten beschückt haben vonn statt unnd lannd uff das ratthuß unnd ynen all artickell, zû Baßell gehandlett, ferleßenn unnd daruber berattschlagett, ob iemanttz mangell hett. Uff sottlichs hands all gmanlich aingnomen und nitt ain mensch darwider gsin. Süst nitt mer, den[b]) euch solichs nitt hann wellen im besten ferhaltten, diewill ich fergebenß bottschafft hain gehebtt. Euch zû dinen bin ich allzitt gûtwilig. Ich ritt in 4 tagen wider hinin gen Bern. Grützenn mir mine heren, unsere gesellen all. Dattum Schaffhußen, in yll, denn 15. tag Merttzen, 1536 jar. In der stond ritt ich genn Duttlingen. Yn yll, yll.

Jacob Grübell, e(wer) w(illiger) fetter.

Dem hochgelertten herenn Jochim vonn Watt, doctor, minem lieben herenn unnd vetter zů Sanntt Gallen.

a) „batt“ irrtümlich wiederholt. — b) Oder „gegonen“? beides gleich unverständlich. — c) „dem“.

1) Vrgl. IV, Brief 569. — 2) Etwa = «vom Hof», so dass es sich um den äbtischen Schirmhauptmann oder Hofammann handelte? — 3) Der französische Gesandte Boisrigault?

XI 123.

878.

Martin Bucer [1]) an Vadian.

Strassburg. (1536.) März 16.

Die feindliche Haltung des Kammergerichts. Unsicherheit über die Lage in Genf. Der Sacramentstreit. Empfehlung des im Elend steckenden Guldin.

Gratia et pax. Vir amplissime, quicquid vel naturæ vel etiam scriptæ leges vel denique ipsa Cæsaris æquitas postulent, iudices illi, quanquam gravissimis et æquissimis rationibus reiecti, pronuntiarunt[a)] tamen, sibi contra nos pergendum esse. Funiculum utinam non sic contendant, ut eo rupto utraque pars casu aliquid accipiat detrimenti! Occursum est appellatione ad Cæsarem et status imperii istorum sententiæ. Dominus omnia tranquillet! — De Gebennensibus audivimus quædam, at nihil certi. Percupio vero rescire, ut dominus illic virtutem suam exseruit[b)]. Videmus, quoties in silentio et spe exspectamus[c)] opem domini, eam magnifice ferri. Non sustinet dominus noster, ut, qui pacis filii sumus, pacem rumpamus; mundo autem rumpente eam, ipse adest victor mundi. Huic agamus semper gratias, qui vobis sic adest, ut calumniis tantum exerceamini. Quem misi librum vel libellum, non misi, ut te instruerem, toties contra hosce latrunculos victorem, sed ut animi mei in te aliquod exhiberem indicium; quanquam et hoc spectarim, cum nihil velim ecclesiæ Christi insincerum[d)] offerre, ut tu tuique similes exacte mea iudicent. Papistas nosti externis sacramentorum actionibus eam sanctificandi vim tribuisse, ut ex opere operato, sicut loquuntur, Christi spiritum impertiri per ea dicerent, quæ vetus omnium superstitionum sententia est, cærimoniis[e)] sine mentis vero cultu deum volentium placare. Huic impietati cum occurrere oportuit, quidam nostrum huc devenerunt, ut omnem sacramentorum usum in eo solo statuerent, quod illis sanctam inter nos societatem testemur. At si ipsa sacramentorum verba inspicimus eumque usum, quem scriptura tradit, consideramus[f)], omnino hoc, ut nostram profiteamur confœderationem, primum in eis non est, sed repræsentatio et exhibitio donorum dei, ita ut natura fides dilectione prior est et nequeunt coire in domino,

nisi qui a domino suscepti et inter se ab ipso coniuncti sunt. Scite igitur verba visibilia istas actiones Augustinus facit. Christus promittit nobis in se peccatorum ablutionem, hoc est novam naturam. Quid iam, cum in ipsius nomen baptizamur, sit aliud, quam huius ablutionis per ecclesiæ ministerium visibili hoc signo oblatio? Ita sui communionem nobis pollicetur Christus eam, ut dicat, se nobis carnem suam manducandam daturum, sanguinem bibendum. Ubi iam pane et vino oblatis dicit: «Accipite, edite, hoc est corpus meum, hic sanguis meus», quid aliud quam hanc sui communionem offert et exhibet, iterum usus ecclesiæ ministerio? Quod ut inane est, si ipse dominus non intus omnia perficiat, si minister non agat actus et agat ut minister Novi Testamenti spiritus, non literæ: quis tamen dubitat, cum fide hæc omnia peraguntur, cum Christus in organis suis operetur, omnia ista Christi dona plenissime percipi? Verba evangelii, incrementum si desit, quid aliud quam strepitus verborum sunt nullius momenti? Accedat vis Christi, et erit virtus ad salutem omni credenti. Congrediuntur fucati amici et salutant se invicem. Licet humanissime amplectuntur[g], donis etiam suum amorem testantur, omnia tamen eum, qui fucum vel intelligit vel etiam admittit, ista nihil movent. Is autem, qui vero animo hæc et gerit et geri secum persuasus est, quam his afficitur, quam incenditur, quam longe ultra externa illa benevolentiæ signa animus (?) effertur! Iam video, vir optime, præcipuam caussam esse, cur Lutherani cordatiores a quibusdam nostris abhorreant, quod credunt, eos de sacro ministerio verbi et sacramentorum non digne sentire, et maxime ex eo, quod sacramenta videntur facere nostræ tantum societatis inter nos symbola, non divinæ inprimis dignationis. Cum ergo et scriptura et sancti patres omnes in hisce symbolis dona dei prima faciunt, ut illi nullam a nobis occasionem habeant nostri ministerii vituperandi, tamen — maxime ut omnibus sanctis approbemus nostra, ut quæ et scripturis et orthodoxis patribus, quantum oportet, congruant — valde velim ita nos de sacramentis loqui, ut, quod in eis primum est, nempe redemptionis Christi visibilem exhibitionem primo etiam loco prædicaremus, quam nulli fide exceperint, qui non per eam arctissima inter se coniunctione uniantur. Idque semper licebit simul monere, sine incremento dei frustra esse omnem operam plantantis atque rigantis. I(n)terim tamen Paulus vere scribebat Corinth*iis*: «Ego vos per evangelium genui», et Paulo Ananias: «Surge frater et baptizare et ablue peccata tua». Item istud

domini firmum sit, oportet: «Quorum remiseritis peccata etc.» Non quidem semper loquitur agitque dominus in iis, quibus nos evangelium et sacramenta administramus; quibus tamen salutem impertire suam statuit, raro aliter quam per hoc impertit ministerium. Sic itaque nos omnia propon*ere* velim, ut sacro ministerio suus honos stet nec tribuatur, quod domini est, id quod papistæ faciunt, nec etiam detrahatur, quod dominus ei tribuit, id quod hodie plerique faciunt hęreticorum: omnia vero hæc ad maiorem lucem evangelii et certiorem ecclesiarum concordiam non tantum cum Lutheranis, sed multo amplius cum omnibus, qui in tot orbis regionibus sub tyrannide papæ dispersi sunt, denique etiam cum maiorib*us* gentium Christianis, quos nemo non impia impudentia videbitur reiicere. Hæc ad te, vir ornatissime, ideo scribere volui, quod libell*us* hic meus se plerisque optimis et mihi observan*dis* fratribus non approbavit, sed inde quod putarunt, me in sacramentis nostris sanctæ societatis professionem negare, quam non nego, sed secundo loco pono. Tu, qua es in re Christi eruditione, spero videbis, me hic non adeo currere extra aleas. Ego vero nihil prius quæro[h)], quam ut, quæ in domino instituo, iis approbem, qui domini gloriam mecum quęsunt. Optime vale. In Philippenses non scripsi, sed in Ephesios. Nullum autem superest hic exemplar. Nunc in totum Paulum effundo, quæ dominus dat. Ora, vir religiosissime, ut ad sanctificandum nomen patris cælestis[i)] omnia serviant. Caussam miserrimi Guldii, qui, volens ex alieno se et alium, nescio quem, ditare et cum fœnore mox restituęre omnia[k)], sese totum perdidit, tuæ Humanitati per misericordiam domini commendo. Tantum non perditus scabie Thermas Badenses petierat, me fretus; duos florenos ei corraseram; sed adiiciendi erant alteri duo, quos reddere conatur, laborans nunc in publico hic opere; reddidit autem batzios quatuor. Ipsa miseria est! Fac, quod facis; onus hoc miseri, quantum potes, leva. Optime vale ac commenda me optimo cuique illic et D. Ioachimo. Argentorati, XVI. Martii[a)].

Commendant[l)] se tibi Capito et Bedrotus.

Tuus *M(artinus) Bucerus.*

Clarissimo viro domino D. Ioachimo Vadiano, totius *melio*ris eruditionis ac *doctrinæ* antistiti, *reipublicæ* S. Gallensis senatori consulari, patrono singulariter colendo.

a) „ci“ für „ti“. — b) „exer-“. — c) „exp-“. — d) „insync-“. — e) „cer-“. — f) „y“ für „i“. — g) „amplexuntur“. — h) „e“ für „æ“. — i) „cœl-“. — k) „restituere omnia“ beschädigte Stelle. — l) „Comend-“

¹) Vgl. IV, Brief 506. — Der allgemeine Inhalt des Briefes scheint doch am besten zum Frühjahr 1536 zu passen und insbesondere passt dazu die Bemerkung über Bucers Arbeit an dem Apostel Paulus, wenn man bedenkt, dass die Vorrede seiner Schrift über den Römerbrief vom 1. April 1536 datiert ist. Unter dem hülfsbedürftigen «Guldius» ist dann wohl der uns bekannte Niklaus Guldin zu verstehen, der nach Brief 865 in den ersten Tagen des Jahres 1536 von der Expedition nach Tunis zurückgekehrt war und sich in sehr abgerissenem und heruntergekommenem Zustand befunden haben wird.

879.

XI 183.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. (1536.) März 16.

Befriedigung über gute Nachrichten. Georg Beli. Nachrichten aus Oberitalien.

Gratiam et pacem a deo patre per dominum nostrum Iesum Christum. Binas iamdudum a Reverentia tua litteras accepi, colendissime Vadiane, neutrisque hucusque respondi, eo quod rari contingant ultronei tabellarii; nunc vero peridoneum nactus, si scribere ad te negligerem, nefas[a]) esset. Litteræ tuæ me ignorantem de pluribus instruxerunt, certiorem facientes de his, quæ alias ad nos nunquam pervenirent; deinde et plurimum me consolatæ sunt et animum erexerunt in multam spem de profectu evangelii, quo iucundius[b]) ac gratius esse in mundo non potest quicquam; demum etiam me summopere delectarunt, quum multa et nova et iucunda continerent. — De Ieorgio Belo licentiam prestitisti, sine qua nihil tentarem; sed paucissimis absolvam. Mala mens est et malus animus; nihil nec pium nec honestum illinc exspectandum[c]). Admonui eum aliquando, ut statui suo melius consulat ac honestati, tum quod memor esset generis sui et officiorum ac dignitatum etc.; at surdo fabulam narrabam. Interim spurcissimam vivit vitam. Nihil spei esse potest, nisi deo vindice propter impuram vitam immatura morte e medio abiret aut, si exspectatio[c]) illa tædiosa videretur, per divortium liberaretur honesta matrona, ne sic orba perpetua viduitate vel luctu vivere cogeretur. Tu insipientiæ meæ ignoscas ac iuxta prudentiam tuam age, quæ agenda sunt. — Ex Insubria audimus multa et confusa omnia. Cæsar preparat se ad reprimendum Gallum; iam præsidia 8000 posuit ad radices montis Dionisii (montanis ut fertur). Fortificant et muniunt civitates, arces et castella. Paratur exercitus ingens ex Hispania, Neapoli, Italia et Germania, sexaginta milium etc. Dii benevortant. Vale felix[d]), vir candide. Ex Curia Rhætica[e]), 16. Martii. Tuus *Ioannes Comander.*

Præstantissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli dignissimo, domino suo ac fratri observando.

a) „nephas". — b) „iocundius". — c) „exp-". — d) „fœl-". — e) „e" für æ".

¹) Vgl. IV, Brief 468. — Scheint am ehesten auf das Frühjahr 1536 zu passen.

IV 19.

880.

Oswald Myconius[1] an Vadian.

Basel. 1536. März 18.

Es betrübt ihn, dass Vadian ihm lange nicht mehr geschrieben hat, während er sonst gegen seine Freunde dienstbeflissen ist. Kurze Briefe oder mündliche Grüsse würden ihm genügen. Er freut sich über die Übereinstimmung der Appenzeller mit seiner Denkweise und geht mit Dominicus Zili nicht einig, der die Papisten in dem Artikel gegen die Wiedertäufer ebenfalls ausdrücklich genannt wissen will. Über die Zustimmung der Toggenburger konnte er nicht berichten, weil er nichts erfahren hatte.

S. Utinam fieri posset, vir dignissime, ut æquali tu mecum contenderes gratia! Non toties dolerem, dum audio, quam sis officiosus ad amicos passim salutandos, me iugiter interim omisso, qui tamen adeo maiestatem tuam suspicio, ut nesciam, si quis pari mecum id ratione faciat; quamvis non ignorem, quam sis apud omnes multo maximus, et merito quidem. Hunc dolorem non potui dissimulare, non profecto, nisi ut scires; ita namque [a] non leviter exonerabor. Constat illud mihi, quam infelix sim ad amicitiam[b] magnorum virorum, non inveniens causam tamen quam ineptias morum et literarum exiguitatem; verum hęc mutare non possum, vetulus propemodum canis. Quod igitur hic erit mihi solatium? Nullum certe, nisi quod cogito: toleranda est hęc fortuna tibi, quia non mutabilis. Nec tamen hic dubito de animi tui promptitudine erga me; sed quod illud ipsum, de quo certus sum, non subinde confirmas, hoc est, quamobrem doleo. Cogitas, scio: stultus Myconius putat reipublicæ præsidi nihil agendum esse, quam salutare amicos. Non istud puto; non enim sum nescius, quęnam incumbant viris consularibus; sed quemadmodum fere dixi, vellem, ut sępius me salutaret, non literis dico, nisi fortasse brevissimis, sed vel ore per eos, qui nonnunquam huc adveniunt, vel in literis aliorum is, quem tanti facit cor meum. Quas iamiam misisti, non credere potes, qualiter me adfecerint, nonnisi quod sunt a Vadiano; quamvis et illud me moverit non mediocriter, quod literę nostræ nonnihil addiderint Abbacellanis gaudii. Possumus enim hinc intelligere, quam

idem in eis nobiscum spiritus inhabitet, ex quo paritas est doctrinæ et unitas ecclesiarum et quęcunque pertinent ad veri populi dei salutisque rationem. Non idem licet dicere (si verum est, quod ad nos est delatum) de quibusdam e vobis (Dominicum cum suis ne nescias volo), ut quibus non placet articulus contra catabaptistas, quia papistę non sint adiuncti. Vide, quęso, cęcos adfectus. Non videt, nullum articulum fere non acerrime pugnare contra papistas, ut contra quos pugnat omnis doctrina Christi, quam nos profitemur. Tum si nominatim ponerentur papistę, quam mox inveniretur, qui Quinquepagicis nos ut pacifragos et fœdifragos esset delaturus, cum omisso nomine isto nemo tale quid vel in mentem admittat. Est certe, quod in isto homine desidero[c], si tam nihili rebus adhuc vexatur. Verum hoc in sinum tibi. De Doggenburgensibus sic habe: me nunc ob temporis brevitatem scribere non potuisse; deinde, quod legati tantum, quę habent in mandatis, retulerunt, scire non potuimus in tempore, consenserint necne. Quia vero et hoc significandum inter prima: discesserunt legati, priusquam ego, quid rei foret, compererim, atque ita nihil scribere licuit. Verum propediem, si me servarit dominus, ut petisti, morem geram. Equidem Grynęo provinciam hanc imposueram; sed quia rogando negarat, faciam, quod potero. Quęso, domine mi, stultam hanc simplicitatem boni consulas. Vale nobis, reipublicæ tuæ et christianę incolumis diu. Basileę, XVIII. Martii, anno XXXVI.

Oswaldus Myconius, tibi devotissimus.

D. Ioachimo Vadiano, viro præstantissimo doctissimoque, consuli Sangallensi dignissimo, domino perquam venerando suo.

a) „nanque". — b) „-ciam". — c) „y" für „i".

[1]) Vgl. I, Brief 105.

881. IV 29.

Freiherr Georg von Hewen[1]) an Vadian.

(Tuttlingen.) 1536. März 20.

Anstellung des Hans Vogler durch den Herzog von Würtemberg. Politische Nachrichten.

Min frünttlich, wilig dinst sig euch zůfor. Lieber her burgermaster, uff das schribenn vonn her Hannß Voglerß halben mir gethůn, hab ich mitt m(inem) g(nedigen) herenn zů Wirttenberg selbertt vonn sinettwegen gehandlett. Ist M. G. her sinettthalben zůfridenn; doch so soll (sich) her Hanns Vogler zů dem Blarer oder Schnepffen ferfůgen unnd sich

mitt ynen ferglichenn deß sakramenttz halbenn. So das selbig geschech, so soll eß kain ierûng haben, ynn zû fersechenn. Deßhalb so her Hans Vogler geliebtt, so mag er her zû mir genn Duttlingen komen; will ich ym witther fürderung, so er vonn mir begeren wûrd, mittthallen unnd min best unnd mûglich fliß ainkerenn von ewerttwegen. Das hab ich euch uff ewer schriben frünttlicher mainung nitt wellen bergen etc. Nüwer[a] zittung halb ist hie by unnß nichs sonderß; aber uff die warnung, so minem G. H. zûkomen, das die fürsten von Bager (!) in rüstung sigend, hatt sin gnad im lannd zû Wirtt(en)berg sin folck laßenn mustren unnd da ain ußzug gethûnn, 15,000 wolgrüster, gûtter krigslütt; deßglichen so habenn sine herenn unnd fründ, so sin fürstlich gnad mitt ynen ain ferstannd hatt wider die, so wider sin fürstlich gnad land unnd lütt sin weltten, lib unnd gûtt zû sinen fürstlichen gnaden settzen, deßglichenn ain große ainzall pferd unnd knechtt jar und tag zû unntterhaltten zûgesaigt. Süst ist hie by unnß nichs nüws[b]. Mitt frünttlicher bitt, so fer eß nitt wider euch ist, mich zû berichtten, wieß mitt denn heren vonn Bern stand, deßglichen mitt dem küng zû Frannckrich; ob mine herenn die aydgnoßenn ym knechtt fergonen wellen oder nitt unnd wie eß ain gestaltt deßhalb gwin, unnd solichs Lefünus Grübell in gschrifft gebenn. Wirtt er mir ain aigen potten zûschücken unnd mir solichs nitt verhaltten. Das will ich umb euch mitt allem fliß frünttlich verdinen. Dattum 20. tag Mer(tz), 1536 jar.

Fryher *G(eorg) von Hewen.*

Dem hochgelertten, fürsichtigen unnd wißenn herenn Jochym von Watt, doctor, burgermaster zû Sannt Gallenn, minem lieben unnd (gûtten) fründ etc.

a) „nwer" mit zwei Punkten über dem „w". — b) „nws" mit übergeschriebenem „e".

1) Vgl. oben, Brief 868. — Auch dieser Brief ist von *Jakob Grübels* Hand.

Stadt-B. Zürich

882.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich). 1536. März 20.

Zweite Conferenz in Basel. Bullinger übersendet, was er über die letzten paulinischen Briefe geschrieben. Politische Nachrichten.

Gratiam et vitæ innocentiam a domino. Non nescis, opinor, vir clarissime, nostros Basileam iterum esse vocatos, nimirum ut negotium nuper per nos cœptum absolvant. Ex nostris ibunt, qui prius fuerant

legati. Placet nostris confessio per omnia. In hac perstare volunt pacemque habere cum omnibus, qui paria aut non contraria his confitentur. Non videbatur necesse, ut nos præsenti interessemus convocationi, neque ministros verbi nunc vocarunt Basilienses, sed senatorii ordinis homines. Fortassis agentur et alia quædam ecclesiæ et reipublicæ nostræ conservandæ necessaria. Ego dominum oro, ut bene cœpta prosperet et fausto fine claudat. Audiemus forsan ab Argentoratensibus, quid sentiat de nobis ac nostris Lutherus.

Mitto, quæ scripsi in postremas Paulli epistolas. Quodsi ea, quæ in Thessalonicensium posteriorem edidi, usui piis futura sunt, plane tibi ferent acceptum; nisi enim tu severius incitasses, ut suis istos pingerem Antichristianos coloribus, sane non tam copiose egissem. Appendi præterea quædam de coercendis puniendisque hæreticis epistolæ ad Titum, quæ fortassis præstiterit vel Fortmüllero vel Dominico ostendisse. Hoc autem qualicunque munusculo te dono et domino commendo, in quo nobis diu valeas cum tuis. XX. Martii 1536.

H(einricus) Bullingerus tuus.

Die von Bern söllend widerumb mit 1500 mannen ußgezogen sin, ein schloß ze stürmen und zů vertyllgen.

Cæsar a nostris militem petiit, sed negarunt illi. Quid tu de eius expeditione in Gallias habes? Aiunt enim, illum in Gallias ducturum exercitum.

D. Ioachimo Vadiano, domino suo colendissimo.

[1]) Vgl. oben, Brief 730. — Dieser Brief ist der Simmler'schen Sammlung auf der Stadtbibliothek Zürich entnommen. Sein Original ist bis zur Stunde nicht nachzuweisen.

883. IV 21.

Thomas Boner[1]) an Vadian.

1536. März 27.

Bezahlung von 200 Kronen aus dem Nachlass des Hauptmanns Ambrosius Eigen.

Min fruntlich, willig dienst unnd was ich liebs unnd gůtts vermag sye üch zůgesagt bevor. Lieber schwager, kungklicher Mayenstatt uss Franckrych schickt zöigern diß brieffs zů houptmann Ambrosin seligen erben umb bezalung 2ᶜ kronen, so er ingenomen und enpfangen von ammann Eglin, desshalb der gemellt herr dem Capin de Capo versprochen zů bezalen; dardurch er geträngt, dieselben zů bezalen. Nun

diewyl gemeltter Ambrosi selig gemelte summ enpfangen und im sicherheytbrieff und sigill geben, wie üch zöiger des berichtten wurdt, so ist min bitt, ir wollen daran sin und verhelffen, damitt dem gedachtten herrn gemelte 2ᶜ kronen bezalt werden; dann mir desselben gellttes ouch ein teyl zůstatt, damitt ich miner ußstanden summ ouch bezallt werde. Das statt mir gegen üch zů verdienen. Datum Mentag nach mittfasten, anno etc. XXXVI. Ü(wer) gůttwilliger *Thoman Boner*.

Dem frommen unnd fürnämen burgermeistern von Watt zů Sant Gallen, minem günstigen, lieben schwagern.

[1]) Vgl. IV, Brief 612, dessen Schrift übrigens der des vorliegenden Briefes nicht entspricht.

IV 20.

884.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1536. März 28.

Er beruft sich auf seinen Brief an Johannes Vogler und übersendet als Geschenk neuer Buchdrucker (Thomas Platter und Balthasar Lasius) einen Band Briefe. Die Vorlesungen des Simon Grynæus. Verzeichnis der neuern in Basel gedruckten Bücher. Allgemeiner Tag aller Kirchen. Die Aussichten für die Einigung mit Luther.

S. De conventus nostri actis nosti tu ipse non esse necessarium, ut scribam. Variis et incertis rumoribus hic et alibi circumvolitantibus te obtundere non libet; quę vero solidi aliquid habent et scitu non sunt indigna, de iis scripsi Aucupario, et ea ratione, ut tecum conferat. Novi nostri typographi epistolarum libro[2]) te donant, quem inpræsentiarum[a)] per consulem mitto. Grynæus[a)], profanis[b)] Musis repudiatis, tandem sacrę se consecravit theologię, primam auspicatus lectionem 21. Martii. Incepit[c)] autem legere d(ivi) Pauli epistolam ad Romanos. Porro qui libri ex officinis nostris iam recentes prodierint, quando te scire iuvat, non piguit eorum indicem annotare: In Sphæram[a)] Procli Ziegleri Landavi commentarii Gręce et Latine et alia nonnulla astronomica; Herodianus Gręce; Organum uranicum Sebastiani Monsteri; Annotationes in orationes Ciceronis, tomus primus (Platerus impressit); Iulius Pollux; Galeni opera quędam a Corvario versa; Galeni tomus; Morbi Gallici curandi ratio; Bigotii carmina; Ioannis Menardi Ferrariensis in Galenum; Ludovici Vivis liber de conscribendis epistolis; Chronicon opus Eusebii auctum; Clementis epistolę auctę et emendatę; Oecolampadii in Genesim; Olympiodorus in Ecclesiasten; Cyri Theodori carmina Gręca in Vetus Testamentum; Catechismus

Galli cuiusdam ad regem Francię; de puritate ecclesię in ps(almum) 15[d] Erasmi, cum aliquot selectis epistolis; Adagia Erasmi; in Tusculanas quæstiones Erasmi scolia; Anticlaudianus poeta; Vocabula Hebraica irregularia, Monsterus; Arithmetica Fabri Stapulensis, cum aliis nonnullis; Theodoreti Historia[e] a Camerario versa; Chrysostomus in omnes epistolas Pauli; Placentini iurisconsulti in Institutiones; Paraphrasis in titulum de actionibus; Martinus Bucerus ingens volumen edidit[c] in epistolam ad Romanos. Ceterum[f] de generali conventu ecclesiarum omnium, quæ evangelium profitentur, nihil audio certi. De concordia inter nos et Lutherum iubet bene sperare Capito. Præterea nihil solidi affert. Te et fratres omnes cupio ex animo bene valere. Basileę, 28. Martii 36.

Marcus Bersius, tuę Humanitatis mancipium.

Excellentissimo[g] viro domino doctori Ioachimo Vadiano, Santogallensi consuli dignissimo, domino suo observando.

a) „e" für „æ". — b) „prophanis". — c) „ę" für „e". — d) Lies „14". — e) „hyst-". — f) „Cęt-". — g) „Exell-".

1) Vgl. IV, Brief 508. — 2) Ohne Zweifel die im März 1536 herausgegebenen, von Platter und Lasius gedruckten Briefe Oecolampads und Zwinglis.

885. XI 174.

Wolfgang Capito[1]) an Vadian.

Basel. (1536.) März 28.

Die Basler Conferenz hat an Luther geschrieben und erwartet dessen Antwort. Anstellung eines neuen Prädicanten in St. Gallen.

S. Conventum Lutherus instantissime petiit. Nos a proximo conventu Basiliensi illum monuimus per literas; nondum quicquam respondit; nam per cancellarium principis Cattorum nostras misimus. Credunt in causa esse, quod fœderis[a] conventus in horas pridem et nunc quoque exspectabitur[b], in quem forte elector deliberationem talem reiecit, quod res ad principes et magistratus pertineant; et tamen, gratia deo, mitescunt undique feroculi sectarii, sic enim nomino rixosos super eucharistia. In Cerinthia sub Palatino est unus et alter, qui graviter obturbant; per Philippum compescetur, cui eius gratia pridem scripsimus. — Vobis audio ministro opus esse in locum cuiusdam demortui[2]). Audio vobis esse ludimagistrum Sebastianum Cuntz, virum probum et mediocriter eruditum, quod, mi domine, tu facile noris. Ne displiceant domestici, ut fere vilescunt, quę in oculis coram. Unum vobis necessarium factu

est, ut statuatis certa lege inter ministros, qui pastor et qui velut adiutores. Furtmillerus non ineptum se exhibuit apud nos, quem virum puto vere integrum et amantem Christi, multumque moderationis prę se tulit inter deliberandum super statutis articulis. Hunc puto non inidoneum parochum. Ordine res confirmantur; sine ordine nihil firmum. Dominus te servet, vir in domino suspiciende. Basileę, 3. post Lætare[c].

Wolfgangus Capito.

Ioachimo Vadiano, doctori medico, consuli Sanctogallensi, viro ornatissimo, sibi in domino observando.

a) „fed-". — b) „exp-". — c) „Let-".

1) Vgl. IV, Brief 513. — 2) Wolfgang Wetter, gen. Jufli, gest. 10. März 1536.

IV 23.

886.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1536. April 16—19.

Er lobt die Aphorismen Vadians und erörtert weitläufig die Bedeutung der Symbole und den Wortlaut der Abendmahlsfeier mit dem Wunsche, dass die Lehrmeinung Luthers von Vadian mit klaren Worten richtig gestellt werde.

Gratiam et pacem a deo patre per Christum Iesum.

Librum tuum plane eruditissimum non sine iucunditate et fructu legi, qui cum numeris omnibus sit absolutissimus, imprudentius factum a te existimaverim, vir doctissime, ut eum limæ nostræ subiiceres. Quid enim (quod ad me attinet) sus Minervam? aut cur sutor ultra crepidam? Quandoquidem vero tu ita iubes, ne morem non gessisse amico tanto videar, dicam, quod sentio. Doleo primum clarissimam et simplicissimam veritatem ita obductam esse tenebris et humanarum traditionum somniis, ut tanto labore opus sit in repurgando. Optarim enim, ut quam simplicissime ad morem apostolicum de institutis Christi nobis loquendi ratio semper mansisset. Verum quando sęculis iam aliquot sacra ista ita fuerunt involuta, gaudeo admodum, eum nobis virum datum esse divinitus, qui non solum sentinam hanc exhaurire funditus, sed et fontem limpidissimum nobis propinare possit, hoc est, qui de re obscurata non solum clare, sed et eleganter et copiose dicere ac disserere possit. Ita enim supra reliquos, qui idem tentarunt, a te illustrata sunt omnia, ut lucis nihil addi a quoquam posse putem, quatenus scilicet ad vindicandam ab adversariis veritatem pertinet. Ceterum[a]) cupio et anxiis votis expeto, ut priscorum

et veterum simplicitas redeat in ecclesias Christi. Ego enim vix inducor, ut credam, viros apostolicos tantum tribuisse symbolis, quantum hodie plerique[a] tribuunt. De rebus certe per symbola significatis multo augustissima fuit illis contemplatio, in hoc unum incumbentes, ut Christi cognitio in cordibus piorum subinde augesceret; quę ratio nobis postrema est aut certe non præcipua. Sed de hoc postea.

Inter legendum quędam pro mea simplicitate sublegi, de quibus (si tua pace fieri poterit) amplius paulo disseram, non quod quidquam hisce de rebus pronuntiem[b], sed quod cogitationes meas, quas hac de re verso, indicem tibi, viro et docto et prudenti, qui et mei amantissimus, ut, sicubi cirem, his nodis extrices.

Quod signis promissiones ubique sint additę, axioma est, quod Luterus cum suis firmissimum suæ opinionis fundamentum ponunt. Cena[c] (inquiunt) promissionem aut verbum habet. Quid vero hoc sermone volunt efficere? Id scilicet, quod signa talia fiant, qualia verba sonant, vel quod verbum adferat signo, quod verbo est promissum. Verba signis addita esse vel signa data esse verbis concomitantibus, nemo sanę mentis ibit infitias[b]. Quomodo enim sacramenta sine verbis institueret Christus? aut quis doceret nos usum sacramentorum, si Christus verbis non exprimeret? Sed verba sic addita signis existimamus, ut significent, significando misericordiam dei doceant et ob oculos ponant. Per verbum enim voluntatem suam hominibus declarat deus. Quod ergo cena[c] verbum habet, non habet ut sibi datum, sed ut signum, quod moneat nos beneficii per mortem Christi nobis exhibiti. Cena[c] ipsa non præstat beneficium. Admonet quidem panis, quid nobis, non quid sibi sit promissum. Beneficium in cruce, commemorationem in cena[c] quærimus. Verba ergo et signa in hoc instituta esse constat, ut admoneant, refricent, annuntient[d], excitent et significent ac repræsentent; hoc quum factum est, suis officiis defuncta sunt. Quod et tu videris non obscure innuere his verbis: Videtur potius in eucharistiæ cena[c] sacramentum rei in symbolis, quam rem tradidisse, 3. libro. Quare si mihi de cenę[c] symbolis loquendum esset, illa verba (« offerre » et « exhibere ») ut scopulum fugerem. Non enim video, quomodo offerant aut exhibeant, nisi modo quodam significativo et annuntiativo[d], nisi offerre[f] intelligamus pro eo, quod germanice dicimus « fürtragen » oder « anbieten » aut « repræsentare » etc.

Nec verbis istis tam offendor, quam metuo, ne captioni ansam præ-

beant. Contentioni vero ut fomenta subtrahantur, nihil tam conducere puto ac sermonem non obscurum, qui vel in hoc erit utilis, ne demus suspicionem, quod aliud dicamus et aliud dixisse videri velimus. Qui remissionem peccatorum in cena[c)] quærere docent virtute promissionis, faciunt, ut magna pars plebis omisso verbo signorum mancipium fiat et ab elementis pendeat; nam illi docent, remissionem verbo et signo includi. Qui vero remissionem peccatorum suadente spiritu obsignanteque intus cor se assecutos credunt, ii demum id symbolorum receptione et usu testantur et Christo pro accepto beneficio gratias agunt; internarum enim rerum veracissimę sunt protestationes Christianis. Christus ergo, hanc cenam[c)] instituens, (sic enim mihi videtur) discipulos monere voluit, ut, sicubi eos postea in unum convenire contingeret, in sui memoriam ac commemorationem pane et poculo benedictionis uterentur, et nequaquam ut per hoc verbum promissionis («hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur», quod iam impletum est et alio spectat, quam ut ad sacramentale signum alligetur) conscientiis gratia et remissio in symbolis distribueretur. Nemo certe melius cena[c)] domini usus fuerit, quam qui norunt ac credunt, quantum beneficium per mortem domini acceperint. Ut enim quisque certior et firmior est de favore dei erga se, eo ardentius et maiore cum fructu effusum Iesu sanguinem in fratrum conventu prædicat. Cenæ[c)] ergo symbolum in hoc institutum credo, ut convenientes fratres Christum crucifixum et exaltatum, iam certi salutis suæ, elargita iam gratia, dispensato iam corpore Christi, spiritualiter celebrent et se fratres eiusdem regni declarent. Quo Paulus spectans: «unum corpus», inquit, «omnes sumus» etc. Hoc Christi factum in cena[c)], hoc tam sollicita[g)] ad charitatem exhortatio probat, quam Christus nusquam diligentius inculcavit quam tum, cum hoc convivium in memoriam mortis suæ peragendum demandat.

Quandoquidem semel in symbolorum mentionem (quę tu a sacramentis separas, nescio qua ratione) incidimus, impetratum a te velim, ut latius de hisce tecum commentari mihi copiam facias. Iohannes baptisat aqua, remittens baptisatos ad Christum, qui spiritu baptiset. Hoc vero nusquam docet, ut per hoc verbum externum promissionis: «qui crediderit et baptisatus fuerit etc.» baptismus sigillum et ἀῤῥάβω promissi favoris dei erga nos existat; nec apostoli hoc tradiderunt, quod per hoc verbum: «hoc est corpus meum», corpus Christi in remissionem peccatorum aut fidei confirmationem edendum[g)] advehatur. At de Christo Iesu,

filio dei, quomodo in vita sua varie tentatus, mortuus et crucifixus sit, quomodo ressurrexerit, quomodo exaltatus sit ad dextram patris, omnes libros impleverunt. Apostolus Paulus gloriatur, se non venisse baptisatum, sed ut Christum crucifixum prædicet. Quodsi tanta momenta vel dispensationis gratiæ vel confirmationis spiritus in externo lavacro sita essent, procul dubio hoc orbi declarasset et non tam indiligens aut negligens circa baptismum fuisset. Apostolorum doctrina ad Christum mactatum oblatumque in cruce et glorificatum remittit, qui nostros animos humi stratos attollat certissimaque salutis spe, per patris spiritum interposita, non per lavacrum aut cenam[c], erigit. Dandum ergo cuique, quod suum. Signorum vis maxima est in repræsentando et admonendo, ut sit cena[c] domini externa prædicatio et commemoratio beneficii per mortem Christi fidelibus exhibiti, quæ fit in fratrum conventu, baptismus vero mortificationis nostri et resurrectionis in novum hominem figurale signum, Rom. 6. Cuius altera repræsentationis pars hic non perfecte impletur, priusquam in secundo adventu domini caro in pulverem terrę, de qua sumpta est, redacta nova resurgat, interim resurrectionis ex mortuis virtute in renovatione homi nis interni se prodente, donec seminatum in infirmitate in gloria resurgat. Quam resurrectionem interior homo hic implere incipit, donec plena repurgatione facta totus dei imaginem, in quam resurgit ac reficitur, exprimat.

Quodsi baptismus sepelitio cum Christo alicubi, alicubi vero induitio Christi, regenerationis lavacrum aut peccatorum ablutio dicitur, agnoscimus locutionum[h] formulas, non quod hoc re ipsa sit, sed quod harum rerum sit symbolum significans ac repræsentans.

Quid — inquis — hæc[i] contra me pugnant, qui hanc, quam oppugnas, opinionem non sequor? Scio te recte sentire de mysteriis sacris; sed, quantum ego video, liber tuus Lutheri opinionem non tam stringit quam papistarum. Lutherus transsubstantiationem[k] non ponit n(e)c forte corporalem præsentiam Christi statuit, sed verbis utitur valde obscuris et tenebris quibusdam, quas vellem luce tua clarius discussa(s) esse, ne cui fucum facerent. Hæc[i] hactenus.

Iam quod res et sacramenta uniantur, cum alterum sine altero sumi possit, non video, quomodo fiat, nisi unionem sacramentalem intelligas metonymias aut locutionum[h] formas, quod signa scilicet rerum nomina induunt. Alioqui nulla potest esse unio, cum alterum sit terrenum et corporale, alterum cæleste[l] et spirituale, quę natura repugnant.

De re sacramentorum etiam variant, quum isti hoc, alii aliud ponant; sed in tam sacris mysteriis nihil mirum, si quisque pro gratia data elicit, quod pro gloria dei facere sibi fuerit visum. Et certe res huius sacramenti tam est eximia et lata, ut nemo verbis satis possit exprimere.

Hæc habui, doctissime vir, quę in pręsens tibi scribenda duxi; quę sic accipias, ut a me sunt prodita. Nihil improbo, quod glorię dei servit; hoc tantum opto, res hæc[i], quam poterit fieri, simplicissime tradatur ecclesiis. Ceterum[a] te exoratum velim, ne labore tam utili nos fraudes, quem omnibus doctis non sine gloria desudasti. Cura, ut excudatur, si forte ex papistis quidam, relicto errore, quem in hoc libro graphice depictum cernent, ad Christum se convertant. Vale, vir[m] eximie[n], et temeritati meę parce. Ex Tiguro, in feriis pascalibus 1536.

Leo Iud, tuus ex animo.

Ornatissimo viro D. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensium consuli prudentissimo, patrono in primis colendo.

a) In der Stammsilbe „ę“ für „e“. — b) „c“ für „t“. — c) „cœna“ und „cęna“. — d) „annunc-“. — e) „offere“. — f) „solic-“. — g) „æd-“. — h) „loquut-“. — i) „e“ für „æ“. — k) „transub-“. — l) „cœl-“. — m) „vix“. — n) „eximiæ“.

[1]) Vgl. III, Brief 370.

Staats-A. Zürich. E. II, 338.1375.

887.

Vadian[1]) an Heinrich Bullinger.

St. Gallen. 1536. April 18.

Freude über den Commentar Bullingers zu den paulinischen Briefen an die Thessalonicher, Timotheus, (Titus) und Philemon. Papst Paul III. gegen den Kaiser Karl V.

S. Quam bonam ego, Bullingere doctissime, operam navavi, si id meis apud te literis sum assecutus, ut epistolis apostoli ad Thessalonicos, Timotheum et Philemonem enarrandis hoc plus operæ impenderis, quo ego te ardentius inhortatus fuerim, ne Romanum illud idolum levi manu tractares, sed suis coloribus orbi depingeres. Depinxisti enim abominationem illam universam tanta fide, gratia, libertate, iudicio, fiducia, ut non dubitem, casum, quem spiritus domini viginti iam annis molitur, te primum ceu colophone adhibito et brevem (!) et certo per omnem Germaniam in foribus affuturum esse, qui omnem illam simulatæ pietatis camerinam non moveat solum, sed etiam absorbeat. Est quidem papa et a Luthero petitus, sed amarulentius, quam ut iudicio eius multi eruditorum ea in re putarint accedendum, ac nescio, an ex professo unquam

Zvinglius noster in eum scripserit; satis enim ei fuit, dogmata subvertere, quæ talem eum effecerant, et exarmare hominem malis artibus elatum, si nudus et spoliatus adigi fortasse ad resipiscentiam posset. Tua vero (absit adulatio) diligentia factum est, ut facile et citra controversiam id optimi et pientissimi quique sensuri sint, de nullo Antichristo seu filio perditionis certius posteros apostolum admonuisse quam de papa Romano: quippe ad verbum quadrant in hunc, quicquid est a Paulo de homine peccati prædictum. Proinde ex animo gratulor studiosis tuam istam lucubrationem, nec minus gaudeo factum meo consilio, ut accincto iam et parato sic ad scribendum hac in parte calcar adhibuerim et in meam etiam gratiam minus te laborum pistrinum istud fregerit. Audio vero Paulum III., Caroli imperatoris hostem factum, totum se Gallo dedidisse. Quæ si vera sunt, quam facile foret, Carolum ad illos converti toto impetu, qui ferre papam amplius nolunt, et olfacio, iam nunc eam occasionem observari quibusdam christianis magistratibus, ut, quoniam spes sit maioris dissidii, hoc inde propensior evangelio futurus sit imperator, quo se magis delusum contemptumque ab illo sentiet, cuius dignitatem antea tam religiose est tutatus. Sed incerta sunt principum consilia, quibus haud aliud magis precor, quam ut per domini gratiam vel te doctorem demum artes Antichristi sint liquido cognituri et, quod hactenus de scripturis deprehensu(m) non est, saltem historia recentiore præeunte perdiscant. Vale et me tuum esse sinito. Sangalli, XVIII. die Aprilis, anno XXXVI. *Ioachimus Vadianus.*

Clarissimo viro D. Henrycho *Bullinger*o, sanctę ecclesię Turicensis episcopo, domino suo colendo.

[1]) Vgl. I, Register, unter «Vadianus». — [2]) S. Thess. II, 3 und den Commentar Bullingers fol. 64 b.

888. III 192.

Konrad Pellican[1]) an Vadian.

Zürich. (1536.) April 21.

Lob der vadianischen Aphorismen und Ermunterung zu baldiger Herausgabe. Besprechung einzelner Teile der Schrift, so des Verhältnisses von Papst und Kaiser, Papst und Bischöfen. Lob der Bischöfe in England. Verweisung auf den Brief Johann Calvins an den König von Frankreich. Mitteilung der Aphorismen an Georg Binder.

Salutem in domino. Multa cum iucunditate et avidissime legi saluberrimos Aphorismos tuos, doctissime Vadiane, magnoque cum fructu

legendos censeo utraque in lingua nec video rationem aliquam differendi. Satis feliciter exciderunt, ut limam non optent. Utinam otium[a] esset tibi multa scribendi in sacris! Non credo, me uno in libro plura unquam legisse notatu dignissima, omnia probata verbo dei, sensu communi et sententiis[b] sanctorum, ut sint piis omnibus omnia quam certissima. Non erit molesta prolixitas tam utilis quam iucunda; addi plura cuperem, quam quicquam demi. Quid enim de imposturis papę[c] in Germanos Cęsares[c] satis commemorari[d] possit? Misera superstitio[b] imperatorum, quod tam apertos dolos non possunt perpendere et tanta reverentia[a] pestilentię[a] sedem dignantur usque hodie! Et in episcopos quoque tyrannis (!) papę miror tam diu potuisse perferri, nisi similiter ęgrotarent[c] et dignos se pręberent[c] tanti pastoris servulos in gregis exitium[a]. Vellem episcopos invitari ad sui status correctionem, ad verbi dei lectionem et evangelistarum in ecclesiis promotionem et tuitionem ac visitationem, ne ferre cogantur magistratuum decreta in causis doctrinę ecclesiasticę. Hactenus noluerunt prospicere suis ecclesiis; ferent ergo, quos odiunt (!), suo damno et confusione. Maiora patientur[e], nisi resipiscant; posthac non proficient imposturis. Clarius iudicium nunc prostat, quam ut illudi sibi diutius[a] ferat mundus. Exspectanda[f] episcopis non est papę[c] informatio, sed oppressio potius[a] videbitur. Placet sensus et devotio[a] erudita episcoporum in Anglia, qui, suorum officiorum admoniti, salubriter resipuerunt, exemplum facti reliquis non stolidis episcopis. Vides, quid Calvinus Ioannes, Gallus, scribat Gallorum regi, tam apertam veritatem et solidam, ut contemni nequeat. Quid reliquum est, nisi ut optima per Christum speremus et fortiter agamus, cernentes auxilium domini et spem resipiscentię[a] plurimorum? O, si tui discipuli per te discant fructum liberalium disciplinarum et poetarum! Obtrusi statim Bindero nostro tuos Aphorismos, ut theologię[g] incipiat favere magis quam hactenus. Non dubito, proficiet inde et sequetur tua sacra vestigia. O, si tam pium, prudentem, eruditum et disertum explicatorem assequerentur sacrę[c] litterę in Vetus Testamentum, amplissimus sane campus pietatis exercendę[c] et iungendę[c] eruditioni! Sed hęc[c] talia iam spero ubertim proditura in tanta felicitate resipiscentis sęculi[c]. Perge, vir optime, hoc tuo in munere et adiuva partes pię eruditionis et succurre probis tuis consiliis et studiis sęculo[c] reformando. Egi ego quoque, ut potui et deus dedit. Utinam

proficiat in dei gloriam et ecclesię[e] ędificationem[e]! Vale, vir humanissime et charissime, in domino diu. Tyguri, 21. Aprilis.

Tuus totus *Conradus Pellicanus.*

Domino Ioachimo Vadiano, consuli Sanctogallensi incomparabili eruditione et pietate, clarissimo viro, patrono ac domino.

a) „c" für „t". — b) „-ciis, -cio, -cię". — c) „e" für „ę". — d) „comem-". — e) „paci-". — f) „exp-". — g) „thelogię".

1) Vgl. oben, Brief 714. — Das Jahresdatum ergibt sich mit Sicherheit aus der Erwähnung des Calvin'schen Briefes an den König von Franckreich, welcher der im März 1536 erschienenen ersten Ausgabe der « Institutio » vorgesetzt und vom 23. August 1535 datiert ist.

889. IV 66.

Martin Bucer[1]) an Vadian.

Augsburg. 1536. (April) 26.[2])

Bitte, die Einigung der Kirchen nach Kräften zu fördern. Abreise nach Eisenach.

Gratia et pax. Optime patrone, utinam te hæ literæ non reperiant; sed si reperiunt, tamen indubie promovebis communem ecclesiarum concordiam, quantum poteris. Ad conventum Isnacensem ibo cras, volente domino. Literas hasce, oro, in domum Thomæ Blaureri. Salvi sint illic omnes. Utinam tecum omnia! Christ*ianis*[a] vobis in Christo facile approbavero institutum(?) nostrum; sed Satan ubi non turbat? Vale, saluta fratres. Augustæ, 26. (Aprilis) 1536. *M(artinus) Bucerus,* tuus in domino.

Doctissimo atque pientissimo viro D. Ioachimo Vadiano, medico et consuli Sangallensi vigilantissimo, suo in domino patrono.

a) Lücke von ca. 4 Buchstaben.

1) Vgl. IV, Brief 506. — 2) Nach Baum: Capito und Butzer, S. 506, reiste Bucer am 27. April von Augsburg nach Eisenach ab. Das Monatsdatum lässt sich also mit Sicherheit ergänzen. — Der kurze Brief ist offenbar in grosser Eile flüchtig hingeworfen.

890. Stadt-B. Zürich.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1536. April 26.

Luther an Bucer und Bucer an die Geistlichkeit in Constanz über den bevorstehenden Tag in Eisenach betreffend die Concordie. Vadian möge sich mit den Zürchern über dessen Beschickung durch die Schweizer beraten. Zwick wünscht nichts mehr, als Vadian, Bullinger und Pellican dahin begleiten zu dürfen.

Salus et pax Christi sit tecum. Ornatissime Vadiane, de conventu celebrando pauca tibi significo. Lutherus enim ad Bucerum scripsit in hæc verba:

«Gratiam et pacem in Christo. Paucis scribere cogor, quia hos 14 dies prostratus decubui, cruciatibus non ferendis coxendicis sinistræ. Vix iam respiro. De conventu nostro sic habet sententia nostra: Locum nobis princeps noster signavit Isenacum in confinio Hassiæ, 28 milliaribus a Wittenberga, ubi Iustus Menius episcopatur. Tempus mihi videretur idoneum Dominica 4. post paschæ, quocirca cum tuis super hac re delibera et responde. Quodsi tertia vel alia Dominica placeret magis, nos non gravabimur eam acceptare; tantum tu cura, ut Brentius, Schnepfius et alii id per vos sciant, quos putabitis adesse oportere. Ego Osiandro et aliis Nurenbergensibus significo, præterea nullis in Superiori Germania, ea scilicet tibi cura relicta. Vale in Christo bene, et ora pro me. Die annuntiationis Mariæ 1536.»

Cum istis literis scribit Bucerus ad nos symmystas longissimas literas, scilicet de utilitate conveniendi, tantum non adiurans nos, ne hanc profectionem detrectemus. Quantum itaque intelligo, mihi hoc onus imponetur, quod tamen optarem doctiori et omnifariis studiis exercitato magis imponi. Fiat autem domini voluntas. Ad finem vero literarum addit hæc verba: Der aidgnossischen kilchen halb were mins achtens der sach seer fürstendig, wo sy D. Vadianum mit ainem oder zwayen predigern uffs höchst zu diser samlung schiktend. Bullingerum und Pellicanum ließ ich mir gefallen. Godt gebe, was gut sye. Amen.»

Nunc tibi huius negotii gratia hanc curam volo impositam, ut cum tuis sive etiam Tigurinis deliberes, quid faciendum nobis. Christus communis est nobis; ecclesia una est Christi. Cum itaque sperent, conventum hunc in rem Christi suæque ecclesiæ futurum, deinde cum Helvetii non uno nomine et de doctrina et ecclesiasticis ritibus Luthero et suis suspecti sint, et nescio quam funestam opinionem de vobis habeat, consultum videtur, a vobis salutari congregationem istam. Dominica Cantate electa est. Dignum enim putaverunt cedere Luthero, renati evangelii antesignano. Alioqui tempus satis est breve, quod etiam Bucerus ad nos conqueritur. Mihi vero ad 24. diem huius mensis redditæ sunt (literæ). Quantum ad me adtinet, nihil optarem magis, quam me comitem addere tibi et suavissimis confratribus Bullingero et Pellicano. Dominus hanc profectionem promoveat solita benevolentia sua. Amen. Si potes, responde et cura hanc rem diligentissime. Iussit tibi quam pluri-

mam salutem adscribere Thomas Blaurerus. Vale in Christo semper. Constantiæ, XXVI. Aprilis 1536. Tuus ex animo *Ioannes Zvickius.*

Prudentissimo, doctissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, Sangallensis reipublicæ consuli, domino suo observandissimo.

[1]) Vgl. II, Brief 152. — Wir verdanken die Abschrift dieses der Simmler'schen Sammlung entnommenen Briefes der Güte des Herrn Bibliothekars Dr. Hermann Escher in Zürich.

891. IV 30.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

Zürich. 1536. Mai 21.

Er berichtet, dass die Aphorismen Vadians über das Abendmahl von den bedeutendsten Zürcher Geistlichen: Leo Jud, Theodor Bibliander, Konrad Pellican, Georg Binder gelesen worden sind und von ihnen höchlich gebilligt werden. Sie wünschen einmütig, dass die Schrift möglichst bald durch den Druck verbreitet werde.

Gratiam et vitæ innocentiam a domino. Libros illos tuos, Vadiane doctissime, de eucharistiæ consideratione[a]) scriptos legerunt apud nos ministri ecclesiæ præcipui: Leo, Theodorus, Pellicanus, Binderus et reliqui. Quid vero Leo et Pellicanus de illis sentiant, abunde epistolis scriptis testarunt. Reliqui nihil perinde optant, quam ut vulgetur opus pium, necessarium, utile, doctum. Theodorus, felicissimi[b]) ingenii et iudicii[c]) acerrimi vir, nuper ad me dicebat, si quid Vadiano scriberem, cum eo expostularem, «quod libros per omnia piissimos, doctissimos et nostro sæculo necessarios hactenus premit quodque meam exspectat[d]) censuram, qui minor sum, quam cuius iudicium[c]) in tam docto opere vel tantillum æstimari debet; ego sane, si quid apud clarissimum virum possem, optarem opus utilissimum vulgaret.» Hactenus Theodori vota et iudicium[c]) exposui. Ego vero nihil adhuc in sacramentario illo conflictu legi, quod placuerit magis præcipue propter ordinem negotii præclarum, ob eruditionem multiiugam, piam et incomparabilem, denique ob sanctam illam simplicitatem et copiam necessariam, præterea et vetustatem puram, avitam, apostolicam. Precor itaque, ut primo quoque tempore vulges opus sanctissimum. Quid vero, si regi Anglorum serenissimo libros dedicares? Ego propediem istos tibi remittam, ut recognitos tradas chalcotypo[e]). In posterioribus tribus non video, quid mutare possis; meliora certe non dabis, nec est in tribus prioribus quicquam, quod tantopere videatur mutandum. Nosti, opinor, 4 libros epistolarum Ioannis Oecolampadii et Huldrici Zvinglii Basileæ excu-

sos esse, vitas quoque illorum una cum purgatione doctrinæ ipsorum per Bibliandrum, ubi hic quoque eucharistiæ negotium docte tractat. De Cæsare, Gallo et pontifice si quid scripseris, rem feceris longe gratissimam. Quantas vero gratias possum, ago tibi, vir observande et doctissime, quod tandem istorum mihi librorum feceris copiam. Mihi crede, nihil obtigit iucundius unquam. Valebis diutissime. Salvum te vult Bibliander, Utingerus, Binderus. Tiguri, 21. Maii, anno 1536.

H(einricus) Bullingerus tuus.

Præstantissimo viro D. Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli, domino plurimum observando.

a) „consyd-". — b) „fœl-". — c) „t" für „c". — d) „exp-". — e) „calc-".

¹) Vgl. oben, Brief 730.

IV 36.

892.

Benedict Burgauer[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1536. Juni 26.

Sein Gegner Erasmus (Ritter) und Burgauer selbst sind beide abgesetzt worden. Erasmus ist nach Bern abgereist, und Burgauer bittet Vadian, ihm wo möglich eine Anstellung zu verschaffen.

Gratiam et pacem a domino. Prudentissime ac doctissime Vadiane, nec te latere arbitror tragœdiam[a)], quam hisce[b)] diebus commovit Erasmus, qui collega fuit in ministerio, coram magistratu nostro, qui novum dissidium immerito meo maximo excitavit; quam ob rem permoti et utrumque a sua functione ac ministerio deordinarunt. Ipse Bernam 26. Iunii perrexit. Ego liber ab officio et functione, etsi munere contionandi adhuc fungar. Putabam ex Basiliensibus articulis omnia, quæ contentionem[c)] concitare possent, sublata. Sathan, qui omnia confusa ac perturbata reddat, nihil intentatum relinquit. Is effecit, quæ cum summo scandalo et ecclesiarum offensione hic peraguntur. Fui hisce[b)] diebus Tubingæ cum Blaurero; at condicionem[c)] non habet, quæ mihi acceptanda sit. Incidit in animum amor patriæ ac natalis soli, ubi pauciori pretio multo labores in vinea domini subire vellem, considerans, quæ me olim in conscientia suspenderunt per varias illustrationes sublata. Te oro per quicquid est divinum ac humanum ac ob prædecessorum nostrorum sinceram amicitiam[d)]: si tecum aut alibi condicionem[c)] subordinare posses aut alias mihi conductibilem[e)] scires, quantocius efficias, assequi aliam functionem[f)] queam, quæ (!) mihi, coniugi ac liberis acceptandam pro tua

prudentia[d] duceres, et sine mora proxima septimana per Frickium ex Arbona aut per alios frumentarios, si quis modo vacat, rescribas. Habeto me commendatum. Offeruntur ministeria, sed non lubet acceptare. Quæ me in tuis agere desiderares, pro me loqui aut scribere, oro, ne impiger sis, aut si ad te veniendum suaseris, parebo. Saluta nomine meo coniugem tuam honestissimam. Aeque scribam consuli Ambrosio Schlumpf, qui mecum educatus coetaneusque exstat[g]. Vale in domino et Benedicti tui sis memor. Ex Scaphusia, 26. Iunii, anno 36.

B(enedictus) Burgower tuus.

Hæc in aurem tibi sint dicta; fac ne multi resciant, quæ in contemptum vergere possent.

Prudentissimo ac doctissimo viro Ioachimo Vadiano, doctori et consuli apud Sangallenses, domino et amico suo colendissimo.
Herr burgermaister von Wat zů S. Gallen.

a) „traged-". — b) „hiisce". — c) „-cionem". — d) „c" für „t". — e) „conducc-". — f) „funcc-". — g) „ext-". — Durchgehends „e" für „æ", „c" und „t" sind nicht mit Sicherheit von einander zu unterscheiden.

1) Vgl. I, Brief 22.

893. IV 40.

Konrad Pellican[1]) an Vadian.

Zürich. 1536. Juli 7.

Bericht über seine Reise nach Strassburg und seine Besprechungen mit Capito, Bucer und Zwick, welche ihrerseits in Frankfurt mit den süddeutschen Prädicanten und in Wittenberg mit den dortigen Führern über die Abendmahlslehre verhandelt hatten. Am 2. Juli nach Zürich zurückgekehrt, fand er die ihm gewidmete Schrift Vadians vor, mit deren Druck Christoph Froschauer eben beginnt. Über die Beigabe eines hebräischen Tetrastichon des Sebastian Kunz.

Salutem in domino. Argentinam veni 16. Iunii; sequenti die Sabbato redierunt Capito et Bucerus cum D. Zvikio salvi, nisi quod Zvikius alvi solutione[a] a diebus multis laborabat. Convenerant Frankfordiam prædicatores ecclesiarum Augustanæ, Ulmensis, Memmingensis, Eslingensis, Rutlingensis, Fürfeldensis; pariter autem et cum Franckfordensibus Isnacum pervenientes neminem invenerunt. Quando et de negotio[a] toto illic nihil audierant in Isnaco, progressi *igitur* sunt pariter Wittembergam, ubi contulerunt cum præsentibus Luthero, Iona, Pomerano, Melanchtone, cum tribus aliis, tantum de causa eucharistię, in qua satis concordare eos contigit quoad sensum nostrarum ecclesiarum, quanquam verbis suis utantur: corpus Christi

adesse, exhi*be*ri et sumi vere et substantialiter, negare transsubstantiationem et localem inclusionem in pane aut durabilem coniunctionem extra usum sacramenti, concessa unione tantum sacramentali etc. Aegre[b] tulerunt præfationem[a] Theodori quoad verba quædam[c], quibus visi sunt irritati vel paululum perstricti, quanquam substantiam dogmatis in eadem probarint. Quia vero pauci convenerant, non confirmaverunt concordiam, quam ad alios quoque referre volebant. Ascensionis die Lutherus prædicavit, multa debilitate corporis afflictus, ut vix sermonem perficeret. Sequente Dominica Bucerus ibidem contionem[a] habuit de eucharistiæ[c] negotio[a], ea forma loquendi, quæ placuerit Wittenbergensibus omnibus et nostris non displicuerit. Sic mihi retulit Zvikius. Is ipse nondum plene exoneratus profluvio[d] Argentinæ[c] remansit, me post 8. diem recedente, cuius et equus nonnihil damni ad moram contrahendam inciderat.

Rediens autem ego ad 2. Iulii Tygurum inveni lucubrationes tuas mihi inscriptas, de quo vehementer miratus sum, consilium tuum satis æstimare[c] non valens, quando voluissem, tam eximium opus, tantam eruditionem[a] complectens et tantę frugis et concordiæ[c] partes allaturum, Cæsari vel universæ[c] ecclesiæ[c] doctis inscribendum. Statim legere ex principio cœpi[e] diligenter, et quædam mutata deprehendens in melius, processi legens continuo usque in 6. librum, quem me legentem interrupit ammanus Vogler, pollicitus præsentem nuntium[a], quo tibi vel breviter de actis scriberem suspenso. Alia autem nova non habeo, quæ[c] transscribam, et hæc[c] denique tumultuarie scripta oro boni consulas, certiora[a] enim et absolutiora non potui. Hodie accingitur ad opus imprimendum tuum Christoforus, initio sumpto ex primo libro, præfatione[c] dilata in operis complementum, cui, si dominus voluerit, indiculum apponam, si tibi placuerit. Prolixior esse non potui, sed nec diligentior in dictando. Vale cum fratribus piis omnibus. Sebastianus Consus tetrasticon Hebraicum mihi apprimendum operi tuo transmisit, de quo nondum statui, si cum honore suo et tuo præmitti possit. Curiositatis et ostentationis[f] notam prætendere videtur magis quam profectus alicuius. Studium hominis commendo in homine docto, cuius tamen simplicitatem in hoc instituto prostitui nolim irrisoribus. Semper bene in Christo valeas, vir clarissimę pietatis et eruditionis. Spero et certus sum maximam frugem illaturum ecclesiæ[c] insigne opus tuum et a nemine pio ac docto non maxime

commendandum et profuturum ecclesiasticæ[c] concordiæ[c]. Tiguri, 7. Iulii 1536.

Tuus totus *Conradus Pellicanus.*

D. Ioachimo Vadiano, clarissimo viro. Sangalli.

a) „c“ für „t“. — b) „egre“. — c) „e“ für „æ“. — d) „profluio“. — e) „cępi“. — f) „-cionis“.

1) Vgl. oben, Brief 714.

894. IV 43.

Sebastian Grübel[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1536. Juli 18.

Wahl von Heinrich Lingy in Brugg und Simpert (Vogt) in Biel zu Prädicanten in Schaffhausen. Kirchliche Anordnungen daselbst. Besuch von Johannes Zwick in Schaffhausen auf seiner Rückreise von Eisenach (beziehungsweise Wittenberg). Pellicans Lob der Aphorismen und Bitte um deren Zusendung.

Salutem. Lieber herr und vetter, ich hab uch nechst mall alles handels, zwuschet herr Benedicten und minem bruder und herren Erasmo ergangen, bericht. Hatt uns also der herr gott mit zwayen menner wider versehen, namlich Hanricho Lingy, predicant zů Brugg, und Zimperto, predicanten zů Biel; wiewoll sy sich treffenlich gewert, doch aller artickell veraingt, so witt und mine herren das ain iren kilchen vermügend; als dan ain oberkait von Bern herr Hanrich Lingin von bitt wegen miner herren schon nachgelassen, in hoffnung, die von Biel, unßere kilchen betrachtende, sich nit werdent wideren; dan schon ain anderer glerter ain sin statt gen Biell vorhanden. Doch habend sy die stend nit wellen annemen un vorbehaltung ettlicher artickel, die kilchen betreffende, die ich uch in mittler zitt wird zůsenden. Und damit anikait under uns gepflantzt, so habend mine herren uns all dry angenomen als predicanten, und söllend die kilchen gemainlich mit ainandren versehen, die predigen umb ainandren, ouch die sacramenten, als touff und herren abendmall, und das in ainer (nit wie vormalls) kilchen bruchen, und uns ouch allen dryen ain gemaine besoldung bestimpt, namlich 2 fůder win, 17 mütt kernen, 1 malter haber, 80 fl. bargelt, damit kainer dem andren nünt uffhabe, wie vormals beschehen. Bin also nit mer Benedict Burgowers helffer, wie er erdicht von mir ußgeben und geschriben hatt. Er hatt sich gewendt in all winckel, ee er habe wellen schaiden. Also hatt man im hutt 20 fl. geschenckt, damit (man) sines giliß abkumme. Will also morn mit wib und kind und hußratt gen Lindow. Doctor

Hans Zwick von Costentz ist die tag hie xin, kompt den nechsten von Ysnach, doch by 4 wuchen ze Straßburg xin. Hab mit im geredt; er aber mir den handel nit ainzaigt. Doch so sige nünt gehandlet, den de baptismo et cena[a] dominica, und nünt beschlossen, als ain ainhinderybringen, sich aber darby lassen mercken: mügend wir sine arden der reden dulden, so sigend wir ains; doch mir zůgesait, wie bald er siner kilchen, deren xanter er xin, den handel eroffne, welle er mir die artickel zůschicken. Darumb, werdent sy uch vor mir, als ich woll achten, so schickend mirß zů. Pellicanus hatt üwer edition treffenlich gerümpt, das es als noch kindenwerck gewessen; des wir von hertzen begerend und erwartend. Datum Schaffhusię, Zinstag vor Magdalene 36.

Sebastianus Grubelius.

Dem fromen, ersamenn, wissen doctor Joachim von Watt, altburgermaister zů Sant Gallen, minem lieben herren und vetter zů handen.

a) „cęna".

1) Vgl. oben, Brief 704.

Staats-A. Zürich E. II, 342. 56.

895.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1536. Juli 22.

Berichtet über die Aufnahme eines Mönchs von St. Gallen, der den Loskauf des Toggenburgs rückgängig machen sollte. Basel und Zürich gegen Kriege, Bündnisse und Pensionen. Die Wittenberger Concordie.

Gnad und frid vonn gott. Was der münch von S. Gallen vor den 4 orten fürtragen, ist üch unverborgen. Er begärt den kouff, den Doggenburgernn gäben, zů vernüten. By unß ist er nitt werd xin; diewyl aber der zweyen orten radtsbotten by im xin, hatt man lüt zů inen verordnet und inen den wyn geschenckt, vonn und in radt beleydt; sust aber nienan hin gefůrt, nienan uff gheiner stuben geschenckt noch besonder gesellschafft geleystet. Min h(er) Röyst was zů im bescheyden; aber nie hatt er zů im gewöllen, dann er wenig gunsts zuo im und sinen pfaffenknächten treyt. Ghein entliche antwurt ist im worden, dann man werde ouch andere verhören, die in der sach zů handlen. Mitt sömlicher angehenckter antwurt habend sy in abgefertigt. Der münch ist wol gefůtert, feyst und starck; acht wol S. Benedicten regel thůge im nüt wee. Von gottes genad ist by unß ghein schwanckenn im glouben. Der fürtrag miner

h(erren) von Zürych und Basel ist gelich, trifft das kriegen, püntnussen und pensionen an, dero sich zů můssigen; dann min herren wol verston und ermässen mögind, was uß dem spyl werden (wil). Wenn aber mencklich zů krieg louffen und sich in püntnuß und gunst der fürsten wil ynwicklen, werdent sy mitt der zyt besser fůg haben, sich ouch zů versähen, wenn ioch (?) ghein warnung noch pitt nützid hilfft. Hoff zů gott, sölichs würde nitt mitt schaden des gloubens beschähen.

Video concordiæ istius duces et consultores delusos esse sua spe. Iurarunt in verba Lutheri, qui a nobis palinodiam postulavit. Subscripserunt tamen, revocationem renuerunt; sed tamen accesserunt communicantes cum eis. Retractavit Bucerus, quæ in 4 evangelia olim scripsit de eucharistia. Ea Basileam misit ad Hervagium. Plura iam non potui, festinante Widenhubero et contionis hora urgente. Vale, vir obserservande. 22. Iulii 1536.

H(einricus) Bullinger.

Præstantissimo viro D. Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli prudentissimo, suo domino colendissimo.

[1]) Vgl. oben, Brief 730.

896. III 209.

Konrad Pellican[1]) an Vadian.

(Zürich. 1536.) Juli 22.

Dank für die ehrende Erwähnung seiner Schrift in Vadians Aphorismen. Das hebräische Epigramm von Kunz. Bericht über eine Unterredung mit dem Abte wegen Förderung des wissenschaftlichen Lebens in den Klöstern und abweisende Antwort desselben.

S. Tantum abest, vir prudentissime et eruditissime, ut inscriptionem elegantis et divini operis tui ęgre feram, qui maiorem honorem nec accepi nullum in omni vita, si tantum non tam indignus essem et operis dignitati nihil eo ipso decederet; quin vel eo nomine mihi et veritati gratulatus sum, quod lucubrationibus meis in Vetus Testamentum multum auctoritatis[a]) ea addet nominis mei celebratio per te, virum tantum et talem. Faxit dei bonitas, ut omnia feliciter ubique cadant et in dei unius gloriam, ne quid unquam in carne vel modicum gloriemur, qui pro dei dispensatione regimur et in creatoris gloriam conditos nos meminisse semper debemus. De Hebraico epigrammate Consii Theodorum quoque consului, ne mihi exciderem forsan; qui suasit obmittendum. Barbara

lingua est et parum apta carminibus atque ligaturę[b], et nos Hebręa[b] nulla admiramur pręter[b] tamen sacrosancta et prophetica, quę suam habent poeticam, longe ab omni lenocinio numerorum abhorrentem; in vehementia[c] affectuum consistit, non numero syllabarum. Sed de hoc alias. Casus mihi incidit cum abbate vestro, cui dudum pro reformatione christianę[b] religionis scribere volueram. Nuper autem pręsente eo, spiritu certe non malo impulsus, solus eum adii in hospitium[c]. Admissus autem in colloquium, pręsente[b] quodam monacho Othmaro, pręfando[b] benevolentiam captabam, quod ignotus et humilis D(ominationem) s(uam) auderem interpellare; nihil intenderem nisi sanctum, utile et statui suo vere gloriosum; qui — ut fuissem diu monachus et Benedictini ordinis semper amator — dolerem, passim monasteria prisca et religiose instituta ad ecclesię profectum nunc subverti, diripi et in profanos[d] usus rapi. Id cum timerem Santogallensi monasterio celeberrimo, in quo olim viguisset eruditio et pietas vere christiana, nunc crederem inveniri posse opportunitatem[e] restituendi illius statum in primęvam[b] sanctimoniam, si resumerent studium sacrarum litterarum, unice necessarium patrię docendę[b] et regendę[b] in fide et moribus; id quod cum favore papę[b], Cęsaris et bonorum omnium posset tentari, maxime cum et hodie pontifex dicatur ordinasse, ut clerus canonicis pro horis suis nihil legant (!) pręter[b] solum veteris et novi instrumenti canonem, omnium sanctorum legendis obmissis, et lectionarium[f] duodenarium contraxisse in ternarium pro matutinali officio, unde spes esset, neminem etiam[c] episcoporum improbaturum, si in monasteriis huiusmodi reformatio cum vitę[b] innocentia[c] institueretur, quo tantum duraret priscorum institutio, pie pręsumpta ante multa sęcula; alioqui verendum propediem omnia proculcanda et in nihilum redigenda, quę sancta intentione sunt olim a sanctis ordinata. Is orationis meę status erat cum quibusdam interlocutoriis, si vellem regredi et in suo monasterio cooperari. Respondi, uxorem me habere et filios cum vocatione sancta; optare me tamen, ut monasterium suum et alia in dei gloriam et ad ecclesię[b] ędificationem[b] ordinarentur. Respondit Othmarus, hactenus se bene egisse; sufficere sibi, si iuxta regulam Benedicti vitam instituerent et observarent; instare iam concilium generale, cuius ordinationi stare vellent, et cetera quędam[b] frivola. Quibus cum responderem, breviter abruperunt unus post alium sermonem. A quibus accepta licentia me subduxi, sinens eos suis qualibuscunque negotiis involutos,

contentus didicisse utriusque ingenium; quos non continget emendari nisi calamitatibus, ubi illis ingruerint. Tunc forte memores erunt eorum, quę[b] audierant. Hęc[b] te amici noluerunt latere, ut si quid rumoris de hoc facto vulgaretur ab illis vobiscum, non ignorares, quid egissem, vel in summa. Nondum venit hora eorum; sed nec diu tardabit, spero.

Vale, doctissime Vadiane, et boni omnia consule. Cetera alii. Iulii 22.

Tuus totus *Conradus Pellicanus.*

Absolutissimo viro domino Vadiano, Sangallensium decori et glorię.

a) „aut-". — b) „e" für „ę". — c) „c" für „t". — d) „proph-". — e) „oport-". — f) Eine offenbar verschriebene Abkürzung, die eher „lectionem" gelesen würde, wenn hernach „duodenariam" und „ternariam" gelesen werden dürfte.

1) Vgl. oben, Brief 714 und Brief 893, aus dem sich das Jahresdatum für den vorstehenden Brief mit Sicherheit ergibt.

897.

XI 37.

Jakob Bedrotus[1]) an Vadian.

(Strassburg. 1536.) Juli 25.

Bitte, auf Erhaltung der Eintracht bedacht zu sein und den jungen Bibliander von scharfem Auftreten gegen Bucer abzumahnen. Der Tod des Erasmus und das Concil zu Mantua.

S. Facile divinare possum, ornatissime vir, cuius argumenti sint literæ Buceri ad te scriptæ, nec dubito, quin apud te momenti plurimum habeant; quare non est, ut cantilenam eandem recinam. Concordiæ studiosissimum te esse scio. Nihil igitur obmittes, sat scio, quod ad hanc conficiendam tandem operæ[a]) pretium[b]) aliquod sit allaturum. Quo nomine et tuum singulare studium valde commendo, qui librum hoc argumento nuper pręlo commisisse diceris; quanquam velim, illum ipsum tantisper non prodire, dum facta atque transacta fuerint omnia cum Luthero, nec cum hoc tantum, sed cum iis, qui dissensisse hactenus visi sunt. Nosti, quibus utrinque affectibus vitiati[c]) sint optimi alioquin homines et quam facile arripiant quidvis, prout quisque semel vel sua nimium admirari vel aliena damnare pertinacius in animum induxit. Atque hæc est causa, ut valde metuam, vel Lutheranos offendi iis etiam, quæ vere scribuntur, contra Zvinglianos triumphaturos sententiæ tuæ calculo, etiam si minus pro ipsis fecerit. Horum temere Minervam sus admoneo; verum tu boni consules, qui, quo animo hæc scribam, non ignoras. Summa: libellum tuum nolo patiaris in spongiam incumbi, modis enim omnibus utilem

fore nihil dubito; at velim contra bonis auspiciis eundem prodire. Audio, Bibliandrum acerbius, quam par est, in Bucerum tum invehi, tum ad amicos certos scribere de eodem tam virulente, ut, si Bucerus ipse istuc sciret, novum forsan dissidium esset suboriturum non sine multorum gravi offensione. Rogo igitur te, iuvenem pro tua tum auctoritate[d)], tum consuetudine, quæ tibi cum ipso intercedit, admonere velis, quo moderatius rem hanc agat ac Bucero potius scribat, si quid in hoc requirit. Novi, mi prçceptor, quam sint irritabilia sępe ingenia optimorum etiam, quam item ex parvula scintilla δήιον πῦρ suboriatur. Atque hæc ad te unum, neque dum enim Bucerus novit quicquam de Bibliandri stomacho. Erasmum 11. mensis huius in domino obdormiisse forsan nosti, Stapulensem item, ante semestre opinor. Nos hic satis commode agimus. Concilium Mantuæ habendum proximo Maio testatur bulla edita feriis pentecostes; eam vidisti indubie. Sed vale tandem, prçceptor ac patrone colende. Revidere literas non licuit mihi scribenti hæc sera nocte et laboranti ex oculis, cum nuntius[b)] antelucano se abiturum minaretur. Salutat te Grynęus et Gerbelius. Iacobi festo.

Bedrotus tuus.

Melanchthonem ante mensem Tibingam venturum certo asserunt.

Dem hochgeachten und weysen herren doctor Joachim von Watt, burgermeyster zů Sant Gallen, meinem gunstigen herren.

Vadiano zů Sant Gallen.

a) „e“ für „æ“. — b) „c“ für „t“. — c) „vic-“. — d) „aut-“.

1) Vgl. IV, Brief 471. — Die Notiz vom Tode des Erasmus lässt das Jahresdatum mit Sicherheit ergänzen.

IV 44.

898.

Martin Bucer[1]) an Vadian.

Strassburg. 1536. Juli 25.

Bericht über die Verhandlung in Wittenberg mit Luther und den dortigen Wortführern. Bucer bedauert, dass er die Aphorismen Vadians nicht vor der Drucklegung lesen konnte, und bittet Vadian dringend, seinerseits für die Herstellung der Einigkeit bemüht zu sein. Er klagt über den ungerechten Argwohn, dass man durch die kurze Frist die Schweizer absichtlich von der Besprechung ferngehalten habe.

Gratia et pax. Vir ornatissime, a Zviccio nostro puto te didicisse de actione nostra in Wittenpergensi conventu. Res est ingens, et nihil

a nobis datum est, quod non insit scriptis Oecolampadii. Verum eo deducta hæc disputatio est, ut plerisque ægre satisfiat. Audio te scripsisse de hoc mysterio librum doctissimum, ut tua sunt omnia. O utinam licuisset eum videre, antequam ederetur[a]! Non quod nobis censuram in tua scripta vendicare cupiamus, sed quod novimus, ubi laborent nonnulli, quibus sępe verbulo satisfieri queat, a quo tu non abhorreas, et quibus cupias omnem scrupulum exemptum. In eo iam articulo sumus, ut si nunc ecclesiis in imperio conspirantibus Helveticæ in dissensione perstent, valde verendum sit, ne omnis pugna recrudescat. Atqui certo et coram domino scio, cordatis omnibus verborum modo superesse dissidium. Contulerunt hic nobiscum Carlostadius et Grynęus et parati[b] discedent; sed iudicant et ipsi necessarium, ut caussa hæc graviter excutiatur in primariis ecclesiis vestris, præsentibus omnibus primoribus ex ministris verbi et magistratibus. Tu semper ecclesiarum concordiam promovere studuisti. Oramus te, adsis hic nobis. O, si adfuisses in nostro conventu, vidisses nos caussam vestrarum ecclesiarum bona fide agere et[c] veræ concordiæ illos esse sitientissimos; quo magis me excruciant[d] quorundam intempestivæ, ne dicam impiæ suspiciones[e], quasi vero data opera tam breve illis spatium[f] datum sit itineri se accingendi, ne venire possent. Laboraverat Lutherus graviter, detinuerat eum Anglicana legatio; interim tempus elapsum est. Vocavit itaque ad 4. Dominicam a pascha; non convenisset ipsum paschæ tempus. Literæ eius datæ fuerunt die annuntiationis[g]; sed culpa tabellarii sero mihi redditæ sunt et agenti Augustæ. Sic extractum tempus est. Attamen si, quod Basileæ oraveramus, constituissent vestri in tempore de mittendis ad hunc conventum, immo[h] si soli Tigurini fratres exorari potuissent, ut audire nos sustinuissent in tempore — nam circa Nicolai superiori anno de conventu nostro cum Luthero consensum est —, satis et vestris spatii[f] fuisset ad conventum Wittenpergensem veniendi. Putavit Lutherus, a nobis ad paschæ tempus parata omnia, idque temporis Basileæ[i] indicavimus. Sed indubie tua sinceritas[k] istis iniquissimis suspicionibus nihil indulget. Certe quidam, dum prudentiam putarant omnia in deteriorem partem rapiendi, sibi et aliis magnum malum dederunt. Tuam prudentiam et pietatem oro, iuvet nos, ut ecclesiæ sibi plene in domino conspirent; id quod iam dominus dedit, si vestræ modo non obstent. Christus, pax nostra, adsit nobis. Capito, Carlostadius, Grynęus, Bedrotus et alii fratres tibi salu-

tem precantur et successum consiliorum, quæ indubie salutaria versas. Argentorati, XXV. Iulii MDXXXVI.

M(artinus) Bucerus, tibi deditissimus.

Clarissimo atque pientissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, consulari *sena*tori et medico *doctissimo,* patrono *suo si*ngulari.

*A*n doctor Joachim Vadian zu Sanct Gallen.

a) „æd-". — b) „pacati"? es ist an dem Wort corrigiert worden. — c) „et et". — d) „excruciat". — e) „t" für „c". — f) „c" für „t". — g) „annunci-" — h) „imo". — i) „ę" für „e". — k) „sync-".

1) Vgl. IV, Brief 506.

IV 47.

899.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1536. Juli 29.

Er stellt einen Bericht über die Einigungsverhandlung mit Luther in Aussicht und — wenn die Umstände es erlauben — seinen persönlichen Besuch in St. Gallen, wofür er sich eine einfache Aufnahme erbittet.

Salus et pax Christi.

Etiam non monitus, ornatissime vir, statueram, te de mea profectione certiorem facere adeoque de causa concordiæ cum Luthero et suis; quoniam vero nec meis hactenus rem potui enarrare, non licuit quoquam aut quidquam scribere. Ceterum[a)], ni fallor, iam die Lunæ proxima relationem facturus sum; deinde non ignorabis huius negotii rationem. Neque vero Tigurini quicquam ex me habent; quid ex Argentoratensibus, nescio. Si vacaverit, forte coram te videbo, quanquam vehementissime abhorream tam luxu plenas hospitalitates, quibus audio vos Sangallenses excipere hospites. Familiariter tractare amicos caret offendiculo et tractationi rerum ecclesiasticarum commodissimum est. Interim ora deum, ne per imprudentiam noceamus alioqui satis periculoso negotio. Hæc paucis ad tuas; ego non obliviscar petitionis tuæ. Vale. 29. Iulii 1536.

E pectore tuus *Ioannes Zvick.*

Clarissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, ornatissimæ reipublicæ Sangallensis consuli, domino suo colendissimo.

a) „cæt-".

1) Vgl. II, Brief 152.

900. IV 50.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

Zürich. 1536. August 6.

Er berichtet, dass er die Aphorismen nicht, wie Vadian gewünscht, nach Strassburg habe schicken können, weil das Buch noch nicht fertig sei; übrigens könne die Schrift der Einigkeit nicht schaden, wenn diese aufrichtig gemeint sei. Er befürchtet, dass Luthers Meinung ihnen von Bucer mit oder ohne Absicht nicht richtig angegeben werde, da es sonst nicht nötig wäre, die Basler Übereinkunft abzuändern. Die angebliche Zustimmung des Kaisers zu dem Artikel über das Abendmahl sei Argwohn erregend. Er anerkenne die Basler Confession, die Lehrmeinung Augustins und die Schriften Zwinglis, Oecolampads und Vadians; die körperliche Gegenwart Christi im Abendmahl lehne er ab.

Gratiam et pacem a domino. Petisti, Vadiane doctissime, exemplum Aphorismorum committerem Frisio nostro, quod Argentoratum primo quoque tempore perferendum curet; verum, cum liber nondum absolutus sit, vacuum dimisi. Deinde si eiusmodi est concordia, quam illi moliuntur, ut sanctus ille, (veritatem dico, non adulor) pius, eruditus et summa conscriptus modestia liber illam turbare queat, inconsultum plane et te indignum mehercle videtur tantillum mutare in illo. Nam non potest dici solida et sancta concordia, cui nocere possunt solida et sancta scripta; perversam et lubricam esse necesse est, ut libere, quod sentio, dicam. Igitur non hominum, sed veritatis ratio habenda erit. Tam plane, tam vere, tam modeste, quæcunque de hoc negotio dici possunt, exposuisti, ut nemo nisi vexator aliquis quicquam in illo desideraverit[a]). At ego istius nullam existimo habendam esse rationem. Mundus certe iam annis aliquot sapere cœpit nec tam obesæ naris est, quin protinus clarum ab obscuro, falsum a vero, genuinum a suppositicio[b]) discernat et verum clarumque recipiat, falsum et obscurum repudiet. Proinde oportet, Vadiane mi, veritatem proferre in lucem clare; id quod libro illo tuo fecisti, quem omnes probi et docti probabunt, scio, licet Luthero et Bucero probetur minus, si modo eo venerint dementiæ[c]). Tu vides multos data opera et, quia hactenus progressi sunt, metu quodam et propter homines quosdam ea, quæ exposita sunt, involvere, his autem indignari bonos omnes, mussitare[d]) nescio quid malos, gaudere in sinu et faustum exspectatumque[e]) opperiri[f]) finem. Necesse igitur est, hos spe illa sua excutere et plane reprimere — id quod tum fiet, cum intellexerint, nos iustam, bonam et claram causam non deserturos —, illos vero confirmare in vero, liberare metu et retinere in officio[b]), ne, dum contentiosos et præfracte aberrantes

lucrari cupimus, simul et operam et impensam ludamus amittamusque eos, quos maximis sudoribus hactenus fecimus nostros. Ego sane ut si unquam, nunc maxime puto nobis opus esse constantia et ut nostri per omnia in doctrina similes nihil admittamus obscuri, dubii et quod in utramque partem abstrahi possit. — Præterea mitto per hunc, quæ Argentorati inter fratres acta sunt. Quodsi ea est Lutheri sententia, quam Bucerus esse ait, liber tuus concordiam stabiliet; si vero turbabit iam Bucerus, vel non intelligit Lutherum vel falsa nobis narrat aliumque Wittembergensibus articulis indit sensum, quam Lutherus agnoscat; quamvis illa quoque expositio per omnia non placeat nostris: Leoni, Pellicano, Bibliandro, mihi et reliquis. Obscure enim narrantur omnia atque ita, ut adversarii quoque singula pro se exponere possint. Imprimis autem offendit illud, quod Bucerus ait, Lutherum nihil postulare a nobis, nisi quod prius scripserit Oecolampadius; quasi vero in Basileiensi confessione hoc ipsum non simus professi. Si vero probat hanc, quid opus est novis articulis? Proinde non satisfecimus confessione Basileiensi. Præterea, si placet Oecolampadii sententia, cur a Bucero revocationem petiit Lutherus, idque propter epistolare? An non in hoc ipso ultimus ille Oecolampadii exstat[g] dialogus, quem isti iam non semel in expositione articulorum citant? Hæc me, Vadiane mi, sollicitum et plane perplexum efficiunt, ut misere metuam, ali in hac compositione monstrum agique lubrice nobiscum, immo[h] Lutherum longe aliud sentire, quam isti ipsum sentire aiunt. Quid enim multis erat opus, si negotium tam est planum, quam videri volunt? Cur non planis edicunt verbis, an Lutherus Basileiensem ferre possit confessionem? Quid opus est articulis novis? Prius sancta fide pollicebantur, confessionem Basileiensem doctis satisfacturam; nunc vero neglecta ea proferuntur nova, et denuo de novo consultatur conventu. Et quis tandem finis conventuum, confessionum, conscriptionum, articulorum et subscriptionum? Scio nec fallor: ubi subscripserimus confessioni et apologiæ Saxonicę. Das ist äben die schön brut, die man also verbutzt und umb die man mitt so hofflichen tritten dantzt. Planis namque verbis in fine articulorum scribunt: cum profiteantur OMNES, se iuxta confessionem et apologiam principum evangelium profitentium IN OMNIBUS ARTICULIS sentire et docere velle etc. Ceterum[i] in apologia articuli 10 iactitant, Cæsaream Maiestatem nihil improbare in articulo eucharistiæ. Coniice autem, qualis

sit is articulus, in quo nihil desiderant Cæsaris monachi et theologi. Deinde palam fatentur eo loci, se receptam hactenus opinionem tueri. Quodsi mihi non credis, lege apologiam art. 10 et videbis, istos asserere corporalem Christi in pane præsentiam. Non possum igitur non metuere periculum et de quibusdam suspicari, quod in discrimen nos abducere cogitent. Cedam ego non his tantum, sed omnibus, quantum potero; interim de vero, æquo et bono nemini vel tantillum largiar, obscuri recipiam nihil, conventum posthac ægre[k] adibo ullum. Quo enim convenitur plus, hoc a vero et simplicitate pura receditur longius. Ego præscriptis divinis adhærebo, confessionem Basileiensem, Augustini super hac re sententiam, Zvinglii, Oecolampadii et Vadiani scripta agnoscam; corporalem Christi præsentiam, quam confessio Saxonica fatetur, numquam agnoscam, receptam hactenus de præsentia Christi opinionem exsecrabor[l], quoad spiritus hos regerit artus. Hæc ad te dare volui, fratrem et dominum mihi longe charissimum. Tu pro fratris officio[b], sicubi erravero aut sensero præfractius, monebis libere et valebis. Tiguri, 6. Augusti 1536.

H(einricus) Bullingerus tuus.

D. Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli prudentissimo dom*ino* suo obser*vando*.

a) „desyd-". — b) „t" für „c". — c) „daem-". — d) „musc-". — e) „exp-". — f) „oper-". — g) „ext-". — h) „imo". — i) „cæt-". — k) „egre". — l) „execr-".

1) Vgl. oben, Brief 730.

901. IV 51.

Decan und Capitel zu Tunstetten[1]) an Vadian.

(Tunstetten.) 1536. August 8.

Empfehlung des Christian Schuhmacher.

Ersammer, fürsichtiger, wyser, wolgelerter, günstiger lieber herr, unser früntlich grůß unnd was wir eeren, liebs und gůtz vermöchten, allzytt zůvor. Es ist vor unns in unserem capitel erschinen Christen Schůmacher, der üwer, zeiger diß brieffs; hatt unns ettwas sines anligens anzöugt und zů erkennen geben, alls er dann ü(wer) W(ishait) selbs entdecken wird, unnd unns demnach an Ü. W. umb fürgschrifft gebetten und angerůfft, deren wir im alls eim gůtten, frommen brůder (darfür wir inn achten) sunderlich gůttwillig geneigt sind. Langt deßhalb an Ü. W. unser demůttig, ernstlich und früntlich pitt und begär, ir wellent den

gûtten mann sins anligens gûtticklich verhören unnd in dem, so er an Ü. W. und sine herren und obren bringen wird, behulffen und beraten sin, damit und er gnädigklich gehallten werde, unnd inne dermassen bevolhen haben, das er befinde, im diß unser fürgschrifft wol erschossen sin, alls wir deß zû Ü. W. ein sunder gûtt vertruwen haben. Wo wir dann semlichs in derglychen fälen und merem umb Ü. W. und die üweren verdienen könden, wären wir allzytt gûttwillig geneigt. Datum VIII. Augusti[a], anno etc. XXXVI.

Üwer allzytt gûttwilliger däckan und capitell
zû *Tunstetten,* in *Bernner* herligkheitt.

Dem ersammen, fürsichtigen, wysenn unnd wolgelerttenn doctor Joachim Watt, burgermeister zû Sannt Gallenn, unserem günstigen lieben herrenn.

a) „Augustii".

[1]) Einziges, in unserer Sammlung liegendes Schreiben von Decan und Capitel des Johanniterhauses Tunstetten.

IV 54.

902.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

(Lindau.) 1536. August 12.

Dank für die übersandten Briefe Vadians, Bullingers und Ammanns. Er erwartet einen mündlichen Bericht Zwicks über die Verhandlung mit Luther. Er hat erfahren, dass der Rat in Basel Grynæus und Karlstadt nach Strassburg abgeschickt habe, um sich über die Verhandlungen mit Luther berichten zu lassen, und hofft nach einem Schreiben des Bedrotus auf einen guten Ausgang der Besprechung. Bitte, ihm die Aphorismen zu schicken.

Pax domini Iesu tecum. Accepi, observandissime doctor, litteras tuas desideratissimas et his[a] Bullingeri et Ammanii inclusas. Gratias ago Humanitati tuæ quas possum maximas, quod toties[b] michi scribere digneris. Scriberem et ipse sæpius, si quid scitu dignum haberem. Nonnichil perturbatus eram, dum in tuis legerem, quæ rumore publico de conventu nostrorum cum Luthero perceperas. D. Zwickius pollicetur, se meliora nobis narraturum, qui et hodie nondum de negotio hoc me certiorem reddidit. Tentabo diligenter, ut a senatu nostro vocatus huc veniat, coram nobis omnia expositurus, nec quicquam ab aliis vicinis fratribus de hac re percepi, ut et hoc silentium michi malam excitarit suspicionem[c], cum de rebus aliis sæpius soleant ad me scribere. Butzerus ipse et Bedrottus omnia in Zwickium referebant, cui commissum sit et ab ipsis, ut michi exponat. Audio præterea Grynæum et Carolo-

stadium a senatu Basiliensi Argentinam missos, uti, quid actum sit cum Luthero, percipiant, quibuscum fratres Argentinenses iam in alteram septimanam conferunt. Bedrottus scribit, se colloquio interfuisse et spe bona duci, et ipsos consensuros in hanc concordiam. Dominus deus noster, ad quem totum hoc negotium pertinet, dirigat omnia in sui nominis gloriam et ecclesiarum ædificationem. Vale, observandissime doctor. Si quid post perscrutatus[d] fuero, diligenter scribam. Exemplar scripti tui obsecro[e] de eucharistia[f] velis michi mittere, quod animo grato solvam. Vale iterum felicissime. 12. Augusti, anno 36.

Thomas Gasnerus, ecclesiæ *Lindaviensis* minister,
deditissimus tuus.

Ornatissimo viro doctori Ioachimo Vadiano, præsuli Sa*ntgall*ensium prudenti*ssimo, domino* suo obser*vando.*

a) „hiis". — b) „tocies". — c) „t" für „c". — d) „perscrutus". — e) „obsescro". — f) „eucar-". — Durchgehends „e" für „æ".

[1]) Vgl. IV, Brief 484.

903. IV 56.

Ammann Hans Vogler[1]) an Vadian.

Appenzell. 1536. August 16.

Sein Handel mit den Oberrietern. Der Abendmahlstreit. Angebot des neuen Weins.

Hochgelerter, wyser min herr, üch zůvor mine armen dienst mitt danckparkait für und für aller lieby, mir, wib und kinden bewisen; der herr wels vergelten. Wissend, das ich alhie zů Appenzell by m(inen) g(nädigen) h(erren) den botten ligen, ursach herußkomen dess spans entzwüschen den Oberrietern und mir, welches von den acht ortten ernstlich befolt. Die botten werden darum uff Fritag sampt dem landtvogt im Rintal[a]) an das Oberiet ritten, für die gmaind zů handlen, der hofnug zů gott, zů end bracht; so sy daselpst gerech, mir gesagt, sy demnach für Sant Gallen umhe. Die botten sind: maister Kaspar, Ůlrich Sebach, seckelmaister Wichsler von Glaris. Ich acht och, ir tragen gůt wissen der zwüschenhandlung dess aman Ysenhůtz; ittem zwüschen dem apt und Apenzell etc., das der tagen hie ghandlet wirt etc. Doch möcht sich zůtragen, wenn sy vor rat hie nit erlangten nach ir befelch, würden sy, glob ich, für gmaind dringen; so můsten sy uß dem Oberiet wider har, das sy dann fillicht nit grad für S. Galle(n) uff Sampstag komen. Witer lass

ich üch wissen, das min vetter her Hans mit uns har komen. So fil erworben, das im erlopt ist vom vogt in das Rintal, das sin selb inzeschlagen, frowen ins schiff zů setzen. Der ist dussen. Glob, er werd von ietz Fritag über acht tag by üch sin oder vor; gat im fast wol. Er pringt mir ain botschaft, dess ich wenig verhoft, och mich erkenn, der cantzly halb dess fürsten, der gfragt, ob ich ain wenig wälsch könne etc.; das ich gar nit kan etc. — Ittem, üwer kranckhait was mir laid. Doch da ich von Zürich můst, was ich dester lieber fertig, das ir nit komend, wiewol mengklich fil fröd und ich liden möcht, das ir da wärnn. Fillicht komentz zů üch, damit ir als ain schidman, wie bishar, dess sacramentz halb wachetend mitt gepett, damit kain pitter wurtzel uffstunde, als ich hoffen; darin Bulli(n)ger (?) üch ger(n) ghept. Ich hor, Baßler, die botten sampt Grineo, Miconius, werden gen Bern och ritten. — Demnach, min her, bitt ich üch um rat und dienst, namlich dess wins halb, so miner frowen wirt dis jar; als ich hoff gute gewächst. Ob ir, wie ir vor etwan geton, etwas geltz an win legen, welt ich üch petten und gonnen haben, von mir zů nemenn, den üch min frow im herpst trüwlichen zůstellen[b], oder ob ir nit weltend, ob ir etlich wistend, die koffen welten; dann ich globe, das er werden werde gůt; der loff och an üch. Ich bin der waid nitt glegen; ich welt sunst wol koflut finden. Und ob ir fil oder wenig welten, solt üch min besten gwächsch warlich werden. Und was ir üch bedächten, so fil üch disser zit muglich, wellend mich by zöger, minem vettern, alher bricht(en) und mir, wie gly sagt, helffen weg sůchen, mir hierin gunst bewisen, wie min getruwen und alweg beschechen. Wo ich üch mit minen (?) diensten verglichen[c], bin ich berait. Zůdem mitt grůs üwer lieb husfrowen, tochter, magt, sampt der schwöster, beden Othmarn, all hernn gsellen. Actum Apenzell, den 16. tag Augusti[d], a°. 36 jar.

Ü(wer) williger *Hans Vogler*.

An min hernn und günner Jochim von Wadt, doctor.

a) „uff Fritag“ irrtümlich wiederholt. — b) „wirt“ ausgefallen? — c) „könt“ ausgefallen? — d) „Augustii“, bezw. „Augusty“.

1) Vgl. oben, Brief 666. — S. auch Eidg. Absch. IV, 1, c, S. 739, z, und Nr. 455, S. 743 f.

904. IV 57.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1536. August 16.

Beunruhigung über Vadians wankende Gesundheit. Bericht über eine Besprechung mit Myconius und Grynæus. Äusserung des Rats und der Zweihundert über die Wittenberger Artikel. Vadians Aphorismen. Bitte um politische Nachrichten und um ausführliche Antwort auf eine Frage über den Leib Christi im Abendmahl.

Gratiam et pacem a domino. Reddita est mihi epistola tua, vir charissime, quam summa certe cum exspectatione[a)] recepi, ut tua mihi omnia sunt longe charissima. Unum vehementer obturbavit, quod audirem, rectam tuam periclitari valetudinem. Faxit dominus, ut brevi viribus restituaris per dominum. Cum autem tuæ mihi redderentur literæ, simul advenerant D. Oswaldus Myconius et Simon Grynæus, ecclesiarum decus. Dolebant isti vicem tuam vehementer et quod colloquio interesse non licebat. — At quæ inter nos acta sint, brevibus accipe. Summa cum humanitate contulimus cum viris et disertissimis et piissimis, idque biduo. Prælegebant isti nobis explanationem Argentoratensium, Capitonis et Buceri, quam hic Myconii manibus descriptam mitto. Quæ in illa offenderunt, obiecimus tandemque in hanc consensimus sententiam, quam descriptam hic quoque mitto. — Ceterum[b)] cum senatui et diacosiis, quid egissemus et in quo consensissemus, prolixe exposuissem, simul et schedam, cuius apographum iam mittere diximus[c)], in qua summa rerum continebatur, exhibuissem, in hanc prope sententiam respondit:

Die artickel zů Wittemberg gstellt lassind min herren sin, wie sy syend; sy wöllind iro aber nitt: 2. Der ußlegung halb D. Capiton(i)s und Buceri hättend sy ghein besunderbare beschwerd, wiewol sy die ouch so bloß nitt annämind. Sy besorgend aber, D. Martin Luther möchte vilicht den verstand nitt erkennen. So man in dann ietzund also annäme, käme man in spott und schand. Dorumb wöllind min herren ane die andern stett gar ghein antwurt gäben. Sy wöllind wol die meynung, wie die an unß gelangt, gen Schaffhusen und Sangallen schryben; so mögind sy, die Basilienses, gen Bern faren und da wie hie Zürych handlen. Wenn man dann die meynungen möchte zamen bringen, wurde es vilicht ein tag gäben, uff dem man gmeinlich mitt einandren handlete. Und wir, die predicanten, söllend nitt underschryben, aber wol inen die

gschrifft so gstellt und dem radt überantwurt gäben, das sy die zû Bernn zeygen mögind etc. De his hactenus.

De libro tuo non est, ut sis anxius. Si enim hæc est mens Lutheri, quam Argentoratenses esse aiunt, stabiliet opus tuum concordiam; si non est, præstat veritatem prodire in lucem. Si quid habes de bello Gallico et Belgico, scribe, obsecro, et vale. 16. Augusti 1536.

Ad hanc quæstionem diligenter, si vacat, responde, obsecro, prolixe etiam; rem utilem et mihi gratissimam facies:

An corpus Christi propter coniunctionem cum verbo inseparabilem sumat sibi alienas a corpore condiciones[d])?

(Adresse fehlt.)

a) „exp-". — b) „Cæt-". — c) „cuius—diximus" am Rande nachgetragen. — d) „t" für „c".

[1]) Vgl. oben, Brief 730. — Die Antwort Vadians auf die am Schlusse des Briefes gestellte Frage erfolgte durch seine von Bullinger zwei Jahre später in den Druck gegebene «Orthodoxa et erudita Epistola etc.»

IV 58.

905.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1536. August 17.

Bitte um Bericht, was von Strassburg, Basel oder Zürich über die Einigung und die Verhandlungen mit Luther geschrieben worden sei. Warnung vor einer Spaltung unter den Schweizern und vor leidenschaftlichem Vorgehen. Er stellt in Abrede, dass die Abendmahlslehre der Wittenberger Concordie mit der Auffassung der Schweizer im Widerspruch stehe.

Salus et pax Christi.

Ad proximam hebdomadam[a]), ornatissime vir, potes me uno verbo certiorem facere, quid ad te vel Argentoratenses vel Basilienses aut etiam Tigurini ad te perscripserint de causa concordiæ et negotio apud Lutherum acto; si nihil habes ex illis, ego te non diutius vana spe lactabo. Per Gebentingerum potest mihi dari responsum. Audio autem Grynæum[b]) cum Carolstadio fuisse Argentorati, deinde fratres quosdam a Basilea profectos Tygurum, ubi hoc negotium tractetur coram senatu. Bernates intelligo ad rem tardiores esse. Duo vero sunt metuenda etiam tibi et nobis omnibus: primum ne quod dissidium inter vos ipsos nascatur; deinde ne per affectus aut imprudentiam non detis, quod tamen veritate salva dari potest. Et quod negotium eucharistiæ adtinet, nihil est nobis revocandum; ad apologiam et confessionem omnia referenda. Nulla transubstantiatio ponitur, nulla impanatio, nulla unio

neque realis neque personalis neque naturalis neque corporis cum pane, nulla plane quam sacramentalis, quæ[b] et ipsa extra usum cena[c] tota negatur. Omnes difficiliores vel intricatiores modi loquendi tantum sunt propter sacramentalem (et nullam aliam) unionem. Nulla præsentia statuitur, quam quia Christus deus et homo vere agit in nobis et in cena[d] igitur est præsens. Nulla præsentia statuitur, quam quę sit salvo eo, quod Christus sit in uno cęli loco circumscriptive. Nulla præsentia ponitur, quę non sit salva veritate humanitatis. Verbum «substantiale» excludit fictam præsentiam et imaginariam tantum. Impii, qui non sunt de ecclesia neque quicquam credunt verbis et institutionibus Christi, illi nihil habent in cena[d] quam panem et vinum. Qui de ecclesia sunt et credunt institutionibus Christi, sed hoc sine vera et viva fide, quemadmodum illorum magnus est numerus, illi manducant corpus et sanguinem Christi, si institutionem Christi spectas, qui omnibus convivis statuit hac cena[d] benefacere; si vero illorum fidem spectas[e], non dicuntur manducare corpus Christi nisi sacramento tenus, sed non re vera; id quod etiam Ęcolampadius diserte voluit. Qui vera fide assident cenę[d], illi cum fructu et re vera manducant corpus etc. Hęc summatim ad te et raptim, sed alias diffusius. Valeat Humanitas tua et ora pro me. Potes autem hęc etiam Dominico, charissimo fratri, aut aliis prælegere. Non allicio quenquam ad amplexandum quicquam; tantum vellem, vos iudicium[f] non præcipitare aut iudicare in tam gravibus negotiis ex affectibus. Parce lituris. Constantiæ, 17. Augusti 1536.

Totus tuus *Ioannes Zwick.*

(Adresse fehlt.)

a) „hepd-". — b) „e" für „æ". — c) „cœna". — d) „cęna". — e) „spectat". — f) „t" für „c".

1) Vgl. II, Brief 152.

906. IV 60.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1536. August 20.

Entschuldigung seiner verspäteten Antwort. Anklage gegen Georg (Beli). Politische Nachrichten aus Italien. Tumult in Bünden.

Gratiam[a] et pacem per dominum nostrum Iesum Christum. Epistolæ Humanitatis tuæ in novissimis nostris nundinis ad me datæ, doctissime Vadiane, nunquam respondi; ea potissimum caussa, quod tum nundinarum strepitus ac etiam novum connubium (nam eodem tempore

uxorem duxeram) me impeditiorem atque ineptiorem fecerant, nec postea usque in præsens ullius tabellionis copiam habere potui. Accusatio adversus frugi hominem Ieorgium in promptu est; nam eo tempore, quo uxor cohabitabat, manifesto adulterio notatus accepto spurio puero, etiam hac eadem causa capite diminutus et ex senatu depositus, adeo ut sine negotio hæc[b] probari possint. — Ex Italia quemadmodum multa feruntur, ita et incerta et inconstantia. Cæsar ingenti copia Provinciam[c] ingressus est. Quid illic geratur, ignoramus. Omnes fere Italiæ principes Cæsaris amicitiæ[d] renuntiant (ut fertur). Milites Taurinum obsidentes recesserunt a civitate ad miliare unum Germanicum propter frequentes eruptiones ex civitate, quas amplius ferre non potuerunt. — Tumultus quidam apud nos his diebus obortus fuit. Nebulones quidam e Cæsaris factione quendam Gallicę factionis comitem ceperunt[e] in nostris terris ad pontem Languari versus pontem Rheni. Nostri inde nonnihil commoti minas ediderant[f]. Sed speramus, primam furiam iam deferbuisse ac negotium absque bello componi posse. Vale, vir eximie. Ex Rhætica[b] Curia, 20. Augusti 36. Tuus *Ianus Comander*.

Præstantissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli meritissimo ac *amico* observando.

a) „c" für „t". — b) „e" für „æ". — c) „t" für „c". — d) „amititiæ". — e) „cœp-". — f) „ęd-".
[1]) Vgl. III, Brief 468.

IV 61.

907.

Bürgermeister und Rat von St. Gallen an ?[1])

(St. Gallen.) 1536(?). August 21.

Antwort auf die Anfrage, wie man sich gegen Verbannte aus der Stadt Rotwil zu verhalten habe.

Unser früntlich dienst alzeyt zůvor. Besonders lieben und gůten fründt, euwer fürnäm Weyßhait schreyben, die abgetretnen von Rotwyl[a], so in üwer statt wonhaft, sampt beyligender copey und verzeychnung der namen deren 50, (so) die von Rotwyl für ir vygend zů achten vermainend, habend wir ireß inhaltz verstanden. Und wiewol wir nit zweyfel tragend, dan das E. Weißhait in diser und noch wichtigern sachen irem sondern hohen verstandt nach befinden mögen, was sich der billikhait nach fürzenemen und ze handlen gebüre, so haben wir doch uff ewer früntlich begeren, was üns in diser sach für billich und dem handel gemäß angesechen, nit verhalten wellen. Und sagend also darzů: wo üns dergstalt anlangen von den von Rotwyl oder andern begegnete, und ünser

burger oder hindersässen (so uss obaingezay(g)ter abtrettnen von Rotwil zal wërend) sich by geschwornen ayden bezügtind, das sy an der vecht, denen von Rotwil zůgeschriben, weder wenig nach vil schuld trůgend, ouch dhain gmainsame der vindschaft nit hetten noch wißtend, und über das sich rechtz zů erwarten erbütten, — das wir die nach gebürlichem und gmainem bruch der stetten und lende(r)n rechten dhains wegs vertriben oder abwysen köndind, sonder denen von Rotwil nit verhalten wurdind: so fer sy als die beschwärten gëgen ünsern burgern oder hindersëssen uff iren hohen anzug clag ze fůren und sich gegen den rechtz erbietenden tayl inzelassen willens sein weltend, das wir inen ünserm besten verstand nach zů zimlichen, billichen und gebürlichen rechten on verzug verholfen sin, und was mit recht erfunden, dem[b)] selben gestracks statt thůn und nachkhommen weltend etc. Mit beger E. E. Weyßhait welle diß ünser anfalt gůtbedünken von üns bester maynung an(n)emen; dan wo wir üch fründtlich und angnëm dienst ze bewysen wisstend, weltend wir alzey(t) genaigt und gůtwillig erfonden werden. Geben etc.

Des 21. tags Augusti[c)], a⁰. 1536.

Bürgermaister unnd rate der statt zu S(ant) G(allen).

a) „betreffend" ausgefallen? — b) „den". — c) „Augisti".

[1]) Vorstehender Brief ist bis an Datum und Unterschrift ein Entwurf von Vadians Hand. Es liegt am nächsten, in den 50 «Abgetretenen» von Rotwil durch die Katastrophe vom August 1529 vertriebene Protestanten zu erblicken, die «irgendwo zu hausen und zu hofen» durch ein Edict Kaiser Karls V. vom 8. Juli 1530 bei schwerer Strafe untersagt worden war. Die Zahl 50 würde nach der an verschiedenen Orten (so unter anderm auch bei Ruckgaber, Geschichte der Frei- und Reichsstadt Rottweil II. 2, S. 244 ff.) veröffentlichten Liste am ehesten auf Diessenhofen passen. Im Wege liegt dieser sonst so nahe liegenden Deutung des Briefs nur die Jahrzahl 1536, die nicht ohne Willkür als 1530 gelesen werden dürfte.

908.

IV 62.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

Zürich. 1536. August 22.

Er bedauert, dass Vadian seinen letzten Brief nicht beantwortet hat und befürchtet, dass Krankheit der Grund sei. Er bittet Vadian, an Luther unter Beilegung der Aphorismen freundlich zu schreiben, während er selbst ebenso an Melanchthon gelangen wird; ferner, dass er die Schrift auch an Jakob Sturm und Martin Bucer schicke, ebenso an Thomas Cranmer, den Bischof von Canterbury, der dem Schreiber des Briefs seine Freundschaft bezeugt hat. Besuch von drei englischen Edelleuten in Zürich.

Gratiam et vitæ innocentiam a domino. Prolixas ad te, vir humanissime, literas hebdomade superiore dedimus, ad quas tu nihil respon-

disti. Quid in culpa sit, nescio. Misere autem metuo, adversa te impediri valetudine. Quodsi adhuc e lapillo laboras et renum dolore, faxit deus, ut ad ecclesiæ et reipublicæ suæ emolumentum revalescas. Tria præterea abs te peto. Primum, ut ipse D. Martino Luthero amicas scribas literas simulque Aphorismos tuos adiungas. Non carebit istud institutum fructu suo, opinor. Scribam et ego Melanchtoni, qui hisce diebus satis amica me salutavit epistola; addam literis Aphorismos tuos.[2]) Secundum, ut tam Sturmio quam Bucero cum literis amicis exempla mittas. Tertium, ut reverendissimo D. Thomæ Cranmero, Cantuariensi episcopo, Angliæ primati, amice scribas amicitiamque eius petas, exemplum Aphorismorum dono mittas in amicitiæ pignus. Libere dices huius instituti tui consultores habere te Grynæum et Bullingerum, amicos. Et quæ hic moneo, ex sententia Grynæi[a] moneo, neque tibi referre possum, quam diligenter Grynæo[a] egerit gratias, quod me sibi fecerit familiarem et amicum. Magis, opinor, gaudebit, ubi ex epistola tua senserit, se novo auctum esse amico, idque nobis consultoribus. Venerunt hisce diebus Tigurum tres iuvenes Angli, nobilibus orti parentibus, ingeniis longe pientioribus et nobilioribus, nec alia causa huc appulerunt, quam religionis discendæ gratia. Hi mirifice prædicant Cantuariensis episcopi pietatem et humanitatem. Ceterum[b] hasce ad Lutherum, Sturmium, Bucerum et Kranmerum literas huic committas tabellioni, Froschouero deferendas. Curabit hic, ut bona fide ferantur in Saxoniam, quæ scribes in Saxoniam, et in Angliam, quæ scribes in Angliam. Si quid habes certi de rebus Cæsaris et Galli, fac sciam, obsecro. Vale. Tiguri, 22. Augusti 1536.

H(einricus) Bullingerus tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, domino suo observando plurimum.

a) „e" für „æ". — b) „Cæt-".

[1]) Vgl. oben, Brief 730. — [2]) Am Rande nachgetragen: «Denuo legi librum tuum Aphorismorum primum, et ecce commentarios invenio articulorum Wittembergensis concordiæ. Opinor ergo libros tuos auspicate iam in lucem prodituros».

909. IV 64.

Sebastian Grübel[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1536. August 23.

Eintreffen der neuen Prediger Heinrich Lingy (Lingki) und Simpert (Vogt) in Schaffhausen. Wahl des Benedict Burgauer zum Pfarrer in Tuttlingen. Weitere kirchliche Nachrichten aus Schaffhausen und Bitte um Vadians Rat.

Salutem. Lieber herr und vetter, ich hab üch in minem nechsten schriben ain üch gethon bericht unßers handels, ouch das urloben miner mittbrüderen. Uff semlichs wissend, das her Hanrich Lingy und Simpertus komen und den handel gottes ernstlich ain die hand nemend, in hoffnung, es werde alles zů guttem end bracht und zů aller anikait; dan diewill das unrůbig gmůtt ainweg, wiewoll noch hie, biß sin frow kindbettet; dan er aber über den zun hinin gestigen und hinder maister Frantzen zů Tuttlingen pfarrer durch sin practit (!) worden. Gott gebe, das er mer da buwen dan hie und zů S. Gallen werde etc. Und damit aller gespain vergompt werde, so habend wir die predigen ußthailt ainen Sonentag umb den anderen, das ainer im morgen im spital prediget, der ander im münster, der dritt zů Sant Johanns; und welcher im spital geprediget, sol alweg nach mittag die selbigen predig ouch thon, und wo ainen der Sunentag begrifft, so ain firtag in der wuchen kompt, da můß er ouch predigen; und sunst welcher im münster am Sonentag prediget, hatt in der wuchen Gutentag und Zinstag, Sant Johanns Mittwuch und Donstag, spitall Fritag und Sambstag; und gatt also stetz umb. Und dem herren sige lob: die bäpstler, die vormals min und Erasmus predigen geflochen, die blibend ietzen zů allen predigen und flüchen nit mer; dan was sy ietzen by ainem schüchend, findent sy by dem anderen richlich. Ist ouch darzů komen, das wir in vigilia nativitatis werdent ainen sinodum halten, das vormals als durch Benedictum verspertt. Da ist min früntlich und christenlich gebett an üch, mir ze rattend und üweren rattschlag un verzug von ain Sambstag über acht tag zů schickend — es sind ettlich hie, die tringend treffenlich druff, vermainend, man sölle iederman (wie die von Bern) biß inß dritt geschlecht ire stifftungen wider gen, das nun ain treffenlich zerrüttung wurde bringen; dan ich woll bericht: hettends die von Bern nit thon, es geschehe nit mer; darzů vill stifftungen, so die graffen von Nellenburg, als baide closter, hie geschifft (!) und sunst ander edel lutt, damit man tzů kainem end wurde komen —,

damit wen (als ich wol achten, es werde im synodo anbracht) die frag ain mich keme, ich ouch stattlich ouch geschrifftlich künde darvon rattschlagen. Das sol ouch by miner truw allain by mir bliben. Wo ichs ouch künde umb üch beschulden, welte ich alzit willig erfunden werden. Die geschrifft von Ysnach oder die artickel hatt mich burgermaister Waldkilch Sambstag lassen lessen, wiewoll an gehamnuß — dan sy noch nit vor ratt fürtragen —, wie sy inen von Zürrich ubersandt sind. Ist ouch min früntlich bitt, mir üwer manung in gehaim zůzeschriben, damit miner person halb, die dan gantz klinfůg zů sollichem ampt ist, nünt versompt oder minen herren angeben, das nit geschrifftlich oder formlich were; dan ich ye des willens, on glertter verstendigen nünt ze handlen, das dem handel gottes widerig. Vale. Datum zů Schaffhusen, vigilia Bartholomei 36. *Sebastianus Grubelius.*

Dem hochgelertten, ersamen, wisen herren doctor Joachim von Watt, altburgenmaister zů S. Gallen zů aigner hand, minem herren und vettern.

1) Vgl. oben, Brief 704.

XI 9.

910.

Martin Bucer[1]) an Vadian.

Strassburg. 1536. August 27.

Der Streit über die Sacramente. Das Concil. Die Concordie.

Gratia et pax, vir doctissime. Famam istam diram volitare per ora virum, mirum non est, dolendum autem, hanc valuisse adeo filiam Erebi, apud eos, quorum nunc et mens καὶ πολίτευμα in cælis[a]) esse debet. Non eramus apud Indos; admoneri horum poteramus, ut nobis quoque auditis, tantæ impietatis reis, pronuntiari[b]) potuisset certius. Hæc tamen qualisqualis aliis videatur concordia, admodum mihi commendatur, dum istis indubitatis Satanæ telis, hoc est tam portentosis mendaciis, impetitur. In eo tamen fama ista veri quoque nuntio[b]) fuit, quod dissipavit de retractationibus aliquot locorum in meis in evangelistas enarrationibus. Dispensatio verbi res divinior est, quam ut in ea liceat aliud respicere quam sanctificationem nominis divini; puram et sinceram[c]) esse oportet[d]). Cum initio belli sacramentarii Lutherus ministerium ecclesiæ in verbis et sacramentis more suo ὑπερβολικῶς extolleret, tam in nostros inveheretur, iam importune inductus sum a quibusdam, ut viri admirationem vel Christi

potius in eo plus satis excidere animo meo paterer; adeo ut iuveni mihi et sacrorum certe parum perito censuram permitterem in tantum organum domini, per quod ille tam præclare doctrinam iustificationis, ipsum scilicet evangelium suum, cum animosissima Antichristi oppugnatione orbi restituerat. Cum itaque Lutherus tam pinguiter, ut videbatur, de sacramentis loqueretur, tribuens illis confirmationem fidei et alia huiusmodi, ego, in solam externam actionem, secluso opere spiritus Christi, seclusa fide sumentium, respiciens, existimabam formis istis, quibus Lutherus ad commendanda sacramenta utebatur, revocari postliminio errorem illum papisticum, quo inducti homines pridem sunt, ut externa actione in sacramentis fidant, sine fide ulla in Christum. Lutherus autem loquebatur de sacramentis, ut scriptura ipsa loquitur, et tribuebat eis illa magnifica propter promissionem gratiæ, quæ sacramentis commendatur, quæ utique ex se fiduciam nostram in deum erigunt et confirmant; quod sentiunt, quicunque fide certa eas promissiones in sacramentis amplectuntur. Feci tamen et ego paralogismos istos: Christus unus servat, consolatur, fidem donat et auget suo spiritu; non faciunt ergo hoc sacramenta. Quasi vero hæc Christus non faciat sic externe utendo verbis et symbolis, sicut interne animos afflat suo spiritu. Turbabat me, quod multis verba et symbola frustra percipiuntur, nec videbam id nihil detrahere dignitati verborum dei et symbolorum, quæ interim electis omnibus verba vitæ sunt et symbola benevolentiæ divinę. De eucharistia præterea, quum a Luthero negaretur omnis tropus in his verbis: «hoc est corpus meum», et nunc diceretur panis ipse esse corpus domini substantialiter, nunc esse corpus in pane corporaliter, equidem putabam, statui ab illo aut physicam quandam corporis domini cum pane unionem aut localem in pane inclusionem. Istis autem, vanis licet, opinionibus de Lutheri sententia et verbis impulsus, me pugnæ contra Lutherum quamlibet ineptus bellator admiscui. Postea vero donante domino didici, Lutherum adhuc in doctrina de ministerio ecclesiæ sanum esse nec quicquam velle, quam dominum illud instituisse ad hoc, ut electos suos fiducia sui impleret, quod tamen sic adtemperat, et ut nunc sentiant ministri, plantantem et rigantem nihil esse, nunc vero administros Novi Testamenti et spiritus gignere se Christo populos, salvos facere se ipsos et alios, et cetera[e], quæ apostolus ipse huic sacro ministerio tribuit. Et de eucharistia intellexi Lutherum nihil amplius velle, quam hic non solum panem et vinum signa,

sed etiam corpus et sanguinem domini, hoc est dominum ipsum, rem signi dari et accipi, dicente domino: Accipite et manducate, hoc est corpus meum etc. Iubet accipere; dat ergo et id omnino, quod accipere iubet. De eo vero, licet panem præberet, dicebat: «hoc est corpus meum, quod etc.»; ergo cum pane signo exhibitivo dat suum corpus, et verum, quia quod pro nobis traditum. Est igitur hic synekdoche[f] in his verbis: «accipite, manducate, hoc —», quia est exhibitio et repræsentatio et quoddam quasi sistere domini per hoc signum, illud vero absque ulla physica vel mixtione vel inclusione domini in pane. Et quum dominus hic se sistat fide modo videndum et sentiendum, non ratione et sensibus, vere tamen et re ipsa et se ipsum, non potui equidem detrectare confiteri, cum symbolis hic dominum ipsum sisti et exhiberi realiter et substantialiter. Cumque viderem iam Lutheri sententiam sanam, supererat, ut cuperem amoliri falsas illas suspiciones utrinque, quod ille nos putaret nihil Christi in cena[g], nostri illum Christum in cena[g] ponere inpanatum aut pane localiter inclusum. Istud saxum volvi iam totum sexennium. Ut ergo datum est invenire verba, quæ et Luthero præsentiam domini in cena[g] satis exprimerent et nobis impanationem atque localem inclusionem omnemque detractionem Christi in condicionem[h] huius sæculi satis excluderent, putavi concordiam ecclesiarum tanti nobis esse debere, ut, qualia qualia cetera[e] verba illa essent, ea amplecteremur et subscriberemus. Idem visum est omnibus symmystis nostris in civitatibus imperialibus; cumque iam et Helvetici symmystæ exhibitionem donorum dei in sacramentis Basiliensi confessioni nuper factæ clare inseruissent, spes erat, idem posse et ipsis approbari. Eorum certe verba Luthero satisfecissent, nisi suspicionem refricasset de his fratribus infausta editio[i] epistolarum Zwinglii et nimia illa commendatio confessionis illius Zwinglianæ ad regem Franciæ facta a Bullingero. Nam præterquam quod in utroque libro crassior illa eucharistiæ tractatio, quæ, quia in cælis[a] est dominus, simpliciter negat eum præsentem esse in cena[g], revehitur, coniunguntur in confessione Zwinglii cum sanctis Veteris et Novi Testamenti in communione æternæ salutis Hercules, Theseus, Socrates, Aristides et ceteri[e], lege D. 3[2]). Id autem facit Luthero omnem ecclesiam Tigurinam et consentientes cum ea suspectas, ac si de mysterio redemptionis factæ per Christum non recte sentirent, sed ponerent salutem in qualibet eximia virtute, etiam extra Christum. Mitto confidentiam Bibliandri in magna

illa sua præfatione apologetica; item quod, præfixo nomine meo epistolæ, quam a Basiliensi aliquo edendam[i] miseram ad præveniendum, quod malum prævidebamus futurum ex epistolarum illarum editione[i], me quoque in suspicionem perfidię, utpote auctorem[k] editionis[i] huius, traxerant. Sed quicquid dominus his statuerit; ego, cum iterum edendæ[i] mihi essent meæ in evangelistas editiones[i], existimavi officii mei esse, sic eas recognoscere et retractare, ut veritas Christi exstaret[l] sincera[c] et abesset offendiculum omne, quoad eius fieri posset. Istuc autem sic præstiti, ut tu et omnes ęqui homines, qui iudicare de his rebus possunt, agnituri sitis, me ne pilum quidem latum recessisse ab iis, quæ in scripto insunt ad Monasterienses, quæ professus sum Augustæ, quæ approbavi fratribus Helveticis Basileæ, quæ denique ad verbum insunt in dialogo novissimo Oecolampadii. De his iudicabis ipse. De sinceritate[c] animi tui in scribendo et edendo[i] libro tuo hic nemo quicquam addubitat; tantum quia tam multum est ubique sycophantorum et Lutherus ad horum technas non est semper satis communitus, optaveramus ante editionem[i] librum videre, ut qui melius noverimus infirmitatem stomachi Lutherani. Sic enim videmur tuam conscientiam nosse, ut nihil monituri fuerimus, quod tu non fueris approbaturus, quanquam sic sperem omnia adtemperata abs te, quod nullam iacturam facturi simus eo, quod opus non vidimus. Pellicanus quum hic esset et, quæ Wittenberga attulimus, approbasset, spem faciebat libri nobis mittendi. Sed reliqui symmystæ Tigurini utinam non adeo prudentiam iudicarent de fratribus suspicari deteriora! Librum tuum avide exspecto[m] et mitto articulos Wittenbergenses. — Fuerunt hic Carolostadius et Grynæus; cum iis convenit. Ipsi appellarunt Tigurinos et Bernates; faciunt spem concordiæ. Sed ut ego novi Tigurinos et alios quosdam, nullam solidam consequemur concordiam, nisi gravi habito inter nos colloquio de universo ministerio ecclesiæ, de natura et usu sacramentorum, cuique colloquio tu cum primis adsis et præcipui ex Helvetiis symmystæ. Horrent illi nimium nostrum congressum, quod is forsan suspicionem faciat, quasi discere eos opporteat ab extraneis. At Lutherus solidam concordiam poscit nec alia utilis erit, etiamsi concilium non instaret. Christus enim corda poscit. Putaveramus, nunc honestissimam fuisse conveniendi caussam, quod a nobis audivissent de univer|sa sententia et constitutione ecclesiarum ulterioris IV 67.
Germaniæ, quæ quottidie magnis accessionibus multiplicantur. Sed

vereor, ut hanc occasionem fratres illic nimio studio excludant et indictionem concilii pro nihilo habeant, quæ certe contemnenda non est. Tua prudentia de his graviter cogitet et rescribere dignetur; scimus enim, qua cura sis erga ecclesias Christi. Bene vale in domino, patrone observande. Resalutant te Capito, Hedio, Gerbelius, Bedrotus etc. Argentinæ, 27. Augusti, anno 1536.

D(ominationis) t(uæ) deditissimus *M(artinus) Bucerus.*

Dictare hæc malui amanuensi, ne te cruciarem mea cacographia, quam scribere. Boni omnia consule.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consulari et medico doctissimo atque pientissimo, patrono suo singulari apud S. Gallum.

a) „cœlis". — b) „c" für „t". — c) „syncer-". — d) „opp-". — e) „cæt-". — f) „synech-". — g) „cœna". — h) „t" für „c". — i) „æd-". — k) „aut-". — l) „ext-". — m) „exp-".

[1]) Vgl. IV, Brief 506. — [2]) Das Citat geht auf Zwinglis: Christianæ fidei expositio ad regem christianum, veröffentlicht von Bullinger, Zürich 1536. — Der grösste Teil dieses Briefs findet sich in Band XI unserer Sammlung, der Schluss in Band IV. Nur die Unterschrift und Nachschrift sind von Bucers Hand.

911.

Vadian[1]) an Martin Luther.

St. Gallen. 1536. August 30.

Die Entstehung der Aphorismen und deren Übersendung an Luther. Stellung Vadians zur Wittenberger Concordie.

D(octori) Martino Luthero Ioachimus Vadianus s(alutem).

Bruma superiore quum hinc inde volitantibus et dira minantibus rumoribus obrueremur et essent homines male feriati, qui, supra quam credi posset[a)], in ecclesiæ nostræ cum doctrinam tum disciplinam publicis e suggestis suis debaccharentur[a)] et nullo non genere calumniarum iniuriarumque nihil tale merentes afficerent, continere me non potui, quin, collectis passim scripturarum et interpretum locis, quicquid haberem ceu armatæ militiæ, in horum[b)] phalanges producerem, quos[c)] novissem tot iam annis conlatis consiliis et data opera in hoc omnibus (quod dicitur) viribus incumbere, ut Helvetiæ nostræ ecclesias, quæ Christum dominum induerunt nec audiunt amplius diversum docentem pontificem, doctrina evangelii oppressa oppressisque, qui eius retinendæ essent auctores[b)], ad apostolicę sedis obedientiam (sic loquuntur) reducerent et, si contigeretur[d)], armata etiam vi redigerent, id[e)] sibi quocunque auctore[b)] certo pollicentes futurum, ut oppressis nobis et in ordinem redactis facile ratio iniri posset, quo et reliquæ ecclesiæ, quæ restarent, veteri iugo sine labore

subderentur. Eam lucubrationem quum post synodos in mense Februario Basileę habitas et editam iam confessionem ecclesiarum nostratium cum fratribus nonnullis, pręcipuo autem C(onrado) Pellicano D.[f] ostendissem ac dein[g] plusculi eruditorum revolvissent, continuo de edendo sum appellatus, quod magno[h] consensu videretur non modo fructum allatura multis, quibus nova dogmata nondum tam plane[i] perspecta et cognita forent, quam ego longo ordine proponerem, quique coryphęorum quorundam sophisticę vesanię rationibus et argumentis in materia eucharistiæ haud parum hactenus tribuissent, sed etiam conductura concordiæ, quæ iam esset in foribus; partim quod non haberet, quod receptæ confessioni nostræ, quam doctores Argentoratensis ecclesiæ[k] ita probarent, ut et spem nostris[l] facerent, minime eam tuæ Paternitati displicituram, ulla parte contraveniret; partim etiam, quod verius sinceriusque multa sacramentis largirer, quam fortassis a nostris hactenus esset factum, atque id agerem cum scripturis[c], tum receptorum interpretum testimoniis. Cessi precibus amicorum, modo ipsi, ut ederetur[d] liber senatus nostri favore et ministrorum ecclesiæ nostræ iudicio, id obtinere et assequi possent; quod sane, ut audio, (nam me absente res agebatur) haud difficile est impetratum. Interim redeunt, qui Isenacum erant profecti, lætissimo concordię nuntio allato et simul exhibita declaratione, quæ, quo sensu concepti articuli[m] recepti essent, abunde exponebat[e]. Quæ[n] cum legissem, sane domino agebam gratias, quod viderem, te præsidente haud aliud traditum de eucharistia aut receptum, quam quod mihi, ad scripturas et veterum traditionem respicienti, iam olim adlubuisset et ego toto[o] illo opere meo pro virili eram traditurus, qui multis iam annis (citra iactantiam dictum velim) ita sensi de sacramentis a domino institutis, ut eis multis de caussis honorificentissime deferendum existimarim doluerimque tantopere abuti rebus tam sanctis et cælestibus[f] illos, qui ad carnem et quæstum[g] conversi, non quæ Christi, sed quæ sua sunt, quærunt[g]. Ceterum[h] quum editum[d] viderem opus illud meum quantuluncunque, nolui committere, quin tibi, viro doctissimo et domino meo in Christo observando, exemplum primo quoque nuntio cum literis hisce meis mitterem, non hac modo causa, ut calumniatorum nihil non audentium artes præverterem, si forte deferre me ausint, ceu diversum traderem, quam ferat concordia, aut a te tradita et exhibita, qualiacunque demum forent, habere neglectui et meam canere cantilenam instituerim,

sed illa maxime, ut, acerrimo et tot modis exercito donatoque a domino iudicio[p] fretus, intelligere aliquando possem, quæ tibi et quæ minus quibusque de caussis Paternitati tuæ aut probarentur aut non probarentur. Quod enim ad me attinet, Iesum testor, adeo me maximis de caussis cupidum concordię aliquando sarciendæ[i] fuisse inter eos, qui unum Christum dominum una evangelii prædicatione profitentur, ut sim certus, postremum me non fuisse, qui apud nostros hoc saxum magna cum intentione animi volverit; qua de re cum aliis tuis, tamen ante alios D. Bucero constare arbitror. Iam nunc vero, visis articulis e Wittenberga allatis, nihil est, quod me moretur aut suspensum teneat, eo maxime sensu, quem doctissimi viri Martinus[q] Bucerus et Wolfgangus Capito bona fide nobis in literas relatum exhibuerunt. Primum enim nulla transsubstantiatio ponitur, sed negatur, neque ulla de esu illo crudo et carnali, quem ingerunt papistæ, mentio fit; nulla unio vel realis vel personalis vel naturalis corporis Christi cum pane, sed sacramentalis, quam et ego candide reddidi, (asseritur); sed[r] extra cenę[k] ritum[s] negas unionem etiam sacramentalem, quam papistæ[t] mordicus retinent. Negas et localem pręsentiam, qua et humanitati locabili, quæ in cælestia[f] assumpta est, sua natura relinquitur. Citra controversiam enim verus homo est etiamnum Christus. Postremo propter unionem sacramentalem concedis recte dici, panem esse corpus Christi et vinum esse[u] sanguinem Christi, quod cum omni vetustate conceditur, sed et manu et ore excipi corpus Christi et sanguinem Christi asseris, eo sensu, quem non ignorant, qui mysticarum locutionum formulas, ut ipsis et vetusti sunt usi, tenent. Spiritum enim sanctum vidit Ioannes, cum columbam vidit; quo exemplo tua Paternitas sensum suum exposuit, quem profecto nemo sanus reiecerit. Probatur sensus, qui docet, esum corporis et potum calicis non sensibus attingi, sed animis[v]. Placet et mihi, substantialiter sumi in cena[k] corpus Christi, cum hoc ipso videam te fictam præsentiam excludere, ut certum sit, non imaginarie, sed vere nos hoc modo dominum sumere, maxime quod constet, ita te inter « localiter » et « substantialiter » discernere, ut non sit consequens adesse localiter, quod substantialiter adest et sumitur. Vere autem et substantialiter adesse in cena[k] Christum deum et hominem, uno ore confitemur; sed et vere sumere corpus Christi indigne vescentes Paulus testis est, etiam si impii scriptura teste non sumant nec vere edant. Ex fide autem esse sentio com(m)unicationem etiam naturalem carnis Christi in omnibus,

qui vere sumunt corpus Christi, neque id reticui in illis*w)* meis libris. Atque ut finiam: nihil est iam dictorum articulorum, quod non equidem existimem et pium esse et*x)* consonum scripturis, neque esse arbitror in omni opere meo, quod illis contraveniat, nisi si sparsim quis ex verbis captare velit, quæ in tanto tamen processu*y)* sic mitigo, ut calumniari facile nemo queat. Sed hac de re, pater amplissime, tuum iudicium esto, quem et precor reviso opere monere me et, si quid offendere gravareque*z)* velit melius sentientem, literis mihi significare pergat, ut pro[l)] paratissima mea voluntate id recipiam, quod solidum pium et scriptura iubente est receptum. Nolim enim is videri, longe minus esse, qui concordiam tam anxie dudum a me petitam*aa)* et adornatam ulla parte, salvis articulis, quos modo recensui, vellet remorari. Et ut errarim fortasse in meo illo opere et alicubi sim lapsus tuque id deprehendas et obelisco iugules, tamen arbitror, te quoque in opere perlegendo haud obscure intellecturum, hoc animo me scripsisse, qui christianę cum veritati tum disciplinę omni ex parte consultum esse cuperet. Vale, vir doctissime, et persuade tibi me sic paratum*bb)* animo, ut in hac re ita iudicio tuo sim adquieturus, ut nullius magis. Cupio me commendari D. Philippo, D. Iusto Ionæ, D. Pomerano, D. Crutzingero*cc)* et collegis*dd)* reliquis. Sangalli, tertio Kalendas[m)] Septembris, anno MDXXXVI*ee)*.

a) „debach-". — b) „aut-", „auth-". — c) Für „scripturæ" verschrieben? — d) „ęd-", „æd-". — e) „-bant". — f) „cœl-". — g) „e" für „æ". — h) „Cæt-". — i) „t" für „c". — k) „œ" für „e". — l) „quo". — m) „Cal-".

a) „potest". — *b)* „adversum illorum". — *c)* „ut quos". — *d)* „gravarentur". — *e)* „hoc". — *f)* „dom. P., syncerissimo homini". — *g)* „deinde". — *h)* „magno illorum". — *i)* „plene". — *k)* „Argentoratenses". — *l)* „nostris" fehlt. — *m)* „illi articuli". — *n)* „Quæ omnia". — *o)* „in toto". — *p)* „iudicio tuo". — *q)* „D. M-". — *r)* „sed et". — *s)* „ritum et actum". — *t)* „papistæ tamen". — *u)* „esse" fehlt. — *v)* „calicis seu sanguinis Christi non sensibus, sed animo et fide comprehendi". — *w)* „illis" fehlt. — *x)* „et per omnia". — *y)* „quod in toto tamen præcessu". — *z)* „gravareve-". — *aa)* „quæsitam". — *bb)* „paratum esse". — *cc)* „Crutzigero". — *dd)* „tuis". — *ee)* Unterschrift: „Ioachimus Vadianus".

[1)] Vgl. I, Register, unter «Vadianus». — Der Brief ist in Kesslers Sabbata fol. 475 f. eingerückt und nach diesem Texte gegeben, mit stillschweigender Berichtigung einiger Schreibfehler (vgl. die neue Ausgabe der Sabbata von 1902, S. 458 ff.). Ein anderer Abdruck findet sich bei Kolde, Analecta Lutherana, S. 244 ff., dessen beachtenswerte Abweichungen unter den schiefen Verweisungsbuchstaben aufgeführt sind.

912. IV 69.

Thomas Gassner[1)] an Vadian.

(Lindau.) 1536. September 2.

Dank für den Brief und die Übersendung der Aphorismen, die er mit Aufmerksamkeit durchlesen will. Er schickt Vadian einen Bericht über die Verhandlung der Strassburger mit Karlstadt und Grynæus und bittet um baldige Rücksendung. Versicherung seiner steten Dienstfertigkeit.

S. Accepi, prudentissime consul, literas tuas atque una munus illud desideratissimum: libros de eucharistia[a)] scriptos. Gratias habeo Prudentię

tuę[b] immortales; nam promereri nusquam potero pro exilitate mea neque referre. Pellegam summa diligentia, non ut tua diiudicem, sed cor meum in fide vera confirmem. Tui animi candoris atque facilitatis est, ut omni[c] iudicio te atque mei minimi subiicias. Si qua tamen reperirem, quę[b] fidei meę non responderent, non dubitarem indicare tibi. Video enim et experior quottidie, te omnibus piis sic esse expositum, ut tibi molestum non esset ad quęvis[b] interrogata respondere. Mitto tibi, quę[b] Argentinenses egerunt cum Carolostadio et Grynęo[b], si prius non vidisti, legendum; remittendum autem michi erit Bedrotto, ut hic subscriptum legis; quamprimo igitur licet, remittas. Exemplar aliud cum literis Frechto Ulmam misi illico[d] fideli nuntio, ut nichil addubitem, quin salvum excipiat[e]. Si pręterea qua in re Prudentię[b] tuę[b] inservire atque gratum ostendere animum potuero, promptus ero. Vale felicissime. 2. Septembris, anno 36.

Thomas Gasnerus, tui observandissimus.

Clarissimo viro atque prudentissimo consuli Santgallensium Ioachymo Vadiano, domino suo observando.

a) „eucar-". — b) „e" für „ę". — c) Abkürzung, die vielleicht auch mit „omnium" aufgelöst werden dürfte. — d) „ill-". — e) „excipiatt".

¹) Vgl. IV, Brief 484.

IV 70.

913.

Oswald Myconius[1]) an Vadian.

Basel. 1536. September 5.

Seine Enttäuschung, Vadian nicht in Zürich getroffen zu haben, und Wünsche für baldige Wiederherstellung. Er berichtet, dass die Antwort der Zürcher und Berner nach Strassburg gesandt und ein Tag auf Sonntag 24. September angesagt worden sei. Bullinger hätte eine Verschiebung gewünscht, um noch das Urteil Luthers über die Aphorismen zu vernehmen. Das Urteil des Pellican über die Schrift. Wünsche für baldige Einigung.

S. Sperabam, dum ivimus Tigurum nuper[2]), me visurum Vadianum; at falsus sum, et magno quidem cum dolore, postquam audiveram mansionis tuæ causam, nempe valetudinem non prosperam. Hanc vero nunc esse mutatam in melius, ut ex Froschouvero intellexi, gaudeo et opto, ut firmiter revaleas atque deinceps perdures in usum ecclesiæ et commodum reipublicæ tuæ laudemque totius Helvetię. Ceterum[a] responsiones Tigurinorum et Bernensium, quas dederunt nobis, Argentinam sunt transmissæ a dominis nostris. Exspectamus[b], quidnam etiam ab illa reddatur, et conventus indictus est, ut audio, in Dominicam ante

Kalendas[c] Octobris; id quod factum est, priusquam ego pro Bullingeri petitione consulem admonere possem, ut illum differret paulo amplius, si fieri posset, ut interea Lutheri iudicium audiretur de Aphorismis Vadiani. Adtulit hos quidem Christophorus, sed nondum legi; vidi tamen veluti per transennam, et vidi quiddam amplius, quam quod tenuitas mea iudicare queat; quamobrem anxie, quid ecclesiarum columnæ iudicaturi sint, et nos exspectamus[b]. Dominus Pellicanus existimat, plus ad concordiam eos facturos quam omnes omnium labores et circumcursiones, qui in hac causa desudarint hactenus. Utinam utinam ita sentiat etiam pars adversaria! Nescio, si quid melius hac tempestate valeret dari nobis. Mihi prorsus in hac tota controversia illud videtur: charitatem nondum hactenus fixas habuisse radices in pectoribus nostris; eas etenim si habuisset, iam olim nos impulisset, ne maledicentiæ contra verbum dei tam fœdam permisissemus occasionem, maxime ubi constitit, dissensionem nostram non esse nisi papistici regni victoriam. Igitur adfectus penitus[d] exstirpatos[e] oportet; alioqui frustra laboratur de concordia. Dedit dona multa et egregia quibusdam dominus, quibus si omnes uterentur ad gloriam eius, qui dedit, non esset in ecclesia contemptus atque ideo nec dissensiones, nisi contra homines obstinate hæreticos. Utinam brevi tollatur, quicquid obest gloriæ dei! Hęc scribo, ne insalutatum te præterirem, satis certus, quod nihil voluptatis ex meis capiat Vadianus, utpote humilioribus vilioribusque, quam ut apud excellentes viros eiusmodi quid valeant. Vale semper cum tuis et ecclesia tota. Basileæ, V. Septembris, anno MDXXXVI.

Oswaldus Myconius tuus.

Marcus Bersius Vadianum suum vehementer salutat et optat incolumem diu.

D. Ioachimo Vadiano, excellentissimo doctissimoque domino perquam venerando suo.

a) „Cæt-". — b) „expect-". — c) „Cal-". — d) „æ" für „e". — e) „ext-".

1) Vgl. I, Brief 105. — 2) Am 15. August verhandelten Myconius und Grynæus in Zürich mit den Abgeordneten der evangelischen Städte über die Conferenz in Wittenberg. Vgl. Eidg. Absch. IV, 1, c, Nr. 455, S. 743 ff.

IV 72.

914.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1536. September 8.

Er entschuldigt sich wegen des von ihm auf Froschauers Rat den Aphorismen beigegebenen Titels und dass das Hexastichon Binders nicht mehr verbessert werden konnte. Die Antworten der Städte sollen der Einigung günstig sein. Er bittet Vadian, an dem auf den 24. September angesagten Tag sich einzufinden, vorher aber die ihm vorgelegte Frage zu beantworten. Der Tod Heinrich Utingers.

Gratiam et pacem a domino. Si quid peccatum est in titulo operis tui, Vadiane mi, mihi imputabis; ego enim Froschoveri hortatu titulum feci. Volui autem ostendere aliis magistratibus, qualem consulem haberet urbs Helvetiæ, nationis agrestis, quam quidam tantopere elevant. Volui alios magistratus provocare tuo exemplo, ut paria conentur; præcipue vero lectores allicere statui novo hoc et insolito titulo et ut omnes cernerent, caussam veritatis tutores habere ex ordinibus etiam reipublicæ. Precor[a)] igitur, ut hunc mihi condones errorem, si erravi modo. Deinde quod de hexasticho mones, terret, non tam quod oscitantia[b)] Binderi nobis omnibus impingetur, quam quod meo hortatu id carminis cecinit, immo[c)] quod monitus per te corrigere non potuit; exempla enim avexerat Froschoverus. Ego in gratiam tui hoc postularam ab homine, immo[c)] honoris gratia. Ille male sanus et sui veluti oblitus stultum carmen profudit. Atqui factum infectum esse nequit; ego posthac prudentior ero. Theodoro et mihi 31. Augusti scribit Myconius in hæc verba. «Scopus negotii videtur hic esse: Christus totus editur fide, ut fides edere potest. Unum colligo, concordiam impediri non posse nisi per affectuum improbitatem.» Hæc Myconius. Audio item, Bernenses respondisse; quid autem responderint Basileienses, nescio. Aiunt, illorum responsionem a nostra nihil distare; nec aliud etiamnum intelligo, quam Bernatium et Schaffhusianorum animos ad concordiam propendere. Tu autem curabis, ut ipse intersis conventui futuro et indicto ad 24. Septembris. Priusquam autem conveniamus, peto a te responsionem ad quæstionem propositam[2]). — Exempla cum epistolis bona fide curabit Froschoverus. — Sangallen hatt Zürych groß val unnd gunst. Der ander ochs fart dem ersten nach. Yederman gundt den üch vor mencklichem, und yederman meindt, es bedüte vil gůts unnd das wir üch gůts schuldig syend. Wölte gott, der schützen werind mee xin. Vale, observande mi Vadiane. Gra-

tias tibi ago pro iis, quæ de bello Gallico exposuisti; reliqua exspecto[d] anxie. 8. Sept. 1536.

H(einricus) Bullingerus tuus.

Utingerus vir optimus migravit ad dominum et iussit, tibi valedicerem.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, domino suo observandissimo.

a) „æ" für „e". — b) „oss-". — c) „imo". — d) „exp-".

1) Vgl. V, Brief 730. — 2) Vgl. Brief 904, am Schluss. — Die letzte Partie des Briefes scheint sich auf ein in Zürich abgehaltenes Schützenfest zu beziehen, bei dem die St. Galler Schützen besonders vom Glück begünstigt waren.

915. IV 73.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1536. September 9.

Politische Nachrichten. Empfehlung des Überbringers und eines Mannes aus Kreta.

Gratiam[a] et pacem per Christum. Literas tuas cum amplissimo munere accepi, candide vir, munus, inquam, cui impar sum ad habendum saltem condignas gratias, nedum ad referendum. Habeo tamen et ago quantascunque possum, offerendo me ipsum simul in obsequium Reverentiæ tuæ. Ex Italia nihil certi scribere inter tot myriades[b] nugarum possumus. Ferunt, obsidionem Taurini penitus solutam esse. Insuper Mirandulanus comes his diebus venit Ianuam, expugnans ipsam, sed nihil effecit; nam tardius venerat uno die, quam proditio præscripserat, ac interim duo milia dorigerorum urbem ingressi illam ab expugnatione defenderunt. Cæsar in Provincia[c] adhuc persistit. Quidam ex ministris ducis Ferariensis proxima nocte Curiæ fuit in diversorio Michaelis Burgouweri, qui ad Anthonium Traversum sic dixit: regem Gallorum non malam habere militiam, nisi quod non omnino prudenter agat singula; sed propter consilii inopiam timendum esse illi, ne quid adversi passurus sit. Papa laborat gravi infirmitate, quam vetulus vix superabit. Præsentium[d] lator literarum, de cuius manu et donum tuum accepi, causam quandam aget Sanctogalli una cum uxore sua, filia Iacobi Schitli; miseris illis pro tua humanitate, quantum licet, adesse digneris, obsecro. Pauperrimi quidem sunt, sed honestę et probæ vitæ et digni quidem, quibus succurratur. Adest etiam alius cum illis, homo, ut mihi videtur candidus, ex insula Creta oriundus[2]), Græce[d] doctus, qui petiit, ut pro se

scriberem, quatenus commodior[e] illi esset aditus ad personam tuam. Illum et propter dominum comiter, ut soles, suscipias, rogo. Vale. Ex Curia, 9. Septembris 36.

Tuus *Ianus Comander.*

Præstantissimo doctissimoque viro domino doctori Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli dignissimo, domino suo inter primos colendo.

a) „c“ für „t“. — b) „mir-“. — c) „t“ für „c“. — d) „e“ für „æ“. — e) „comod-“.

1) Vgl. IV, Brief 468. — 2) Wohl Marcus Angelus, s. unten dessen Brief vom 1. Februar 1537 an Vadian.

IV 75. 916.

Theodor Bibliander[1]) an Vadian.

Zürich. 1536. September 13.

Er entschuldigt sein langes Stillschweigen damit, dass er die Briefe der Strassburger und von Johannes Oporinus eine Abschrift seines Briefes an Bedrotus abgewartet habe, damit Vadian volle Kenntnis von seinem Handel mit jenen erhalte. Um nun nicht länger zu schweigen, schickt er den Brief des Bedrotus, dem zu entnehmen ist, dass ihm vorgeworfen wurde, er habe den guten Ruf Bucers angegriffen, während er bloss seine Meinung im Abendmahlstreit offen ausgesprochen habe. Vadian möge entscheiden, ob er gefehlt habe; seinem Schiedspruch will er sich unterwerfen.

Theodorus Bibliander D. Ioachimo Vadiano, pręceptori suo S.

Nisi perspectus mihi foret insignis tuus candor et prudentia singularis, summa ope intelligerem excusandum esse meum erga te silentium tam diuturnum, qui non modo respondere, verum etiam gratias agere iam pridem debui, quod vir omnibus modis clarissimus dignatus es ad me, homuncionem infimę sortis, tam benevolas atque amicas dare literas. Quum autem in tuis literis mihi tribuas integritatem non vulgarem — quo sane testimonio tuo gaudeo et, ut magis magisque respondeam, dabitur opera —, non studiose meum animum excusabo, qui tui et studiosissimus et observantissimus est. Ceterum[a] quod hactenus distuli responsum, vel unica ista ratio me reddet apud te excusatum, quod exspectavi[b] ab Argentoratensibus epistolas aque Ioanne Oporino exemplum meę ad Bedrotum epistolę, ut cognito negotio universo, quid a me sit cum istis actum, vel posses castigare vel excusare melius vel, quod maxime abs te peto, consilio posses me iuvare, ne quid perperam fieret a me, admodum infelici gestore negotiorum, quęcunque prope instituo ex animo rec-

tissimo, ut habeam iudices graves, quos non modo approbatores sperassem, verum etiam hortatores ad faciendum ea exspectassem[b]. Sed quoniam Bedrotus rescripsit, Oporinus autem exemplum non remisit literarum mearum, nunc profectus Francfordiam, nolo diutius proferre silentium. Mitto hic Bedrotti epistolam, quam eo melius censebis, quo magis noveris epistolę meę argumentum, idque summatim. In exordio post alia deprecatus sum, ut si quid acerbitatis viderentur habere præsentes literę, tribueret id temporibus, non meo ingenio, qui mallem ineundę amicitię[c] semina spargere atque retinendis animis vincula iniicere, quam illam expostulantis speciem præbere. Narravi postea, ut acceperim, graviter quosdam Argentinę accepisse, quod liber epistolarum editus sit; dictitare etiam, librum pestilentiorem nostro ævo non editum esse, et huius generis alia; id autem quum fieret iniquissime, tamen a me credi ex parte, quod etiam Pellicanus, rediens Argentina, monuerit, nonnulla reprehendi, paginis etiam indicatis. Voluit autem Pellicanus, ut se nominarem. Novi etiam amicorum literas et domesticorum sermunculos. Quod tibi quidem in sinum. Petii ergo, ut mihi fiat copia vel defendendi vel emendandi, et si quid Bedrotus culpandum exsculpserit[d] vel alios errata tanta et pestilentias observasse norit, ad me dignetur ocius[e] perscribere. Idem quoque D. Bucero et Capitoni meo nomine nuntiet[c], oravi, simul promittens satisfacturum, ubi accepissem, quid notent et qua ratione quaque de causa, vel iustas pœnas libenter æquis iudicibus daturum. Ad hæc respondit Bedrotus, quod hic leges et optime iudicare poteris. Miror autem, quum hic certos homines ponat et ad te scribens me deferat, tanquam passim lędam famam Buceri, et quidem immeriti, proscinamque optime de re christiana meritum. Quo crimine an est aliud gravius, Vadiane doctissime? Si dicerem levius insimulari furti aut meditati latrocinii, contra vulgi sententiam pronuntiarem[c], sed non contra veritatem. Et tanti me flagitii apud te incusant, virum clarissimum! Ego meam sententiam, quoties opus fuit, de proposito vel actis potius Argentinensium in paciscenda controversia eucharistię dixi aperte, ut virum decet bonum, nec meum animum clam habui, quoties hic Tiguri nobiscum egerunt; cuius non alios testes quam ipsos Bucerum et Capitonem deposcerem. Hoc si famam est lędere atque proscindere passim non merentis, fatebor peccatum, sed quo mihi utendum semper putem, nisi velim ex eorum haberi numero, qui aliud in ore promptum, aliud

clausum in pectore gestant, et quidem in dei et ecclesię et orthodoxę veritatis negotio. Sed vellem, vel iam indicasset Bedrotus istos certos homines aut saltem ista δεινότερα[f] nuper effutita, ut aliqua esset causę meę legitima et ordinaria constitutio. Petivissem literas ab amicis mea manu scriptas, meo signo munitas et contra me apud Argentinenses protulissem testimonia, illud quicquid est intemperantius, ut videtur, effutitum diluens vel ad deprecationis ferulam et asylum gratię confugiens. Horum quum nihil factum sit aut fiat, causam, Vadiane consul sapientissime atque iustissime, tibi defero, ut, quantum licet per occupationes tuas infinitas, negotium cognoscas et quod tibi leges, quod rei natura, quod usus, quod prudentia iam diu exacuta et polita dictaverit, de me statuas. Nam fretus tua æquitate ac causę bonitate pro me pronuntiatum[c] iri confido. Verum enimvero si me damnes alicuius peccati, absit autem, ut unquam convictus et damnatus a tuo tribunali abeam eius criminis turpissimi, quod ad te contra innocentem est delatum. Non provocabo et pœnas irrogatas sic perferam, ut in posterum longe sim cautior et meli*or*. Porro quid mihi faciendum censeas cum Argentinensibus, te obsecro, per literas doce*as*, ne, quod amicissime et sapientissime nuper monuisti, faciam, cuius aliquando serius pæniteat[g]. Ago tibi gratias ingentes pro isto in me animo et oro, ut se*mper* quidem retineas, nunc autem consulendo et docendo proferas. Non certe cum ho*mine* ingrato aut obtemperandi nescio tibi res est. Studium vero et animum deditum ob*ser*vantiamque debitam pręceptori observandissimo si spectes, neminem habes inter eos discipulos, qui te audiendo bonam copiam literarum et virtutum adepti sunt, cui ego cessurus sim. Postremo quod tuos libros absolutissimos spectat, volui meam sententiam ad poetam excellentissimum versibus scribere, non quidem perinde bonis, sed qui magis delectent musicum quam prosa oratio, siquidem et iuvat canendi peritissimos, audire quempiam stridenti miserum stipula deperdere carmen. Nosti etiam, quod arbitrium fecerit Apollo. Dedit hoc tempus encęniorum nostrorum furorem aliquem, ut, quum a clade optimorum virorum et tanto rerum casu suspensis organis sederim super flumina Babylonis, plangens fortunam filię Sion, omnibus iam perstrepentibus luserim etiam meam insaniam. Quam pro tua humanitate hilari fronte accipies et probe castigatam ad me remittes una cum Bedroti epistola tuoque consilio, ut ex tuo iudicio exactissimo faciam, quod non tam mea, quam aliorum et adeo ecclesię

causa maxime probabile sit. Optime valeto cum omnibus istic[h] bonis, præcipue Christum docentibus. Tiguri, XIII. die Septembris MDXXXVI.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, prę̨ceptori suo longe colendissimo.

a) „cęt-". — b) „exp-". — c) „c" für „t". — d) „exc-". — e) „ocyus". — f) „ω" für „ο". — g) „pœn-". — h) „isthic".

¹) Vgl. V, Brief 797.

917. IV 77.

Auberlin Rüger[1]) an Bürgermeister und Rat von St. Gallen.

1536. September 26.

Ersucht um Zusendung von 60 Gulden gegen 60 Malter Fäsen.

Mein unnderthenig, willig diennst mit fleyß zůvor berait. Fürsichtigen, ersamen unnd weysen, sunders günstigen herrn burgermaister und räthe, es langt an ewer Wißhait mein früntlich bitt unnd beger, ir wellen mir by Lienhart Hochrütiner sechtzig guldin zůsenden, damit ich mine kornfelder unnd äcker widerumb konde besomen, säigen unnd buwen lassen, ouch die zinß, so daruff gevallen, abrichten. Dargegen will ich ewer Wißhait sechtzig malter fasen überantwurtten unnd sollichs mit sonderem gůttem willen allezeit willig sein umb ewer Wißhait zů beschulden. Datum uff den XXVI. tag Septembris, anno etc. im XXXVI.

Ewer Wißhait gehorsamer burger *Auberlin Růger.*

Den fürsichtigen, ersamen unnd weisen burgermaister und rathe der statt Santt Gallen, mein günstigen, lieben herrnn.

¹) Von *Auberlin Rüger* liegt nur dieses eine Brieflein in unserer Sammlung.

918. III 371.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1536. September 28.

Er beklagt sich, dass Vadian ihm seine neueste Schrift über das Abendmahl — die Aphorismen — vorenthalten habe, nimmt aber Nachlässigkeit des Druckers als Ursache an. Er lobt die umsichtige und besonnene Schreibweise Vadians. Dringende Bitten für seinen in Not befindlichen Schwager Gschwend und dessen Kinder.

Gratiam et pacem a deo patre per Christum Iesum, servatorem nostrum.

Persuaderi non possum, doctissime Vadiane, Leonem tuum sic tibi excidisse animo, ut eum excellentissimo hoc thesauro, quem toti orbi

communem fecisti[a], fraudares; negligentiæ hoc potius typographi adscribam. Avidus certe sum illius, tametsi prius lecti, iterum atque iterum devorandi. Utinam ab initio renati evangelii Lutheri et aliorum scripta tanta circumspectione, modestia et verborum castitate condita essent et ornata! Rei enim sacramentariæ naturam sic potenter in lucem produxisti, ut lucide velut in sublimi a cuiuslibet etiam captus hominibus conspici possit; addidisti præterea gratiam causæ, quum omnia dicis suaviter, moderate et graviter. Tanta autem fit omnis oratio, etiamsi per cetera[b] sit omnibus numeris absolutissima, quantum sibi fidei parat comitate et modestia is, qui dicit. Sed de his hactenus. Ceterum[b] te per viscera domini nostri Iesu Christi obtestor, ut, quantum potes (potes autem plurimum), cures, ne preces meę pro Gschwendio nostro ad senatum vestrum factæ vacuę abeant. Moveant vos tot orphani, municipes vestri, moveat anus vidua, moveat vos pater civis. Quidquid in illos contuleritis, in Christum collatum non dubitetis. Scis, vir humanissime, quantum nobis pupillos adeoque omnes pauperes commendarit dominus. Movit certe me ad hanc supplicationem cum pupillorum necessitas, tum patris integritas, quem hactenus nulla occasio a charis pignoribus avellere potuit, non auri sacra fames Gallici, quæ hodie multos vel contra iusiurandum ad extera bella abripuit. Unde certa coniectura est, eum non plane[c] ἄστοργον esse, sed animum adhuc gerere patre et bono homine dignum. Hoc expendite: si militiam[d] cum ceteris[b] esset secutus, quanti vobis pueri ad vos redeuntes constiterint. Neque possum de eius negligentia aut socordia conqueri, quum diu nocteque laboret; sed premit eum dura necessitas. Facite ergo, ut vestram in se benignitatem sentiat miser, et quod donandum destinaveritis, non ipsi, sed mihi reddendum curetis. Curabo ego, ne vel temere prodigat vel negligenter perdat, sed quod munificentia vestra in usum puerorum convertatur. Tu vale, doctissime vir. Ex Tiguro, 28. Septembris 1535 (!).

Leo Iud tuus.

Excellentissimo viro D. Iachimo Vadiano, urbis Sanctogallensis consuli dignissimo, amico et patrono inprimis colendo.

a) „fœc-". — b) „cęt-". — c) „plan". — d) „c" für „t".

!) Vgl. III, Brief 370. — So deutlich die Jahrzahl 1535 zu lesen ist und so auffallend es erscheint, dass Leo Jud sich noch im Monat September in dem laufenden Jahre geirrt haben soll, kann der Brief doch nicht vor der Ausgabe der Aphorismen Vadians geschrieben worden sein, deren an Pellican gerichtete Vorrede vom 19. Mai 1536 datiert.

IV 70

919.

Philipp Melanchthon[1]) an Vadian.

Tübingen. 1536. October 6.

Vom Schreiben hat ihn bisher nur die schreckliche Uneinigkeit in der Abendmahlsfrage abgehalten; dagegen will er nach dem freundlichen Schreiben Vadians nicht zögern, ihm seine Hochachtung und Zuneigung zu bezeugen. Bucer hat auf dem Tage zu Basel (24. September) in guten Treuen über ihre Verhandlungen berichtet; auch Vadian möge sich den Friedensstiftern beigesellen.

S. D. Cum præclara[a]) exstent[b]) ingenii tui monumenta, quæ ostendunt, te ad hæc communia eloquentiæ studia et ad singularem facultatem scribendi carminis adiunxisse magnam interioris philosophiæ scientiam, semper te feci plurimi. Auxit etiam studium et amorem erga te meum, quod intelligebam, te amare puram religionis[c]) doctrinam; nam hanc quoque laudem in homine philosopho eximiam esse iudico. Sed quominus ad te scripserim hactenus, nihil in causa fuit, nisi horribilis illa dissensio περὶ τοῦ μυστηρίου, in qua illi, qui fuerant instauratores doctrinæ christianæ, velut Cadmei fratres inter sese bellum civile moverunt. In quo certamine cum ob alias causas silendum mihi putavi, tum vero etiam magnitudo doloris mei me impediit, quominus hoc vulnus attrectare possem. Sed quia me iam literis tuis amantissime scriptis provocasti, duxi tibi significandum esse meum erga te studium. De controversia ipsa, cum tacuerim hactenus, nolo in præsentia[a]) disputare. Illud autem gaudeo, te non abhorrere a consiliis mitigandæ huius dissensionis. Legi, quæ Bucerus vobis narravit in conventu Basiliensi, ac ego quidem iudico, eum bona fide recitasse illam ipsam sententiam, quam Luthero et ceteris, qui una fuerunt, commemoravit. Rogo, ut te quoque præbeas εἰρηνοποιόν, ne mutuis odiis ac certaminibus ecclesiæ magis dissipentur; et pium iudico, illud sacrum mysterium non duci profanum[d]) symbolum, sed pignus, quod testetur nobis, adesse Christum et efficacem in nobis esse. Sed non instituam hoc loco disputationem. Tuam amicitiam[e]) privatim mihi velim existimes gratissimam esse. Bene et feliciter[f]) vale. Tubingæ, 6. Octobris 1536.

Philippus Melanthon.

Doctissimo viro et egregia virtute prædito D. Ioachimo Vadiano, doctori medicinæ, consuli urbis S. Galli, suo amico.

a) „e" für „æ". — b) „ext-". — c) „rell-". — d) „proph-". — e) „c" für „t". — f) „fœl-".

[1]) Von *Philipp Melanchthon* liegen in unserer Sammlung vier Briefe aus den Jahren 1536—1544 vor; zwei sind undatiert; einer in Bremen aufbewahrt.

IV 83.

920.

Bartholome Jeger[1]) an Vadian.

Bischofzell. 1536. October 21.

Ersucht Vadian im Namen des Rats von Bischofzell, dass er einen Tag bestimmen möge, um ihm ein Anliegen vorzubringen.

Hochgelertter unnd vester, günstiger her, euch seyen mein unnderthänig, willig diennst zů vorann. Geunstiger her, demnach als ich nechstverschinen Mitwuch[2]) mit euch geredt, wie meine hern von Bischofftzell an die fürsichtigen, ersamen und weisen burgermaister, gros und klain räth der statt Sanndt Gallen, ir günstig hern und nachpurn, ettwas werberg (!) und pittlich ansuchen antzupringen hetten, welches euch ungetzweyffellt noch wol bewiss: nun hab ich solhs meinen hern von Bischofftzell, wie ich mit euch unnderred gehallten habe, fürgehallten. Darauff sy sich auff solh mein antzaigen mit ainanndern verainigt unnd enntschlossen haben, das sy obgemellt ir hern und gut nachpuren von Sanndt Gallen in irem anligen und begeren ersuchen wellennd, der hoffnung, solh ir pitt unnd begern bey inen als irn günstigenn hern unnd nachpuren zu erlangen, unnd mich darauf gepetten, euch solhs zu schreiben. Demnach so gelanngt an euch gedachter meiner hern von Bischofftzel, auch mein vleissig und ernstlichs pitt, ir wellen ewerm erpietten nach innen, meinen hern, ain tag bestimpten (!) und ernennen unnd mir den bei disem potten mundtlich oder schrifftlich, damit meine hern dartzů verordnet auf solhen tag erschinen und sich darnach hallten kinden, zu wissen thun. Begern umb euch solhs meine hern von Bischofftzell und ich mit aller underthenigkhait zu verdienen. Datum den XXI. schen tag Octobris, anno etc. XXXVI.

Barthlome Jeger, b(u)rger zu *Bischofftzell.*

Nachschrift von Vadians Hand:

Sind denen von Bischofzell uff ir anlangen vor klain und großen räthen etc. 200 fl. müntz glychen worden uff jars frist. Actum Mitwochen nach Galli[2]), im 1536 jar.

Dem hochgelerttenn vesten hernn Joachim von Watt, doctor und burgermaister der statt Sandt Gallen, meinem günstigenn hern.

[1]) Von *Bartholome Jeger* ist ausser dem vorstehenden noch ein Brief aus dem Jahr 1546 vorhanden. — Um was es sich bei dem «Anliegen» der Stadt Bischofzell gehandelt hat, ersieht man aus Vadians Nachschrift. — [2]) 18. October.

921.

Ammann Hans Vogler[1]) an Vadian.

IV 84.

Zürich. 1536. October 29.

Dank für empfangene Wohltaten. Nach Bericht des Johannes Vogler in Mömpelgard sei der Herzog von Würtemberg am 3. October dort angekommen und habe das ihm von Ammann Vogler überschickte Buch Vadians mit grossem Dank angenommen; ferner wünsche er einen der französischen Sprache mächtigen, geschickten Jüngling für seine Kanzlei in Mömpelgard und den Meister Bernhart Mock für einen projectierten Bau. Der Herzog hat ein kostbares Kleinod und sein Secretsigel verloren und den Johannes Vogler und dessen Frau gleich nach seiner Ankunft beschenkt Ammann Vogler hat seinen Wein (aus dem Rheintal) erhalten.

Min früntlich, underthänig, willig dienst üch bevor etc. Erstlich, min herr und gepietter, bedanck ich mich gegen üch vyler eeren gůthaten, von üch, üwer lieben husfrowen und magten beschechen, zůsampt vyler durch üch angerichtett. Gott segne üch, min herr! Erstlich üch zů wüssen, das mir min gliepter vetter, her Johans Vogler, disser thagen abermals zůgeschriben hatt: erstlich das sin g(nädiger) h(err) uff 3. tag Octobris mitt fröden ze land komen syg, er och ain G. H. hab. Habe das bůch, so ir gemacht und ich im zůgeschickt[2]), mitt hochem danck angenomen; daby im müntlich befoltt, mir ze schriben, ob zů Zürych oder Bernn yendertt möchtte funden werden ain fromer, geschickter jüngling in die cantzely, der da bericht wäre, französisch zů reden und ze schriben. Der wurde wol gehalten; dann er alle sandtbrieff transferierenn müst. Den sölte ich sinem G. H. gen Mümpelgart zůschicken mitt grossem gefallen sins G. H. etc. Uff das hab ich in yl, so fil mir müglich, alhie gefragt. Waiß nochmalen niemans, wiewol ich lieber söllichs ander ußrichten lassenn. Ob ir üch erindernn köndten, by üch etwar erfunden, der getruw, damit der fürst fersorgtt, zů bedencken mir ze schriben, so erst es müglich oder biß ir uff Bassel für uns herkomend. Es ist Johanns Schirmer, mit dem ich ze nacht gessen, entred worden; vermaint, es wäre ain Mülibach vorhanden, der zů Legon, sölte fast geschickt sin. Waiß ich nitt; welt aber gernn, wo ich kondy, der lieben statt Sant Gallen kinder fürdern, wo es ir nutz wäre etc. Witer schript er mir maister Bernhart Mocken halb, das der fürst sin beger; dann er ain schwären buw vorhanden. Verhoft ain g(nädiger) f(ürst), er, Mock, welle dann ungebürlich fordern, als ich im nitt getruw. Pitten, ir im den bigelegten brieff zů geben; und so er abhe well, das er nitt underlass und für mich gen Zurich kom. Wil ich in fürdern, so fil mir müglich, och anhencken. Ittem her Hans

schickt mir zitung byligends zedels schwärer thürung. Item schript mir och, sin G. H. hab im clagt: wie s(in) G(nad) sin credentz klainet und klaider hat besûcht, wie er komen; hat er verlorn ain ainig klainet, das er von sinem vatter und mûtter har hat, kost 1500 gulden, darzû sin aigen secretsigel. Hoff zû gott, S. G. werd druff komen, wo ers verlegt oder gelassen hab. Item so bald er komen, hab er her Hanssen 3 kronen geschenckt und Angnesen ain fässly mitt win. Item min win ist komen, doch mit grossem costen. Ich hab von Stain her gen 12 gulden. Hab dem wirt zum Roten Hus 1 fass lassen müssen. Min husfrow, och ich, pitend üch, uns üwer lieb husfrowen ze grüssen sampt dem puren, der lachen kundt und sy hailset; och junckfrowen tochter, Brosin und alle, so fögel gessen habend. Actum Zurich, Sontag nach Simon et Jude, a. 36 jar.

Ü(wer) williger *Hans Vogler,* b(urger) ze *Zürich.*

Dem hochgelerttenn hernn Joachim von Watt, doctor, altburgermaister der statt Sanntt Gallen, minem sonders günstigen hern.

[1]) Vgl. oben, Brief 666. — [2]) Ohne Zweifel die Aphorismen.

XI 5.

922.

Theodor Bibliander[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1536. October 29.

Der Abendmahlstreit und die Concordie. Freude über Vadians nachsichtige Aufnahme von Versen. Die Gattin Pellicans gestorben.

Gratia, pax et benedictio per servatorem nostrum Christum. Facit tua Humanitas, literis politioribus et divinis tum hausta, tum confirmata, ut tecum agam liberius, non iam reputans, cum quo viro agam, sed potius cum quo ingenio et animo. Ac sane, postquam de gravissimis criminibus concinnata in me accusatio feliciter apud tuam prudentiam et æquitatem sublata est, plura, si modo non ultra legitimos gradus progredi videor, hic reponam, in quibus exspectabo[a]) tuam sententiam. Lectis novissimi conventus vestri actis, quatuor observasse mihi visus sum, quę ab omni spe sanctę in domino concordiæ depulerunt, utque iudicium tuum miror, cui plurimum rectissime defero, et omnium, qui Bucero audito doctrinam hactenus ventilatam et solidę concordiæ fundamenta emicare clarius agnoverunt Basileę. Primum est, quod libris editis, epistolis videlicet et confessione Zvinglii, Lutherus cum suis a concordia sarcienda sunt alienati et stomachosius recusarunt cognitionem sedatam adeoque concordię conventiones absque simplici Buceri repalinodia. Mihi quidem

nostra vel potius veritatis causa penitius cognita videbatur habere certissima verę concordię fundamenta. Secundum, quod expostulationibus accepit bonos viros tam longum iter pacis studio venientes, videtur pectus vacuum modestia et christiana concordia testari. An non magis exciperet dulcissimis amplexibus et lętitię[b] testificationibus? An non conveniebat dicere, quod Iudas de Thamar dixit: «Iustiores me quidem estis», qui tantum laboris et incommodorum sumitis ad me venientes, et ego non dignatus adhuc sum unica litera ecclesias et civitates per dei gratiam non aspernabiles, quas et reges imperatoresque observant inter primas. Tertio ponitur, Lutherum et qui adfuerunt una probasse confessionem Basiliensem, sed obstitisse principes atque civitates, quominus simpliciter receperint; nam apud illos suspicionibus et odio nos flagrare ceu profanatores[c] sacramentorum. Quis in causa sit, dominus novit et iudicabit; sed mihi via compendiaria videretur istis bonis viris testari. Cognitum, Helveticas ecclesias sinceriter[d] ex instituto Christi administrare eucharistiam sanctam et incolumem perstare doctrinam de cena[e] domini, quam hactenus in Saxonia divino verbo tradiderunt, eique non discrepare doctrinam Superioris Germanię traditam ecclesiis et nihil restare, quam ut in unitate spiritus evangelium et regnum dei provehant. Postremo iactatur etiamnum, inania nos habere signa; quę non modo vanissima, sed etiam imprudentissima calumnia est, quum dicamus, nos mysteria sacra corporis et sanguinis dominici celebrare. Denique quis unquam vidit inane symbolum aut signum tam in divinis, quam in profanis[c] rebus? Hæc[f] quo magis perpendo, sic videntur spem pacis sanctę cum deo et veritate, quam hactenus dei gratia veximus, tollere, ut rogatus sententiam palam testatus sim, me non videre spem reliquam ecclesiasticę concordię inter istos homines, eamque sententiam confirmarunt Buceri retractationes in evangelistas; in quibus longe aliter pronuntiat[g] etiam, nisi perdidi omnes sensus, quam tibi et Bullingero Basileę et Pellicano Argentinæ testatus est. Mihi quidem non videntur ob multas causas dissimulanda, quę pronuntiat[g] de pręlonga ista pręfatione, ut tu ipse leges in retractationibus cap. XXVI. Math. Tamen modeste ac breviter ad Bucerum scribam, ut magis cognoscam illius sententiam plenius, quam ut certamen excitem. Utrum autem profecerit an defecerit in doctrina sincera[d], iudicent prudentiores exactius. Ego tantum assequor, quod et Bucerus confitetur, se nonnulla iam aliter tradere quam

antea. — Ceterum[h] dici non potest, quam delectet tua modestissima patientia, quę aures tam benignas prębuit rudibus versibus, ut non modo perceperis, sed ut suaves acceperis et descriptos reposueris nonnullaque in meliorem modulum refeceris. Vellem sane, plura castigasses; nam adeo non male tornatos versus incudi reddideram, ut ipse multa immutaverim in carmine ab ipsis follibus et encęniorum strepitu vel potius furore ad te profecto. Unum hoc vellem tibi probari potuisset, quod Erasmum notavi per Batavum scium, volens clarissimo viro patriam adiungere, in qua omnes infinite superat, et contrarii gratiam adsciscere, alludendo ad proverbium auris Batava. Lutherum *faci*le dicam vel impigrum vel epitheto alio insignitum. Versiculum, ut dominus Romę superis imperitet, quum syllabę in voce superis essent mutandę, sed domino nostro sine parabola dedicavi, palam detestans, Romulidum ut Pappas imperitet superis. Tibi vero, clarissime vir et pręceptor colendissime, gratias ago immortales pro tuo animo propensissimo et beneficiis benevolentissime collatis, quę nullum tempus abolebit semper quidem intento ad gratificandum. Simul rogo, ut pergas consilio auctoritateque[i] tua iuvare Theodorum, tui studiosissimum homuncionem. Vale felicissime. XXVIIII. die Octobris.

Heri uxor D. Pellicani diem ultimum feliciter in domino clausit.

Clarissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, pręceptori suo longe colendissimo.

a) „exp-". — b) „-cie". — c) „proph-". — d) „sync-". — e) „cœna". — f) „e" für „æ". — g) „-ciat". — h) „Cęt-". — i) „auth-".

1) Vgl. oben, Brief 797. — Das Jahresdatum ergibt sich aus dem Inhalt des Briefs.

IV 86.

923.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1536. November 1.

Er übersendet einen Brief Melanchthons, den ihm ein Strassburger Diakon übergeben hat, berichtet von seiner Besprechung mit Melanchthon und Ambrosius Blaurer in Tübingen und gibt den Schweizern den Rat, ihre Antwort zu verschieben, bis sie sich auf eine solche geeinigt haben.

Salus et pax Christi.

Argentinensis quidam diaconus has mihi dedit tibi mittendas, vir observandissime; manus, ni fallor, est Philippi. Statim vero cum redissem domum e Basilea, Tubingam me contuli, Philippi et Ambrosii gratia; utrosque autem desideratos[a] inveni. Quo animo Philippus sit, forte ex literis audies; cautus est autem in omnibus responsionibus,

id quod plerumque prudentis est. Ambrosio non omnia per omnia placent, quę geruntur, et multos metus habet non vanos. Quod autem ad vestras ecclesias adtinet, danda est tibi et reliquis cordatioribus summa opera, ne scindamini. Differte saltem negotium vel responsionem, donec illam unanimem dare possitis. Hoc nisi feceritis, sentietis, quantum malum ipsi vobis sitis accersuri. Vale, ornatissime vir et ora deum pro ecclesia nostra. Datum Constantiæ, 1. Novembris 1536.

Tuus *Ioannes Zvick.*

Præstantissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, reipublicæ Sangallensis consuli, domino meo observandissimo.

a) „desyd-".

1) Vgl. II, Brief 152.

924.

Stadt-B. Zürich.

Vadian[1]) an Heinrich Bullinger.

St. Gallen. 1536. November 2.

Entschuldigung für die flüchtig hingeworfenen, nachfolgenden Ausführungen. Bedauern über die Weigerung der Zürcher, die Artikel Luthers zu unterschreiben. Betrachtung der ganzen Sachlage und dringende Mahnung zur allgemeinen Annahme der Concordie und zur Verständigung mit Luther. Vorbereitungen zur Reise an die Basler Conferenz. Unterstützung des Schwagers von Leo Jud (Gschwend) durch den Rat in St. Gallen. Erläuterung einer Correctur an einem Gedichte Biblianders.

S. Accepi literas tuas, quæ haud admodum lætum nuntium[a]) attulerunt, de recusata videlicet ab episcopis vestris subscriptione articulorum Lutheri. Doleo enim, ita trahi tantæ rei negotium, ut non modo graventur expensis magistratus urbium aliquot dudum fessarum, sed augeatur etiam suspicio dissidii inter nos tanti, ut toties congressi atque altero iam anno de concordia super unico articulo eucharistiæ stabilienda fatigati, adeo distemus doctrina et sensu, ut ne istis quidem tantis et laboribus et expensis sit profectum, sed etiamnum hæreamus in eodem, quod aiunt, luto et sint posteriora fere deteriora primis. Hac enim offensione etiam boni et pii viri tentantur, ægre ferentes procrastinationem, quam nullæ aliæ caussæ pariant præter suspiciones et simultates quasdam christianis non dico ministris, sed membris quibuslibet Christi plane indignissimas. Parum fidit vobis Lutherus; contra vos Luthero parum fiditis. Ille caussam prætexit, quod in medio concordiæ tractatu edito libro ita Zvinglii et Oecolampadii cum doctrinam, tum etiam famam et gloriam vindicare fueritis conati, ut nihil minus spectare vos palam sit visum

quam candidam et parti adversæ sese attemperantem concordiam, cum de natura tamen sit concordiæ non modo condonare, quæ quocunque errore admissa sunt, sed permittere etiam ex æquo bonoque quicquam et partem reconciliatam sic amplecti, ut plus ei velle videamur quam nobis ipsis. Queritur ergo Lutherus et iure id se facere putat, quod ad concordiam paratus et facilis sic invidiose exceptus sit in edito illo opere, ut nihil non sit ad summam æquitatem tractum, quod est a Zvinglio et Oecolampadio proditum, etiam in pugna et plus quam vehementi illa de eucharistia contentione, cuius prorsus vos oblivisci oportebat; contra quod de se dictum aut scriptum est, id omne ita sit oblitum felle aut saltem morsibus obliquis attactum, ut vel stupidi et parum nasuti, si legant, videant Lutheri nomen et doctrinam non modo contemptam, sed reprehensam etiam, idque ab his, qui panem pacis altera manu offerebant, interim ex altera saxum illud durum tacitæ criminationis eiaculantes et palam testantes, ne latum quidem digitum vos a magistrorum vestrorum placitis recessuros inque illo Pythagorico conquieturos: αὐτὸς ἔφη. Quicquid tandem concordia illa aliorum studio tantopere quæsita exspectataque[b] polliceretur? Contra vos suspensos tenet vehemens Lutheri assertio locorum quorundam, quos hactenus in libris suis contra traditionem vestram longe aliter tractavit, quam declaratio per Bucerum et Capitonem allata contineat, ut inde verendum sit, arte vobiscum et fraude agi, ut, si nudi articuli vestra manu subscribantur, ille abuti candore vestro et aliquam in nassam adigere vos possit, unde et difficile sit extricare. Accedit ad hæc, quod perpetui contemptus speciem præ se ferre videtur Lutherus, dum ad alias Germaniæ Superioris ecclesias tam libenter et candide scripsit et scribit, ad Helvetiæ ecclesias, nihilo indigniores vel maximis Germaniæ reliquæ ecclesiis, ne iotam quidem hactenus scribere dignatus fuerit atque hoc perpetuo animo esse videatur, ut, dum rebus vel leviter commissis mirifice commoveatur nec quicquam boni pergat consulere, quod vel candide in parte vestra agitur, gravi quoque et attracto supercilio illos per initia Wittenbergæ exceperit, quibus caussæ vestræ tractatio fuit commissa, non videatur facile animo sincero et ad christianam concordiam parato quicquam agere aut instituere. Lutheri caussam gravant Buceri retractationes, quoniam et hæ nescio quid animi haud parum a vobis abalienati præ se ferant, doletque retractasse, velut vestris relictis in aliena atque adeo hostilia castra sese

contulerit perfugio, ut ne memoretur, quod præcipuos quosdam ministros ecclesiarum vestratium, licet non nominet, miro tamen contemptu premere et elevare videatur; in summa autem ex omni negotii habitu appareat, tantam esse partis alterius partim inconstantiam et vacillationem, partim invidentiam et simultates, ut de concordia vobis sincera[c] et solida ægre polliceamini etc. Quæ omnia, mi Bullingere, dum video et contemplor — liceat mihi pro meo more et tua sinceritate[c] libere tecum loqui —, quid aliud equidem, velut in specula aliqua sedens et in hanc vestram disceptationem despiciens, intueor quam carnales et plus quam humanos affectus, quibus commoti utrinque et conturbati nullum finem facitis dissidiis et, quod longe infirmius est, suspicionibus, quas apostolus tamen inter insignia carnis opera censere solet? Cumque ad publicam pietatis caussam foret respiciendum consultandumque et conandum, ut gravissimæ offensiones discordiæ, plus satis hactenus exercitæ, tollerentur neve essent amplius, qui opprobrare illam vobis possent: vos velut carni indulgentes carnalibus illis studiis, utcunque a professione vestra alienis, consumimini, hostibus interim Christi insigne et amœnum spectaculum facti, qui ad hunc usque diem nullis viribus suis, sed una illa vestra et sola discordia superiores, nihil sibi de rebus suis firmandis ob vestram dissensionem non pollicentur. Atque utinam sic ageretur noxia illa tragœdia, ut in ea nihil exstaret[d] τῆς φιλαυτίας, quæ omnium carnalium studiorum pedissequa est! Fateor quidem, gravem esse et propemodum intolerabilem homini civili iniuriarum intentionem, et rarissimi sunt, qui ad stimulum illum non recalcitrent; sed assero interim, christianæ charitatis atque adeo sancti spiritus consilium esse condonare et parcere et pacem offerentibus christianam omnibus modis adquiescere, concordiamque ecclesiarum in dogmatibus, quæ scripturis nituntur et quorum veritatem ex scripturis agnoscimus, adeo nobis excipiendam esse utrisque, quod dicitur, ulnis, ut ne famæ quidem aut rerum ulla ratio sit habenda, quominus illa impediatur. Dico igitur — et quod dico etiam sentio —, parum oculatos vos utrinque in callidissimas illas Satanæ versutias videri, qui perdius et pernox id curat maxime, ut successui evangelii Christi remoram iniiciat et, quibus potest conatibus, antevertat meliora. Porro si, quod res ipsa habet, utrinque expenditur, deprehendetis vel inviti, privatas adfectiones vos eo habere loco, ut dignas eas iudicetis, quæ publicæ accessioni veritatis et gloriæ Christi opponantur, et concordiæ occasionem, longe omnium rerum optatissimam, viliori

loco habeatis, quam mereatur. Nec Lutheri enim nec Buceri nec Zvinglii nec Oecolampadii negotium agitur, dum in hac re sollicitæ[e] sunt per charitatem ecclesiæ, ut de illorum concordia constet, qui iam doctrinæ suæ æstimatissima collatione facta palam confitentur nihil esse reliqui, quod ullum locum dissidio relinquat. Quid enim fuit in toto eucharistiæ negotio, quod in conventu Basiliensi proximo Bucerus et Capito non ita discusserint et explicarint Lutheri nomine, quin omnes vos omnium ecclesiarum Helveticarum caussa gratiis actis per omnia contenti haud aliud postularitis quam rerum actarum ad magistratus relationem, spe certa et indubia adducti, futurum ut facile illi assensuri essent, simulac assensisse per omnia ministros Christi animadvertissent? Quæ ergo, mi Bullingere, pietas est, quænam prudentia aut civilitas, privatis adfectibus id largiri, ut publico, candido, expresso et ad iudicium nostrum examenque redacto emendatoque consensui et concordiæ locum facere et cedere ex merito non debeant? Nollet editum epistolarum opus illud cum sua præfatione Bucerus et indigne fert, proditum se nomine eo loco, quo pacis gratia minus eum nominari oportuit. Quid hic scrupus cum ecclesiarum concordia conferendus est? Neque hoc Bibliander ille vester, vir pientissimus, dignum puto iudicabit, ut, quoniam oblique se perstrictum a Bucero queritur, ideo repente sit de Germanicarum ecclesiarum concordia in verbo Christi sarcienda desperandum; immo[f] hoc pronius in hanc rem incumbet omnibus, ut aiunt, viribus, ne privatis et propriis plus tribuere quam publicis ecclesiarum et Christi gloriæ commodis prehendi possit. Publicum est, o Bullingere, quod ad concordiam tam feliciter nobis oblatam pertinet, non privatum. Res est cœpta[g] necessitate, non industria aut beneplacito paucorum. Offensio ingens premit infirmos, alit impios. Risus erit pontifici et ecclesiæ malignantium, quod vos, qui christianam doctrinam puram et postliminio restitutam vobis vendicatis, in dogmatibus interim summis et maximis ex diametro dissentitis et spiritum sanctum omni ministerio vestro tribuitis, qui spiritus tamen veritatis et pacis est, unam fidem unumque dominum professus, uni perpetuo eique soli verbo dei innitens et omnia fulciens. In quo cum iam nunc nobis super eucharistiæ doctrina palam conveniat neque quicquam sit, quod gravare nos potuerit, tanta fide, ut dixi, expositis omnibus, id nobis ante omnia satagendum est, ut de concordia eius dissidii primum testemur orbi christiano, dein, si quid privati accidit, quod aut

charitatem aut meritam paucorum existimationem læsit, id privatim et bonorum opera placemus et, quod reliquum est, egregia spe exercendæ vicissim charitatis et benevolentiæ utrinque nos confirmemus, ante actorum interim obliviscentes, quæ rursum resumpta aut admissa non pacem, sed ultionem meditantur. Tantum abest, ut, qui concordiæ student, eorum memores esse possint, adversum quæ concordiæ sanctio potissimum recepta est, quanquam[h] hoc unicum spectat toties tentata concordia, ut non quæ nostra, sed quæ Christi sunt, quæramus et longe amandemus carnales motus animorum, ad sua perpetuo spectantium nec cernentium, quid ad ædificationem ecclesiarum Christi et augmentum fidei per omnem orbem christianum pertineat. Concordiam exoptat ecclesia Bernatium, Basiliensium, Schafhusianorum, Sangallensium, Mullhusanorum, Bielanorum, quibus addo Glareanam, Abtzellanam, Rhæticam[i], Doggenburgensem, Durgavianam, Neuburgensem, Vallis Rheni et ceteras, quæ Christum per Helvetiam summis in tentationibus infractæ docent et profitentur, quibus nihil privati est cum quovis homine dissidii, quæque gaudent et deo agunt gratias, quod Luthero et suis ea mens donata est, quæ illæsam velit doctrinam de eucharistia, quam illæ hactenus suis proposuerunt hodieque proponunt, docent et tenent, Basiliensem illam confessionem uno ore confirmantes et optatum exspectantes[b] rei tam sanctæ et tanto tempore desideratæ finem. Quibus omnibus quia Tigurina ecclesia primatus dignitate præit, doctrina etiam et eruditione merito præscribit, par esse iudico, ut et hæc contra illis tribuat et largiatur, ne in oblata concordiæ occasione privatis quibusdam et parum attinentibus caussis sese abalienari sinat et rem intermittat, quæ extra omnem controversiam ecclesiis Christum professis maximam utilitatem afferet; immo[l] hoc se promptiorem in aliarum gratiam exhibeat, quo magis doctrina et auctoritate reliquas Helvetiæ ecclesias antecellit. Vehementer nocuerunt etiam vetustis ecclesiis simultates episcoporum; quantum autem damni dederi(n)t, Romana nobis ecclesia (nisi cæci[k] sumus) ponit ob oculos. Sed retractavit, inquis, Bucerus. Quid tum postea? Suo tantum nomine et ante a se scripta ita retractat, nisi fallor, ut non dissentiat a vestra doctrina, quanquam ita verba moderatur, ut in Lutheri gratiam retractasse videatur. Quod quidem quo consilio factum sit, videre mihi videor. Offensus enim nonnihil nominis sui proditione, quæ in epistolarum illa editione facta est, testari semel de animi sui can-

dore voluit, idque palam et apud eos, a quibus insimulatus esset, quod, cum tantopere tot annis concordiam ecclesiarum ursisset agitassetque, nunc demum socium se fecerit in edendis quibusdam, quæ et veterem contentionem refricarent et ad novam invitarent, longe alienissima ab horum animis, qui candide cupiunt in christiana pace convenire ecclesiis. Hac enim de re se questum esse cum publice tum privatim non modo in fratrum collatione, sed ipso etiam in senatu, cum Basileæ ageremus, tute ipse nosti et audisti. Placuit igitur offenso animo testari palam, se nihil minus quærere, quam ut rursum damno simus ecclesiis contendendo aut simultates exercendo. Quod vero queritur, haud satis antea se assequi ex Lutheri verbis potuisse de eo sensu, quem Wittenbergæ primus didicerit, doletque, non observasse se pro dignitate ministros Christi, respondeo: non habet quicquam, quod merito vos offendat, cum hoc ipsum faciat cum Zvinglii et Oecolampadii non commendatione modo, sed etiam excusatione atque adeo (si recte attendas) defensione. Neque aliud (mihi crede) honesto illo et pleno charitatis colore quæsitum est, quam ut ecclesiis nostris Lutheri doctrina ceu nihil a vestra diversa commendaretur. Non veretur enim tribuere Luthero, quod his solemus, qui a nobis sunt offensi, et simul docere, non aliud sentire eum, quam quod Bucerus et sui dudum senserunt, adiecta purgatione Zvinglianæ et Oecolampadianæ doctrinæ de eucharistia. Quam tractationem equidem non obesse concordiæ, sed prodesse puto, et sæpe tecum egi, videri mihi plenum charitatis et prudentiæ, si deferamus his, quibus iustis de caussis, sed et magno cum pietatis fructu deferri potest, nec aliorum merita, sed nostra potius officia et, quid debeamus gloriæ Christi, in animum revocemus. Attigit quidem Bucerus et nonnulla paulo[l] amarius, quæ sane prætermissa cuperem; sed homo est Bucerus, nec ab eo quicquam hominis alienum est. Atqui hæc omnia etiamnum privata sunt, ad con-concordiam stabiliendam parum attinentia. Non enim spectandum, quid tractet privatim aut retractet Bucerus, sed quæ doctrina nobis Lutheri nomine oblata sit, quæ accepta et admissa concordiam possit sarcire. Ea vero talis est, ut per omnia cum vestra, id est Zvinglii et Oecolampadii doctrina concordet nec sensum mutet, sed formulam afferat vocum, qua et vetustissimi ecclesiæ doctores sunt usi, et ea quidem condicione[m] offerat, ut liberum sit vobis, ea coram vestris ecclesiis vel uti vel non uti, modo de sensu doctrinæ receptæ interim constet; ut taceam, quod

post editas retractationes suas de sua et Lutheri fide et sinceritate coram legatis et ministris Helveticarum ecclesiarum testatus est, ut[n] constare mihi nequeat, aliter sensisse eum retractando, quam sensit declarando, licet aliis atque aliis formulis sermonis utatur. Video quidem (ut ante dixi) pluscula in parte altera, quæ merito vel offendant vos vel metum incutiant mali eventus; tamen eo animo sum, ut existimem gloriam Christi et pacem ecclesiarum pluris æstimandam, quam ut a concordiæ occasione hisce remorulis et offensiunculis[o] abstrahamur. Periculum formidatis, si nudis articulis subscribatur. Ego nihil prorsus video periculi, cum quod non edentur articuli, ea modo caussa concepti, ut de mutuo consensu eoque claro constare possit — nollem conceptos esse, nedum subscriptos; sed quid facias, hominibus offensis haud admodum iniqua postulantibus ab his ipsis, qui offenderunt; atque ut donem, nullam esse caussam aut fuisse, cur offenderentur, tamen certum est, librum illum epistolarum nullo detrimento post concordiam constabilitam rectius edi potuisse, multis de caussis, quas in præsentia sino —, tum etiam quod clarissima condicione[m] præmissa articulis illis subscriberetur, nempe ad eum sensum intellectis, quem Bucerus, Capito et Zvikius non ministris modo ecclesiarum Helveticarum Basileæ congregatis, sed legatis etiam senatoriis, summo magistratu Argentoratensi præsente, nec in angulis, sed in ipso prætorio urbis Basiliensis, consulibus eius urbis et bona magistratus parte præsentibus, tanta cum contestatione veritatis e Wittenberga nobis attulerunt. Finge autem, hoc in animo esse Luthero, ut manu vestra pro recondita aliqua sententia sua tanquam probata a vobis et concessa sit abusurus, quid, oro, tam ridiculo consilio proficeret, utcunque versutus et callidus? An non testes habemus clarissimos viros duarum urbium, Argentorati dico et Constantiæ, qui totius actionis nostræ probe sunt gnari? et quæ, oro, pestis, quod incendium excitari[p] adversus oblata concordiæ media maiori cum damno posset, quam si his modis et suam fidem prodere et nostram impugnare Lutherus pergeret? Nec posset alia re magis commendari orbi caussæ nostræ sinceritas, quam si his modis benevolentia et humanitate nostra ille abusurus esset. Sed absit procul, ut istæc[q] suspicemur. Nuper enim ad me e Tubinga Melanthon scripsit, legisse se, quæ Bucerus nobis narrarit in conventu Basiliensi, ac se quidem iudicare, eum bona fide recitasse illam ipsam sententiam, quam Luthero et ceteris, qui una fuerunt, com-

memoraverit. En tibi et Philippi testimonium, cuius manum mecum habeo. Quantum igitur usuræ facere vel tenuissima sorte possemus, si id parti alteri daremus, antevertente benevolentia nostra, ut eos ipsos articulos vel nudos vestra manu subscriptos D. Lutherus cerneret, quos maximarum ecclesiarum Germaniæ antistites iam nunc manu sua firmarunt et receperunt? Cerno quidem, mi Bullingere, quid metuatis; sed persuaderi mihi non potest, ut credam, sic unquam actum iri, ut suspicamini, et cuperem, id genus suspicionibus modum adhiberi, ut aut totas sineremus aut non daremus locum nisi valde expositis et magnis. Porro hæc non scribo, velut damnem aut vestrum aut senatus vestri in hac re consilium; possunt enim aliæ caussæ esse, quæ longe me prætereunt, quibus utrinque moti hunc ad modum agendum in præsentia decreveritis, et fortasse subscriptione non erit opus, modo alia media, quæ Lutheri postulatis aliqua parte satisfaciant, non detrectentur. Omnino enim id nobis curandum est, quod perpetuis literis ad me suis Zvikius monet: ne pugnantibus sententiis scindamur; quod ipsum et tu literis tuis anxie flagitas. Sed enim Basilienses (ut coram audisti) concordiam iam receperunt, quorum ministri non doctrina modo et eruditione, sed prudentia etiam et iudicio nobis omnibus commendantur, ut sit necesse, aut nos reliquos eandem inire et recipere et de subscribendo aliove medio tentando deliberare, aut re infecta divisos iam et divulsos proxime e conventu regredi. Nauseam enim pariunt[r)] etiam bonis toties iteratæ relationes, quamquam suspicer, apud vos esse magnos etiam viros (ut sunt alibi quoque), quibus nihil est gratius. Age igitur per deum immortalem, ut caussæ tamdiu ventilatæ demum finis aliquis faustus imponatur, et cum potestate venite vos Tigurini, ne toties referre clarissimam caussam ad magistratuum cognitionem cogamur. Omnia enim isto modo tribuuntur magistratui, ministrorum interim dignitate supra modum pressa et extenuata; ut taceam, quod illorum consilia haud raro adfictissima esse experimur, cum nihil magis a re Christi sit alienum, quam affectibus obnoxia consiliorum tractatio. Mihi in præsentia duo media incidebant, quibus uti nos reiecta subscriptione possemus; quorum unum est: si ministri responsum nuper Basileæ datum Argentoratensibus amicis literis insertum D. Luthero transmitterent, una cum declaratione, subscriptum scilicet a ministris, qui Basileam venient[s)], omnium ecclesiarum et ministrorum Helvetiæ nomine, precare(n)turque, hac ipsa responsione

contentus esse vellet et id nunc agere, ut de publica aliqua formula doctrinæ nostræ et fidei de eucharistia concepta deque edenda ea a partibus deliberaretur etc., minime defuturos vos gloriæ Christi pacique et concordiæ sinceræ etc.; ad quem modum si ageretur, non dubito, quin Lutherus parabilem[a] se exhiberet, ampliore subscriptione non efflagitata, quod quidem et Buceri et Capitonis æquanimitas factum nobis forte posset (!). Alterum est: si legati una cum Basiliensi magistratu id ipsum suis literis amice scriptis agerent et suo et ministrorum nomine, sub sigillo urbis Basiliensis, proprio misso tabellione, non dubitarem, quin quidem eo consilio pacare Lutherum possent, ne ampliorem subscriptionem urgeret. Mihi vero commodissimum videretur, si iunctim id utrique præstaremus, ut hoc clarius emicaret et fides nostra et humanitas; præterea hoc fideliora fundamenta iacerentur omnis amarulentiæ declinandæ, et coram cerneret Lutherus, nihil minus suspicandum sibi, quam nos ex amino nolle concordiæ acquiescere. Nisi enim fallor, res ipsa iam nunc expostulat, ut cum ipso demum Luthero agamus nec amplius desimus cum nostris tum exteris ecclesiis et gloriam verbi Christi gloriæ nostræ longo intervallo anteponamus. Quod ut fiat, in vestra et Bernatium ecclesiæ manu existit. Senator noster certe nihil renuet, quod modo ad pacem ecclesiarum Christi sit facturum. Reddidi Dominico tuas literas, simul et acta synodalia dedi, qui symmystis ea præleget ac deinde de sua ipsorum sententia vos certiores reddet. Ceterum tibi, selecto amico et domino, libuit hæc vel intempestive in sinum confundere, obtestans, uti vigilare tu quoque pro tuo more pergas. Videtur mihi in ipso articulo iam nunc sitam esse negotii qualitatem, ut nihil nobis felicius obtingere Christum amantibus possit, si operam demus firmandæ concordiæ; contra autem nihil periculosius multis de caussis, si occasionem eius in præsens transmittamus. — Gravamur itinere miris modis, obsecrantes te, ne non consulas boni, quod recta Basileam tendemus. Sabbato deo volente Brugis ad Vocetium prandebimus, adventum tuum libenter exspectaturi[b], nisi tu præverteris; pernoctabimus autem Momphi. Da, oro, operam, ut vel hic vel illic conveniamus, ut crastino una Basileam ingredi liceat. Vale in domino Iesu cum fratribus vestris omnibus. Scripsissem et Bibliandro et Leoni, cuius sororio aureos duos a senatu impetravimus. Pellicanum quoque venerandum virum fuissem consolatus; sed vix vacabat istæc[a] perscribere, ut sit per te mihi apud hosce impetrandum, quo omnia

boni consulant. Bibliandro dicito, mihi Batavi vocem in suo illo emuncto carmine minime displicuisse; sed quod expunxerim, in caussa fuisse syllabam penultimam, quam ipse semper produci putavi[2]), Martiale auctore[u)] deceptus, qui fere producit, cum Lucanus interim corripiat. Cano igitur illi palinodiam et vocem recipio, quam expunxeram. Vale iterum. Sangalli, 2. die Novembris, anno 1536.

Tuus ex animo *Ioachimus Vadianus.*

Exscripturus[v)] eram, quod repente et festinante calamo, ut quæque in animum inciderant, exararam; sed casu indepti tabellionis occasione est factum, ut lituras tibi pro literis libuerit mittere. Imminet enim dies conventui addictus, et me alioqui, supra quam placeat aut ferat animus, negotia obruebant. Proinde orandus mihi es, ne id velis aut negligentiæ nostræ aut alii ulli caussæ adscribere. Imperassem certe calamo, quo exactius pinxerit omnia, nisi animus mihi fuisset rescribendi, quæ prima ac ea quidem festinata meditatio suggesserat. Vale.

Domino Bullingero, tanquam fratri.

a) „c" für „t". — b) „exp-". — c) „sync-". — d) „ext-". — e) „solic-". — f) „imo". — g) „cepta". — h) Oder „quantum"? Abkürzung. — i) „Rhet-". — k) „cœci". — l) „paullo". — m) „t" für „c". — n) „et" mit übergeschriebenem „ut". — o) „offent-". — p) „-are". — q) „isthæc". — r) „parunt". — s) Aus „venerunt" corrigiert. — t) Für „pacabilem" verschrieben? — u) „aut-". — v) „Excr-".

1) Vgl. I, Register, unter «Vadianus». — Der Brief ist nur noch in Abschrift in der Simmler'schen Sammlung vorhanden, mit der Notiz: «Ex autographo Vadiani in bibliotheca nobilissimi compatris mei Henrici Schneebergeri». — 2) S. oben, Brief 922. — Die Verse Biblianders zum Preise der Aphorismen Vadians sollen den Nachträgen zu diesem Bande beigegeben werden.

IV 87.

925.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1536. November 8.

Die Concordie. Politische Nachrichten. Der bevorstehende Martinimarkt.

Gratiam[a)] et pacem per dominum Iesum Christum. Literas Humanitatis tuæ accepi, candidissime Vadiane, nec pluribus nunc respondeo, eo quod suspicer, literas has te domi tuæ non offensuras, sed Basileam te repetiisse, de concordia acturus, quę utinam iusta ac sincera[b)] efficiatur; nihil enim iam plus in votis habeo, quam concordiam illam veritati consonam, quam et penitus scriptis tuis in libris de consideratione eucharistiæ conformem opto ac desidero[b)]. De Cæsare certa dare non possum. Sunt qui aiunt illum Hispaniam repetere, sunt qui aiunt Jenuæ hiber-

naturum ac vernis mensibus Augustam Vindelicorum venturum, atque id certo affirmant. Nundinas nostras iam instantes exspectabimus[c], quæ nugarum plaustra, ut solent, advehent. Ex his te de omnibus, quantum possum, certiorem faciam. Vale. Ex Rhætorum[d] antiqua Curia, die octava Novembris 1536.

Tuus perpetuo *Ioannes Comander.*

Ornatissimo doctissimoque viro domino doctori Vadiano, Sangallensi consuli, domino ac fratri suo charissimo.

a) „c" für „t". — b) „y" für „i". — c) „exp-". — d) „e" für æ"

¹) Vgl. IV, Brief 468.

XI 54.

926.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz. 1536. November 1—14?)

Er wird einem Wunsche Vadians wenn immer möglich entsprechen; doch sind Hindernisse vorhanden. Erneuerte Mahnung, unter allen Umständen einig zu bleiben und bis nach einmütiger Annahme der Artikel der Concordie lieber zurückzuhalten. Die Haltung der Schaffhauser und der St. Galler Geistlichen.

Salus. Nullum non lapidem movebo, ne desim petitioni tuæ. Ceterum[a] impedit me iam mala valetudo[b] præcipui ex ministris; deinde in media tractatione sumus istius negotii, et multorum multæ sunt cogitationes, ut multis ad dominum precibus opus sit ex omni parte. Iterum vero te hortor, observandissime vir, omnibus modis caveas, ne vos ipsi scindamini. Cunctatio fortassis plus proderit, donec vestri omnes, solide instituti, unanimis votis recipiant concordiæ articulos. Iam bis contionandum[c] est mihi et negotium concordiæ fratribus Lindaviensibus describendum; itaque absentiam meam bene vertas. Schaffhusianos intelligo minus bene velle articulo eucharistiæ et baptismi; de vestris ministris idem suspicor. Ceterum[a] sana et fraterna institutio satisfaceret piorum animis. Plura non possum. Vale.

Iohannes Zvick tuus.

(Adresse fehlt.)

a) „Cæt-". — b) „valit-". — c) „c" für „t".

¹) Vgl. II, Brief 152. — Dieser undatierte Brief Zwicks ist ohne Zweifel kurz nach demjenigen vom 1. November geschrieben worden und scheint die ablehnende Antwort auf eine Bitte Vadians zu sein, dass Zwick der bevorstehenden Basler Conferenz (vom 14. November) beiwohnen möge.

B 81.

927.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1536. November 20.

Die politische Lage in Italien. Erkundigung nach dem Verlaufe der Disputation in Basel.

Gratiam[a)] et pacem a domino per Iesum Christum. Non est, ut te multis fatigem, vir egregie; nundinæ enim fere nihil novarum, ut solent, rerum attulerunt. Unum hoc: in Italia omnia minitantur futura bella, et quidem atrocissima. Cæsar (ut retulit nobis Ioannes Scharner, qui ex Mediolano venit proxime ante nundinas) a Ienua solvit, Hispaniam repetens, ea tamen lege, ut certo sit verno tempore reversurus. Interim in Italia omnia repleta sunt factionibus, ut merito multa mala illis sint eventura. Ceterum[b)] quid per vos Basileæ actum sit, scire avidissime desidero[c)], si bona sunt et in evangelii profectum. Deus optimus maximus ecclesiam suam promovere et conservare dignetur sua gratia ad suam ipsius gloriam. Amen. Vale, vir candide. Ex Rhætorum[d)] Curia, vicesima die Novembris 1536.

Tuus *Ioannes Comander*.

Præstantissimo viro Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli, domino suo colendissimo.

a) „c" für „t". — b) „Cęt-". — c) „desydero". — d) „e" für „æ".

1) Vgl. IV, Brief 468.

IV 92.

928.

Johannes Zwick[1]) an Vadian und Dominicus Zili.

Constanz. 1536. November 24.

Er hat durch Bucer und Bullinger Bericht erhalten von dem Tag zu Basel (14. November) und sendet die Antwort der Constanzer auf drei Artikel der Wittenberger Concordie (Abendmahl, Taufe und Privatabsolution) mit der Bitte, sie genau zu prüfen und ohne Rückhalt zu beurteilen.

Salus et pax Christi sit vobiscum cumque tota ecclesia vestra.

De conventu Basiliensi istoc posteriore[2]), ornatissimi viri, certiores facti sumus per Bucerum et Bullingerum et precamur Christum, ut vestras ecclesias in fidei et dilectionis unitate magis atque magis roborare dignetur. Quod autem ad ecclesiam nostram adtinet, hortamur vos per Christum, ut ea in re non desitis nobis, quam et pro vestra eruditione facile potestis et religionis mutuæ iure debetis quidem præstare. Ea vero

hæc est. Paravimus nos responsionem ad tres articulos Wittenbergæ disputatos et conceptos, eucharistiam scilicet, baptismum et privatam absolutionem. Fecimus autem hoc quam potuimus summa diligentia neque sine multis et altissimis suspiriis. Intelligimus enim, in quam suspiciosum[a] sæculum[b] inciderimus et quam nemo possit omnibus ex æquo facere satis. Observavimus autem utrumque: primo ut scripturæ veritati, quam non licet ulla ulla occasione violare, primas daremus, deinde ut quam proxime accederemus ad sensum et verba Lutheri, ne quis nos concordiæ parum studiosos insimulare possit. Non est autem sine difficultate hoc studium, maxime in rebus perplexis et contentiosis; sed conscientia ipsa nobis testis est, quod utrumque studiose observaverimus. Atque utinam sic temperatum sit nostrum responsum, ut inter Lutheri et nostram mentem nihil intersit! Nostræ responsioni senatus noster suam sententiam addidit et in animo habet, istæc[c] Luthero transmittere et illius calculum in Christi nomine exspectare[d]. Cum autem in istis tenebricosis caussis nemo satis oculorum habeat, ecce impetrata a nostro magistratu auctoritate[e] totum responsum vobis mittimus excutiendum. Obtestamur autem vos per nomen Christi, ne quid dissimuletis erga nos, sed vestrum iudicium[a] de hac responsione ecclesiæ nostræ palam et diserte nobis testemini. Ceterum[f] iuramus vobis per fidem nostram in Christum, nulla curiositate hoc nos petere, sed ut audiamus, nullone loco videamur vobis a scopo aberrare aut vel in pacis et concordiæ ecclesiasticæ studium vel in evangelii veritatem peccare. Si quę vero apertiora videbuntur, dabitis illa veritatis studio; si quæ obscuriora, dandum est hoc charitatis observationi. Nihil autem nobis magis in votis est, quam experiri hac in re vestram censuram, quam etiam exspectabimus[d], gratiam habituri vobis perpetuam, oraturi Christum pro vobis totaque ecclesia vestra, qui istiusmodi pietatis officia tanto cum fænore[g], pro sua scilicet innata liberalitate, abundantissime solet remetiri. In illo valete, viri sanctissimi. Ex Constantia, 24. Novembris 1536.

Iohannes Zvick, nomine symmystarum omnium,
qui, quanti quanti sumus, vestri sumus.

Præstantissimis viris D. D. Ioachimo Vadiano, reipublicæ Sangallensis consuli, Dominico Zyli et reliquis verbi Christi ministris, dominis et fratribus suis colendissimis.

a) „t" für „c". — b) „sec-". — c) „isthæc". — d) „exp-". — e) „aut-". — f) „Cæt-". — g) „fœn-".
1) Vgl. II, Brief 152. — 2) Vom 14. November.

929.

Vadian[1]) an Martin Luther.

St. Gallen. 1536. November 28.

Günstige Aufnahme der Wittenberger Artikel bei der Basler Zusammenkunft vom 24. September. Die Antwort der 7 Schweizerstädte, nach welcher der Bestätigung der Concordie nichts mehr im Wege zu stehen scheint. Die Hochschätzung Vadians für Luther. Die schweizerischen Kirchen.

D(octori) Martino Luther d(octor) Ioachimus Vadianus[a]).

S. Nuperrimę synodo Basiliensi, vir doctissime, cum interessem, Dominicum nostrum, verbi ministrum, senatus iussu comitatus, animadverti primum, animos omnium ad concordiam ineundam non paratos modo, sed promptos etiam et volentes, — dein eam fidem de sacramento eucharistiæ et baptismi pari confessione probatam et receptam a nostris, quam tu Wittenbergæ, præsentibus aliquot ecclesiarum episcopis, probasti et recepisti, quam ipsam in conventu Basiliensi ad 24. die(m) Septembris habito clarissimi magistri Bucerus et Capito Helveticarum ecclesiarum Christi cum legatis, tum etiam ministris summa fide (ut mihi quidem est visum) exposuerunt. Idque sine labore sunt assecuti, ut articuli Wittenbergenses, cum sensu declarationis ipsorum ad magistratus nostros et ecclesias relati, non probati modo, ut qui cum confes fessione fidei nostræ, haud ita pridem Paternitati tuæ exhibita, probe consentirent, sed etiam recepti sunt (!). Atque his quidem non manu paucorum, sed septem urbium Helveticarum, pure Christum in omni dicione[1] sua profitentium, unanimi responsione subscriptum est, addita simul Argentoratensium declaratione, ut de sensu articulorum ab illis relat simulque recepto a nostris non hęsitares. Longiuscule fortassis et verbosius videri queat responsum a nostris, quam occupationes tuæ ferant, sed placuit ecclesiis, se semel totas aperire tibi, quo semel omnis terg versationis suspicio[b]) tolleretur et charitatis mutuo firmandę exercend que ansa præberetur[c]). Sunt enim homines non pauci, quorum pars fal fratres, qui dissidii nostri alendi gratia non cessant deferre et proscinde ecclesias nostras, velut nihil tribuant sacramentis et nuda ieiunaque syr bola, ceu rem quampiam profanam[d]), ministrent suis; quod non esse indigne harum pręsides sacramentariis adnumerari, satis superque hac ip

responsione docetur, quam equidem tam acceptam tibi esse cuperem, quam est ab omni prorsus simulatione aliena. Fateor, per initia evangelii instaurati in opprimendis Romanæ lernæ monstris, missa videlicet privata et horrendo eucharistiæ abusu, præfractius fortasse et præcipitantius scripta quædam et prodita videri, quæ iam nunc, veteribus loquendi formulis revocatis, meliori modo et citra offensionem traduntur; sed dignum venia consilium videtur, quod eo spectat, ut ab errore tot sæculis confirmato quam longissime bonorum animi dehortentur; et sunt perquam pauci, quibus hoc sit datum, ut in obscuris et difficilibus rebus ipsaque adeo veritate revocanda repente exactum docendi modum teneant. Mire enim etiamnum revelationis donum in ecclesia fructificat cottidie largiente domino, ut etiam in scripturis innotescant, quæ multis sæculis non dico ignorata, sed prorsus sepulta fuerunt. Ceterum[e] istæc[f] autem ut missa faciamus: nihil amplius video remoræ, doctissime Luthere, quominus confirmari concordia aut possit aut debeat, cum palam sit, in ipso sanę doctrinę sensu nostris tecum convenire, qui veram et efficacem præsentiam Christi in cena[g] asserunt et cum symbolis et verbo a domino institutis et relictis verum corpus et verum domini sanguinem offerri et exhiberi ecclesiis aiunt, ut in eo ritu, nimirum divinitus sanctificato, non possint non vere vesci vera carne domini et sanguine eius vero potari credentes. Tantum abest, ut vacuum symbolorum usum in sacrosancto illo mysterio peragendo nostri ferant, nedum doceant. Sola illa (mihi crede) carnalis cruditas reiicitur, quæ Christum oris etiam et ventris cibum facit, qualem altaribus suis e cælestibus[g] evocatum papistæ ingerunt, ita ipsum symbolis, nescio qua verborum virtute, annectentes et subdentes, ut finito eucharistiæ sacro corpus Christi sub panis speciebus contineri sibi persuadeant. Quod ipsum licet fusissime in ipsa responsione intellecturus sis, tamen operæ pretium arbitrabar, privatim etiam admonere, ne deforent amicorum literæ, ex quibus eadem intelligeres. Te enim, velis nolis, in amicorum albo habeo, neque non ab eo tempore, quo editis[h] libris cœpisti[c] inclarescere, cum nomen tuum, quantumvis mundo invisum, tum vero doctrinam illam et gratiam, qua eximia a domino præditus es, magni semper feci facioque hodie; etiamsi (ut libere fatear) suspectus mihi superioribus annis fuisti, velut amplius tribuens mysteriorum elementis, quam scripturæ evidentia permittere aut fidei analogia ferre posset. Putabam enim, ita te per externi verbi pronuntiationem unire rem sacramentorum

ipsis visibilibus signis, ut, quicunque quovis modo symbola susciperent, rem quoque ipsam suscipere cum symbolis necesse haberent, quod non sine ingenti consecrationis suæ iactatione falso hactenus baptistæ docuerunt. Sed excussa mihi et adempta est plane nubes illa supicionis[b] cum tuis elucubrationibus postea editis[h], tum etiam ex his, quæ tui pro concordiæ tela ordienda sparsim bonis viris significarunt. Postrema autem ipsa Buceri declaratione factum est, ut ne somniare quidem quicquam sinistre liceat ecclesiis nostris, cum quibus et tuas cohærere ardentissime cupimus, multis quidem aliis de caussis, sed illa tamen inprimis adducti, ut, gravissima dissensionis[i] offensione demum sublata, intelligere orbis quiret, unum sentire vos in domino, qui unum Christum dominum per evangelii sui prędicationem annuntiatis[k] et profitemini. Utcunque autem eximia sunt membra utrinque adducta (ad) dominum, tamen ad gloriam Christi propagandam haud admodum commodabunt, nisi in unum corpus cum Christo capite coalescant; coalescent autem, ubi per unanimem doctrinæ consensum de uno Christi spiritu fuerint testificata. Debetur autem nostris ecclesiis locus aliquis, quæ gravissimis afflictionibus agitatę et miris modis tentatæ id roboris in infirmitate sunt assecutæ[l], ut extrema malint experiri, quam a sana doctrina domini recedere; de disciplina porro alii iudicent. Nec habemus opus de frequentia dicere, quanquam Tigurina ecclesia nuperrimam synodum centum quinquaginta episcoporum numero celebrarit. Habet et Basiliensis urbs in agro etiam frequentes ecclesias, sicut et Schafhusiana. Pauciore numero Sangallensis, Mülhusiana, Bielensis continentur; at quo sunt inferiores numero, hoc sollicitius[m] illas æquant pietate; quodsi communium pręfecturarum parochias cum his, quas pagus Glareanus et tractus Rhæticus[b] frequentes habent, nostris adnumeramus, centum minimum parochias adiiciemus. Accedit illis Gebennensis ad Lemannum sita, duobus ministris Ioanne Farello et Ioanne Calvino inprimis clara, et nuper induta Christum Losannensis dominica (!), cui itidem præsunt homines Galli, non linguæ modo peritia, sed pietate etiam et eruditione insignes; proxima his et Neocomensis, quam Neuburgensem vocant, itidem fœderata Bernatibus, Petro Carolo, Gallo exsule[n], episcopo clara, ut in tanta pietatis accessione profecto nulla magis re opus sit, quam ut sanæ doctrinæ ministri solidam concordiam ineant, cuius hoc maior nobis cura esse debet, quo amplior eius omnium iudicio et exspectatione[o] fructus

futurus est; cui et tu, pater colendissime, pro tua virili ut adsis et faveas, per dominum oro. Vale. Sangalli, IIII Kalendas[p] Decembris, anno MDXXXVI.

Cupio salvere clarissimos viros Iustinum, Philippum, Pomeranum, Crutzingerum et ceteros[o] vestros.

a) Diese Überschrift ist wohl von Kessler beigesetzt. — b) „t“ für „c“. — c) „e“ für „æ“ und „œ“. — d) „prophonam“. — e) „Cæt-, cet-“. — f) „isthæc“. — g) „œ“ für „e“ und „æ“. — h) „æ“ für „e“. — i) „dissent-“. — k) „annunc-“. — l) „assequutæ“. — m) „solic-“. — n) „exule“. — o) „exp-“. — p) „Cal-“.

[1]) Vgl. I, Register, unter «Vadianus». — Dieser Brief ist ebenfalls der Sabbata Kesslers, fol. 479 b, f, entnommen und scheint einzig in ihr erhalten zu sein (vgl. die neue Ausgabe der Sabbata von 1902, S. 461—463).

B 308.

930.

Sebastian Gryphius[1]) an Vadian.

Lyon. 1536. November 29.

Übersendung von Bibeln aus der Officin des Stephanus und Versicherung seiner Ergebenheit.

S. Cum Thomas Rug, negotiator, qui hasce tibi reddidit, me rogaret, ut tibi compararem Biblia ex typis Roberti Stephani, ego vero compertum haberem, nulla Lugduni venalia reperiri, vix credas, quanto perfusus sim gaudio, mihi oblatam esse occasionem tibi gratificandi. Habebam enim illa eadem Biblia apud me, quę ante annos aliquot in usum meum mihi compararam. Ea tibi dono transmittere visum est, quod te iam inde a multis annis noverim, non de facie quidem, verum partim ex scriptis tuis, partim ex relatione Petri Fabricii[a], qui cum hic in officina nostra librorum castigationi aliquando pręesset, egregias animi tui dotes ac virtutem mihi satis abunde pręedicarat; ex eoque factum est, ut te hactenus semper plurimum amarim. Quare te rogatum velim, ut hoc, quicquid est doni, boni consulas Gryphiumque tuum redames ac, si quid negotii posthac Lugduni evenerit, mea et re et opera confidenter utaris. Vale, vir clarissime.

Lugduni, III Kalendas Decembris MDXXXVI.

Tuus *Sebastianus Gryphius.*

Clarissimo viro domino Ioachimo Vadiano, apud divum Gallum.

a) „t“ für „c“.

[1]) Von *Sebastian Gryphius* ist nur dieser eine, in Bremen liegende Brief vorhanden.

IV 94.

931.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constans. 1536. December 9.

Dank für die Antwort. Das Urteil Leo Juds über die von Constanz aufgesetzte Erklärung. Eintreffen eines Briefes der Strassburger Geistlichen vor deren Absendung an Luther und die Strassburger, in dem bedingungslose Annahme der Wittenberger Concordie verlangt und der zum Bürgermeister gewählte Thomas Blaurer als Urheber der Uneinigkeit bezeichnet wird. Erregung des Rats von Constanz darüber.

Salus et pax Christi.

Multas gratias agimus, observandissime Vadiane, pro responsione nobis nuper data, tantum ne desinas orare dominum, ut causam nostram bene vertat. Etiam Tigurini viderunt scriptum nostrum, et putat Leo, nos quędam paulo liberius dedisse, unde suspicio[a)] carnalis manducationis vel præsentiæ Christi nasci possit, quanquam idem illis, quod tibi quoque, testatus sim: nos invitos studuisse Lutheranis loquendi modis, idque in gratiam concordiæ. Sed audi, vir ornatissime. Cum iam parata esset et Luthero et Argentinensibus danda responsio, ecce ministri Argentinenses longas ad senatum nostrum literas mittunt, quibus omnem omnino concordiæ spem nobis abnegant, nisi simpliciter et absque omni condicione[a)] sive declaratione recipiamus et subscribamus articulos; deinde nominatim perstringunt optimum senatorem iamque electum consulem nostrum Thomam Blarerum tanquam auctorem[b)] et erroris et discordiæ; quę res non parum concitavit magistratum nostrum, ut iam plane nesciam, quid facturus sit. Videntur autem optimi viri Argentinenses satis coacte tractare hoc concordandi negotium, et quantum olfacio, ecclesia nostra plane non recipiet articulos illos crudos admodum sine explicatione. Si autem nullam explicationem pro concordia recepturus est Lutherus, non est, quod nobis quidquam imputetur, desiderantibus quidem unitatem ecclesiæ, sed firmam, non momentaneam, item liberam, non laqueis plenam. Sic sese nunc res habent apud nos. Præterea non habui, quæ iam ad te. Valeat Dominatio tua in Christo diutissime. Salutem adfero tibi ex Thoma et Chůnrado. Constantiæ, 1536, 5. Idus Decembris.

Iohannes Zvick tuus.

Ornatissimo viro D. D. Ioahimo Vadiano, reipublicæ Sangallensis consuli integerrimo, domino suo longe charissimo.

a) „t" für „c". — b) „aut-".

[1]) Vgl. II, Brief 152.

932. IV 95.

Jakob Fer[1]) an Vadian.

Bischofzell. 1536. December 9.

Er klagt über Anfeindungen seiner Gegner, die ihn unter mancherlei Vorwänden von seiner Stelle verdrängen und einen Schulmeister an seiner statt einsetzen wollen. Eine Berufung nach Frauenfeld ist wieder zum Stillstand gekommen. Er bittet Vadian, sich bei den Zürchern für ihn zu verwenden, dass ihm irgendwo eine vacante Stelle zugehalten werde, da er nicht mehr in Bischofzell bleiben will.

Gratiam[a)] et pacem a deo patre nostro per Iesum Christum[b)]. Metuunt, consul prudentissime, pro sua pietate fratres ecclesiæ nostræ mea illius desertione periclitationem; at longe diversum noster senatus. Queruntur nonnulli[c)] liberorum pluralitatem, quibus educandis sumptus — inquiunt — nobis admodum gravis est, quidam, quo vulgi animum erga me satis candidum in suam sententiam[a)] pertrahant, uxorem indiligentiæ insimulantes, cui res domesticæ haud curæ sint; quidam, dum nichil in me quod vitio[a)] dare possint, habeant, provectioris[a)] ætatis liberos, quos in tanta rerum omnium calamitosa tenuitate hactenus mecum tenere cogor, michi probro vertunt. Quare non — inquiunt — destinat illos artibus mechanicis? Quibus respondeo: ferte suppetias[a)] misero, quo id, quod omnium maxime glisco, præstare queam. Pendet senatus ab ore moderatoris pubis, caudæ nocentissimæ. Hominis condicionem fortassis nosti. Illum observant amplexantes; hunc functioni[a)] meæ præficiendum iam pridem relatione[a)] fidedignorum[d)] compertum habeo; hunc, ne hinc alio divertat, adiurarunt remoratique sunt, idque me latere suspicantes. Interim quo pacto id vulgi sententia[a)] fiat, prætexunt familiæ suæ exiguitatem. Dicerent: plancentia[a)] placentia[a)] dicentem malumus[e)]. Quid cunctanti supersit, expendat tua Eminentia[a)]. Vocarunt me Frowenfeldenses; at prorsus me fugit, quid illis acciderit aut teneat, ne res pro voto successerit. Te itaque, vir observandissime, oro obsecroque, fratribus Bullingero ceterisque insinuare velis, quo, si uspiam vacua functio[a)] vel in agro Tigurino, Bernensi aut ubivis alibi foret, huic me præficiendum curarent, idque quantocius; nam hic versandi cum tam ingrata plebe longius animus non est. Si hoc laboris pro tua erga me, muneris exsortem, humanitate capesseris, rem michi gratissimam feceris. Cura, michi liberisque meis prospiciatur. His bene valeat Eminentia[a)] tua, quam nobis dominus

servet incolumem semper. Amen. Ex Bischoffzel, 9. Decembris, anno 36.

Tuæ Eminentiæ[a] subditissimus *Iacobus Fer.*

Celeberrimæ urbis Sangallensis consuli prudentissimo Ioachimo Vadiano, Mæcenati suo dulcissimo.

a) „ci „für „ti". — b) „Crist-". — c) „nonulli". — d) „dingn-". — e) Oder „maluimus"? — Durchgehends „e" für „æ".

[1]) Vgl. oben, Brief 859.

Staats-A Zürich E. II, 347. 91.

933.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1536. December 13.

Die Concordie.

Gratiam et pacem a domino. Ex eo item die, quo redii domum, charissime vir, nullus oblatus est mihi tabellio, cui literas ad te scriberem. De concordia itaque quod habeo, accipe. Nostri omnia sponte receperunt, sicut Basileæ deformata sunt, et receptionem suam literis testarunt Basileiensibus. Receperunt et Bernenses per omnia, nisi quod his visum est, responsionem adornatam a nobis Argentoratensibus, non ipsi Luthero mittendam esse. Interim cupiunt, ut Argentinenses veluti sequestres illam mittant D. Luthero. Deinde scriptis ad nos, qui verbo præsumus, literis inter cetera[a] sic dicunt: «So ferr sich Luther nitt unser confession, die göttlich wol gegrünt, häll und heyter ist, nitt möchte verglychen, wurdent wir verursacht, unsernn verstand, leer und haltung der sacramenten halb in latinischer und tütscher sprach der wällt fürsten und herren anzůzeygen und uns der warheyt und unschuld wider alle gedichten klegten und argwhön vor allermencklichem etc.» Hæc prætor, senatores et diaconi ad nos, amice admodum de aliis quoque compellantes etc. Non ergo est, quod de consensu Bernensium dubites, nam in illis ipsis ad nos datis literis aiunt: «Wir habend die antwurt, zů Basel von den verordneten gestellt, erdauret unnd lassend uns die, alls unser loblichen disputation, ouch vorberedten händlen under uns diser sachen halb, gantz glichförmig und gemäß, gevallen.»

De Schaffhusianis hoc scio, quod tu scribis. Deplorata metuo esse apud illos pleraque. Sunt enim, qui favent anabaptistis, sunt qui fovent papistas, sunt alii auro Gallico et Tolosano cæcati. Zviccius longa epistola exposuit Argentoratensium insolentiam et audaciam,

de qua doleo plurimum. Scribam autem Bucero brevi, nec carebit fructu, si etiam tu scribas. Res nostræ satis feliciter[b] habent, Deo gratia. Virgam illam Asiaticam metuo, ne iniquitates nostras sit horribiliter flagellatura. Dominus misereatur nostri! Gratissimam rem facis mihi, si aliquoties talium moneas rerum. Vale diu, vir mihi plurimum observande. Die Luciæ 1536. Dominicum nostrum mihi salutabis quam familiariter.

H(einricus) Bullingerus tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, domino suo observando et colendo.

a) „cæt-". — b) „fœl-".

1) Vgl. oben, Brief 730.

934. IV 96.

Christoph Froschauer[1]) an Vadian.

Zürich. 1536. December 13.

Geschäftliches.

Min willig dyenst zevor. Lieber herr doctor, ich hab empffangen üwer schriben. Daruff fûg ich üch ze wüsen, das ich die 2 Bibel wil lassen inbinden uffs allerbest, so es möglich ist, und demnach meister Andresen überantwurten etc. Schick üch mit Anthonis bûchern 1 riß mins schribapirs (!); vermeyn, es söll üch nit übel gfallen etc. Fürs letst begere ich von üwer ersam Wißheyt ze wüsen, was ich üch fürs exemplar De Sacramento[2]) schuldig sy; wil ich üch darum früntlich ußrichten und bezallen. Ob sy glich yetz nit sind hingangen, verhoff ich doch, sy sölen noch wol abgen. Datum Zürich, am 13. Decembris, anno 1536.

Ü(wer) w(illiger) *Christoffel Froschouer.*

Dem hochgelertten, fürsichtigen und wisen Joachim von Watt.

1) Vgl. IV, Brief 660. — 2) Die Aphorismen.

935. IV 98.

Vadian[1]) an Bernhart Stähelin.

St. Gallen. 1536. December 16.

Verwahrung gegen Gerüchte, dass man in Basel sich auf Wiedereinführung der Messe geeinigt. Die Stadt Lausanne ist evangelisch geworden, der Kaiser nach Spanien gefahren.

Salutem. Lieber herr Bernhart, zöuger diss brieffs hat mir anzaygt, wie abermals so vil seltzamer reden umbgang von ünsers gloubens wegen, namlich das man zû Basel sich veraynigt, widerum mess ze halten etc. Bedurett mich umb der unwarhaitt willen, die für und für den

iertumb zů erhalten sich dermaß lugenhafftig harfür thůt. Aber sy wirdt khainen bstand haben. Gwüsslich wissend, das ain satte, christenliche volkomne aynikhait aller kirchen gloubens, so in tütscher nation Christum bekennend und predigent, vorhanden ist, und des sacraments halb leybs und blůtz Christi so klarlich, christenlich und der gschrift und ünserm glouben änlich gehandelt worden, das ich nit gloub, dermassen grundtlich und warhafftig in ettlich hundert jaren geschëchen sein; wellichs alles mit der zeyt ußgon und an den tag khommen wirt. Dann dess papstz krömery üns armen Christen diß hochwirdigen sacrament deß touffs und des nachtmals Christi dermassen undertruk (!) und in untragenlich missbruch abgwendt und vergwaltiget hatt, das man nit hat mögen on sondern fleyß und merklich mů und arbait gedachte sacrament, wie sy in den uralten apostolischen kirchen gebrucht worden sind, widerum uff die pan pringen mögen. Aber gott sie lob, der grundt ist vorhanden und der gstalt verfasset, das alle bapstes glyder nit ain har darvon werdend brechen mögen, sonder ir ierthumb bekennen[a] můssend, sy wellind dann verrůcht bleyben und mit gsechenden ougen blind sin. Ja wol mess han! Wir wellend nit mer messen; da wo man misst, da verkoufft man. Wir wellend essen dess herren leyb in seinem haylgen ingesetzten nachtmal und darzů trinken sein haylig blůt zů erfristung unserrer seelen; und wellend an gantz sacrament han, nit ain zertayltz und ain vergwaltigs, wie der papst wider wort und insatz Christi das der kilchen genomen und seinen pfaffen eingsetzt hat. Hieharum ir mir wol nachsagen mögend: wer da rede, das der mess zů Basel mit ainem wordt, die selben widerum zůzelassen oder anzenemen, ie gedacht sey, das der selbig luginen rede und sich mit warhait nit finden söll. Darum on alle sorg sind und zaygend söllichs vertruwten gsellen an, das nünt daran ist und nünt wirdt. Dabey wissend, das die statt Losannen Christum angnomen hat mit abthůn aller bilder und ältar (!) und hinlegung der eytelen mess; und ist vil mangel an predicanten. So nimpt die warhait allenthalb zů. So ist der kayser in Hispanien gfaren; wil, als man sagt, bald wider khomen. Ob eß geschicht, mag ich nit wissen. Hiemit alzeyt gott dem herren befolhen. Geben zů S. Gallen, uff 16. tag Decembris, anno 1536.

Joachim von Watt, e(wer) williger.

Hern Bernharten Stäch*elin*, *prädican*ten zů Liechten*staig*, *minem in*sonder gůten *hern und* fründt.

a) „kebennen“.

936. IV 100.

Benedict Burgauer[1]) an Vadian.

Tuttlingen. 1536. December 19.

Verzicht auf seine Stelle in Schaffhausen. Berufung nach Tuttlingen. Bitte um Erhaltung der Freundschaft. Christliche Predigt in Würtemberg.

Gratiam[a)] et pacem a domino. Quod immeritissime renuntiare[b)] functioni[a)] meæ apud Scaphusanos oportuerit[c)], te non latere arbitror; verum per insidias et conspirationes[a)] varias factum accipe, prudentissime Vadiane, quemadmodum testatus ac palam sæpius conquestus sum, cum adeo constanter ius, dehinc opportunitatem defendendi ac reddendi rationem earum, quæ tam pie ac canonice de sacramentis e suggestu publico docuerim, – demum litteras ac fidem datam non citra occasiones immutent aut infringant – appellaverim. At mearum parum obtinere potui. Immerito quibusdam, mihi videbatur, ceu surdis loquebar, quemadmodum ex variis accidere doctissime nosti. Me iuxta vocationem Tutlingam contuli (cum) coniuge ac liberis. Condicionem[d)] ferme per omnia meliorem priori habeo, præterquam natale solum ac Helvetiam[a)] conversatione[a)] deserere tædiosum fuit, quandoquidem notos relinquere et inter eos novam conciliare notitiam[a)] minus acceptum fuit. Ac domino, cuius nutu omnia geri considero, attribuo, quod liberius me ipsum agnoscere detur; cum psalmista dicam: Bonum mihi, quia humiliasti me. De quibus per occasionem, cum datur, loqui tecum summe in votis est. Non adeo imprudenter ac impie articulos fidei, immo doctrinam docui, quemadmodum livor quorundam imputare conatus. At dominus omnia vidit ac iudicet. Te per Christum ac veterem nostram variis amicitiam[a)] oro, propter loci distantiam[a)] ex albo tuo me non deleas, immo perpetuo in numero eorum, qui tibi bene volunt ac ex corde faveant, me subsigna et quæ scitu opportunum arbitraris, cum vacat, etiam scribas. Ago in loco vitam,[e)] rarissime accommoda[f)] experiri valeo, nisi boni ac pii viri singulari favore ad me scribant. Ceterum in ducatu Wirttenbergensi Christus sane prædicatur, ut accipio. Dominus adsit; princeps in suo instituto strenue pergat. Vale in domino, optime vir. Saluta nomine meo honestissimam coniugem tuam cum filia. Ex Tuttlinga, 19. Decembris, anno 1536.

B(enedictus) Burgower, ex animo tuus.

Ad te mitto copiam litterarum, quas ante recessum meum a senatu tradiderunt. Consuli Schlumpff lectu exhibere velis ac aliis, cum opportunum fuerit, oro.

Prudentissimo ac doctissimo doctori Ioachimo Vadiano, consuli San Gallensi, domino ac amico observandissimo.

Her burgermaister von Wat.

a) „c" für „t". — b) „renuncc"-. — c) „opp-". — d) „condicc-". — e) „ubi" ausgefallen? — f) „accomoda". — Durchgehends „e" für „æ"; „c" und „t" sind oft nicht mit Sicherheit zu unterscheiden.

1) Vgl. I, Brief 22.

IV 101.

937.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1536. December 20.

Bucers Bemühung für rückhaltlose Beistimmung zur Wittenberger Erklärung, welcher die Constanzer nicht ohne Einschränkung zustimmen können. Dank für das Anerbieten Vadians, ihre Sache bei den Strassburgern zu führen, und Bitte, diesen Dienst auf spätere Zeit zu verschieben. Grüsse von Thomas und Ambrosius Blaurer.

Salus.

Magis atque magis contendit optimus vir Bucerus, articulos esse per se veros, claros et christianos, præstantissime Vadiane, quo argumento conatur omnium animis subscriptionem inculcare omnemque aliam concordiæ firmandæ rationem negare. Quæ sententia si apud Lutherum eadem est, de quo tamen dubito, actum tamen video de concordia, quantum scilicet ad nos attinet. Hinc incipimus male audire apud Bucerum, ut putet et dicat, nos gravissima tentatione laborare neque agi spiritu Christi. Nos vero contestamur coram deo et omnibus bonis, nihil nos æque desiderare[a)] atque sanctam concordiam; tantum non omnis ad hanc promovendam ratio nobis probatur. Hoc iudicium[b)] nostrum, immo[c)] hæc conscientia nostra, si est ex Satana, misereatur nostri Christus, qui nos ab hoc malo liberet. Scientes quidem non erramus; errabimus autem istac[d)] ratione, donec inoffensa conscientia possimus ista cruda recipere. Quid autem factura sit tandem ecclesia nostra, ex me intelliges libere, quem non solum propter ecclesiæ Christi rempublicam singulariter complector, sed quod ecclesiæ nostræ semper intellexerim tuam Humanitatem ex animo et perquam optime velle. Et quod nunc ad me scribis: te nostri causa officium[b)] erga Argentinenses facturum, nonne manifestum est benevolentiæ tuæ indicium[b)]? Ceterum[e)] ut pro hoc gratias tibi ago, ita

quoque, ne hoc facias, dehortor. Repone autem hoc officium[b] *in suum* tempus, ut istud præstes, ubi nobis visum fuerit. Nunc causæ sunt, cur malimus omissum[f]; præstandum tamen suo loco maioreque fructu, quo de tuam Præstantiam monebo. Interim bene habeas in Christo. Constantiæ, 20. Decembris 1536.

Thomæ, consuli nostro, tuo nomine omnia felicia[g] sum precatus, fratri germano salutem dixi; illi contra et gratias agunt et peroptant tuam Dominationem diutissime servari nobis incolumem. Iterum atque iterum vale. E pectore tuus *Iohannes Zvic.*

Magni nominis viro D. D. Ioachimo Vadiano, reipublicæ Sangallensis integerrimo consuli, domino meo omnibus modis observando.

a) „desyd-". — b) „t" für „c". — c) „imo". — d) „isthac". — e) „Cæt-". — f) „omm-". — g) „fęl-".

[1]) Vgl. II, Brief 152.

938. IV 107.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1537. Januar 2.

Zwei Antworten der Kirche von Constanz, die eine für Luther, die andere für die Strassburger, um ihren Standpunkt in der Einigungsfrage zu begründen.

Salus et pax Christi Iesu, qui te tuaque omnia felicissimo anno beet.

Responsionem duplicem paravit ecclesia nostra, colendissime Vadiane, alteram, quæ mittenda sit Luthero, alteram, quæ Argentinensibus. In Argentinensi purgamus nos a varii generis suspicionibus[a] caussasque concordiæ præsentis tractamus, quam scilicet firmæ sint et quam non sint. Quominus vero excidamus ab illorum benevolentia, futurum spero, ut per senatorem aliquem et me utræque responsiones reddantur Argentinensibus. Non est, quod damnemus quenquam, qui articulos utcunque nudos approbet. Petimus vero, ne quis nos ideo condemnet, quod nostro iudicio[a] articuli non arrideant nec conscientiæ nostræ videatur, concordiam istis feliciter niti. Hæc paucis significare tuæ Humanitati placuit et per te Dominico, fratri optimo. Caussa duplex est: primum ne ignoretis, quid per nos geratur; deinde, ut Christo nos commendetis in precationibus vestris. Vale. 2. Ianuarii 1537.

Iohannes Zvick tuus.

Ornatissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, Sangallensis reipublicæ consuli prudentissimo, domino meo colendissimo.

a) „t" für „c".

[1]) Vgl. II, Brief 152.

IV 108.

939.

Simon Grynæus[1]) an Vadian.

(Basel.) 1537. Januar 7.

Übereinstimmende Antworten der evangelischen Städte der Schweiz über die Einigungsformel, wobei nur die Frage streitig ist, ob sie jetzt oder erst später an Luther abzusenden seien. Man wartet den Rat der Strassburger ab, der aber schwierig zu geben sein dürfte, wenn nicht die Einigung gestört werden soll. Die Schwierigkeit der richtigen Entscheidung in der Einigungsformel. Gerüchte über Vorfälle in England und bei den Türken. Dank für eine Schrift Vadians und Bitte um seine tätige Mitwirkung zum Heile der Kirche. Bibliander gedenkt gegen Bucer zu schreiben.

S. Dicam de utraque re omnia, quantum mihi constet. Tygurini, sententiam[a]) consiliumque nostrum secuti, nihil ab ea formula, quam in commune complexi fueramus, mutarunt ac ita scribi ad Lutherum volunt. Fecerunt Bernates idem; sed nullum mitti nunc quidem ad Lutherum nuntium[b]) volunt, non qui vel ab ipso vel a re sint alieni, sed quia hoc tempore causa quædam se offerat, cur non putent, hoc esse iam faciendum. Ceteri[c]) — Schafhusianis exceptis, qui nichil prorsus responderunt — et formulam hanc receperunt et ad concordiam proclives videntur satis. Missa Argentinam ante quintumdecimum iam diem responsa sunt; sed nuntius[c]) non redit, — credo, quoniam ancipites diversitas hæc homines istos reddidit. Exspectamus[d]) Argentinensium consilium, mox ad Lutherum commune responsum missuri; verum, quantum suspicor, difficile Argentinensibus est consilium dare hic vel sibi ipsis vel nobis. Periculum est enim, ne non negotium magis turbemus, nisi uno eodemque responso utemur omnes; sed neque reiicere hanc qualemcunque consensionem nostram expediet, cum æque sit magnum periculum, ne non deinceps unquam ita plane conveniamus. Miserum est, Vadiane clarissime vir, tantam rem tam negligenter agi. Duo sunt scopi: consentire, non consentire; via utraque ratio eadem: si verum, si non verum, et hic ratio viaque eadem: ecquid verum sit aut non sit, velle prorsus cognoscere. Nos, horis vix duabus in comitio consumptis, fugimus et credimus, fieri veritatis studio, quod certe non fit sine magno veritatis et ecclesię contemptu. Si est non verum, quod Lutherus petit, non solum non consentire, sed etiam obsistere et repugnare debemus. Non solis enim nobis vivimus et sumus etiam non soli Christiani (?). Præclare tu, qui palam, quid sentires, sic ostendisti, ut et veritatem proposueris omnibus et non dissimularis interim, a qua sententia sis alienus.

Prȩstare hoc studium, si non scribendi, quod non est necesse, perspiciendi saltem veri debemus omnes.

De rege Angliȩ sic certiore propemodum fama tenemus: motum istum omnem tumultumque compositum esse, idque ex sententia (?) regis, et copias istas popularium sponte dissipatas. De Turca rumor est, copiis innumerabilibus expeditionem in nos moliri pacemque eam ob rem ab imperatore a rege postulatam ac etiam impetratam esse. Erit, arbitror, si isti, qui evangelium persequuntur hostes, post tanta data et accepta incommoda ac iniurias rationem habere reipublicæ possunt aliquam; nos non possumus. Scriptum tuum relegi ac habeo tibi pro isto labore gratias. Video, quam tu non (?) oscitanter ista perpendas. Librum Bullingero nostro remisi. Reliquum est, ut in domino curam ecclesiȩ Christi summam[e] geras, sicut cœpisti (?). Vale in domino. Saluta amicos omnes. 7. Ianuarii 37.

S(imon) Grynęus tuus.

Salutat te D. Myconius diligentissime, qui mihi narrat, etiam Theodorum aliquid conari contra Buceri retractationem scribere. Mirum est, quam uter (!) doleamus ecclesiȩ malum. Si non tollitur controversia hȩc vivente Luthero, certum est, in factionem ecclesiȩ exitiabilem exituram; et nos hanc iniquissimo spiritu alemus? Sed tu vale in domino et, quod soles, ecclesiam Christi piis tuis studiis commendatam habe.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, amico et patrono ac prȩceptori colendissimo.

a) „ci" für „ti". — b) „nuccium, -s". — c) „Cęt-". — d) „Exp-". — e) „sumam".

[1]) Vgl. oben, Brief 710. — Sehr flüchtig geschrieben.

940. IV 110.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

Lindau. 1537. Januar 27.

Er übersendet die Verhandlungen der Augsburger gegen die Papisten und den Beschluss der Strassburger Theologen über das künftige Concil. Der bevorstehende Tag in Schmalkalden am 7. Februar.

Pax domini Iesu tecum.

*Observ*andissime doctor, non dabatur hodie plura ad te scribere. *Ne autem* omnino erga benevolentiam tuam ingratus haberer, mitto Excellentiæ tuæ acta Augustanensium contra papistas, item conclusionem theologorum Argentinensium de concilio futuro, si forsitan prius

tibi hæc nota non fuerint. Magnus conventus nostrorum futurus est Schmalckhalden ad 7. diem Februarii, ubi etiam eximii et præcipui theologorum convenient, de rebus his[a] omnibus consulturi. Aderit quoque illuc legatus papæ et Cæsaris. Det dominus, omnia fiant in sui nominis gloriam et ecclesiarum ædificationem. His[a] vale felicissime et me, ut hactenus, commendatum habeto. Raptim Lindavii, 27. Ianuarii, anno 37.

Thomas Gasnerus, tuus deditissimus.

Clarissimo viro Ioachimo Vadiano, Sangallensium consuli prudentissimo, domino suo observando.

a) „hiis". — Durchgehends „e" für „æ".

¹) Vgl. IV, Brief 484.

IV 112.

941.

Johannes Zwick¹) an Vadian.

Constans. 1537. Januar 31.

Der bevorstehende Tag in Schmalkalden und die dort zu führenden Verhandlungen über das geplante Concil. Die lutherische Concordie.

Salus et pax Christi.

Nunc Schmalkaldi conventus habebitur a nostris, ornatissime Vadiane, quo etiam ex theologis aliquot vocantur. Ambrosius itaque abit principis et ecclesiæ nostræ nomine et — ni fallor — princeps ipse. Tractabuntur tria præcipua: primum, quantum pontificis concilio sit deferendum et an ad imperatoris vocationem quęrendum sit concilium necne. Deinde, cum omne studium pontificiorum sit, ut magistratus et principes a nobis ministris separent (dicunt enim, causam religionis ad laicos non spectare), qua arte scissio ista sit cavenda. Postremo, si pergat papa ad causæ nostræ et doctrinæ condemnationem, Cæsar vero aut quisquam alius concilii sententiam conetur exsequi[a] sive armis sive alia violentia, an sacro iure paranda sit defensio. Hęc in sinum Humanitatis tuæ concredere volui, sed ea lege, ut tuum iudicium[b] audiam.

Porro quod Lutheranam concordiam adtinet, exspectabimus[c] nos finem Schmalkaldensis[d] conventus. Iste nobis forsan pariet aliquid. Itaque responsionem nostram nondum misimus Luthero; sed audio Lutherum offensum quorundam assertione, quod hactenus nihil aliud, sed idem docuerint, quod iam ipse petat, atque ita videtur revocationis

loco habiturus Lutherus, quod Wittenbergicos articulos recipiamus; atque hinc forte est, quod illorum subscriptionem nudam, mota omni declaratione, extorquet. Ego tuam Humanitatem iterum atque iterum rogo, ut quam primum audieris, quomodo vestra responsio a Luthero accepta sit quidque ille responderit, ne me celes; utar istoc beneficio optima fide. Sed quid, si vestra responsio ad ineundam cum Luthero concordiam non sit satisfactura? An non possetis in istud concordiæ genus consentire, in quod urbes dudum consenserunt? Primum enim propria confessio oblata est Augustæ eaque a Luthero pro concordia est approbata. Deinde quo illa esset solidior, nostri Saxonicam quoque confessionem approbarunt, scilicet quoad doctrinam, quoad ritus ecclesiasticos non item; et quanquam doctrina de cena[e] et baptismo[f] nostris[g] non per omnia arrideret, tamen intellexerunt, istas in apologia sic declarari, ut illorum sententia a nostra nihil variaret. Approbata itaque, sed modo iam dicto, confessione Saxonica satis firma hactenus perstitit inter nos concordia, donec aliud concordiæ genus natum sit nuper. Quid ergo, Vadiane ornatissime, si etiam Helveticę ecclesiæ in eandem nobiscum concordiæ rationem descenderent, ut diceretis: En, quibus rationibus quatuor urbes istæ in unionem sunt receptæ, iisdem vellemus et nos recipi? Certum vero est, nos non impiis condicionibus[b] receptos. Videtur quibusdam bonis, qui vestrarum etiam ecclesiarum curam habent, hanc commodissimam, simplicissimam, denique certissimam viam esse posse firmandæ universalis concordiæ inter Saxones, Svevicos et Helvetios. Hic ergo cupio te sollicitum esse, si forte vana esset Lutheri responsio ad vestra, quę illi misistis. Utinam hoc concordandi genere iamiam obfirmatum esset fœdus religionis inter nos! Fiat autem, quod domino visum fuerit. Sed hac quoque in re sententiam tuam exspecto[c].

Cum Ambrosio fui diebus præteritis, cumque de huiuscemodi causis commentaremur, incidimus in honestissimam et iucundam tui mentionem. Is iussit tuæ Humanitati salutis quam plurimam adscribere. Idem facit consul noster Thomas cum germano fratre meo. Vale. Constantiæ, ultima Ianuarii 1537. Tuus *Iohannes Zvick.*

Clarissimo viro D. D. Ioahimo Vadiano, Sangallensis reipublicæ consuli prudentissimo, domino et patrono suo colendissimo.

a) „exeq-". — b) „t" für „c". — c) „exp-". — d) „Schmalkeld-". — e) „cęna". — f) „baptissimo". — g) „nostris" irrtümlich wiederholt.

[1]) Vgl. II, Brief 152.

IV 114.

942.

Marcus Angelus[1]) an Vadian.

Constans. 1537. Februar 1.

Versicherung seiner Ergebenheit. Er befindet sich bei guter Gesundheit und in besserer Lage und bittet um Nachricht, ob Vadian die ihm zugesandte Uhr erhalten habe.

Iesus Christus.

S. Tanta est mei erga te amoris magnitudo atque vis, ut me plane ad tibi parandas impellar (!) litterulas, etiamsi me nunquam sollicitasses[a)]. Nullius opus est hortandi apud me, alioqui ad illa scribendi munera propensum. Porro ego — ne nescias — bene fruor valetudine; eandem et tibi flagrantibus votis optarim (ve)hementer; meę nam res meliore in loco, potiore ut statu vix esse possint, quippe viros ex animi sententia[b)] nactus optimos ac integerrimos, viros, inquam, quibus non statim alios invenias pietatis studiosuros[c)]. Ad hoc cupio ex te scire, num illud perexiguum horologium tibi missum per Dominici coniugem[d)]; ista enim receperat, se tibi daturam. Nunc per occupationes longior esse nequeo, quare scribendi finem adducam. Salutem meis verbis dicito tuæ[e)] uxori et toti familiæ, item nostro amico Ioanni Prendli, balneario. Vale. Constantię, Kalendis[f)] Februarii MDXXXVII.

V(estræ) D(ominationis) u(milis?) servus
Marcus Anggelus de *Candia.*

Eximio doctori Ioachim Vadiano, suo observandissimo in Sancto Gallo. San Gallo.

a) „solic-". — b) „-cia". — c) Für „studiosiores" verschrieben? — d) „coniungem"; „acceperis" ausgefallen? — e) „e" für „æ". — f) „Cal-".

1) Von *Marcus Angelus* aus Candia liegt nur dieser eine Brief vor.

IV 113.

943.

Johannes Oporin[1]) an Vadian.

Basel. 1537. Februar 1.

Er wird Vadians Brief an Joachim Camerarius besorgen und die Verzögerung entschuldigen. Dank für Rücksendung des Pomponius und das Urteil über die Scholien des Olivarius. Er bittet um Erlaubnis, einen Teil von Vadians Brief einem herauszugebenden Buche vorzudrucken. Übersendung der Poetik des Aristoteles nebst Zusage anderer Schriften.

S. Literas tuas ad Ioachimum Camerarium curabo, quam primum in bonæ fidei nuntium[a)] aliquem incidero, et, quod petis, moram hanc tuam quam possum diligentissime excusabo, quanquam, cur adeo id faciam, non video, nisi quia tu ita iubes. Quod reliquum est, gratias ago

non tam ob remissum ad me Pomponium, quam tuum de Olivario sive scholiis ipsius iudicium; quod simul etiam pulchre te purgas, falsum illum affirmans, qui te ostentationis gratia digressionibus illis in commentario tuo usum scribere non dubitavit. Itaque quando in præsentia nihil tibi addere vel libuit vel licuit per graviora negotia, saltem id mihi permittas a tua Humanitate impetratum exoratumque velim, ut eam epistolę tuæ ad me partem dumtaxat[b], qua falso de te temereque ita prolatum illius iudicium refellis, idque oppido quam modeste facis, præfigere opusculo excudendo audeam. Ita enim vel paucis illis verbis tuis et excusandi tui modestiam et tuum de illo iudicium declaraveris et rationes nostras, ut libellus studiosis reddatur commendabilior[c], vehementer iuveris, nisi forte mutare aliquid potius in ea epistolę tuę parte adhuc malis aut forte aliter etiam præfari, quod equidem petere abs te vix audeam in præsentia. Itaque sive id mihi concessurus es, quod inprimis te oro et obtestor, sive non es, quod nolim, proximis ad me literis tuis, quæso, fac, vel unico verbulo intelligam; alioqui, si nihil responderis, factam mihi plane eius audendi iam copiam existimabo, et sane, ut longius differatur editio, nundinę Francofordienses iamiam incumbentes non ferunt. Mittam ad te, quæ nostro prelo sint excusa opuscula aliquot, quamprimum absoluta fuerint. Interim hunc Aristotelis de Poetica libellum boni consule et, si libet, per otium[a] lege. Vale. Basileę, Kalendis[d] Februariis 1537.

Tuus ex animo *Ioannes Oporinus*.

Plurimum salvere cupio veteres meos amicos Ioannem Kesslerum et Rhüttinerum etc.

Doctissimo viro domino Ioachimo Vadiano, urbis Sangallensis consuli dignissimo et amico observandissimo suo.

Sangalli.

a) „c“ für „t“. — b) „dunt-“. — c) „comend-“. — d) „Cal-“.

[1]) Von *Johannes Oporin*, dem berühmten Buchdrucker in Basel (1507—1568), liegen 32 Briefe aus den Jahren 1537—1548 vor.

944. IV 115.

Ammann Hans Vogler[1]) an Vadian.

Zürich. 1537. Februar 3.

Verschiedene Nachrichten.

Mine dienst üch baiden und üwer tochter sampt den üwern berait, wär ich willig und billich. Erstlich hab ich minem gliepten maister Hain-

richen üwer brieff, mir zûgschriben, horn lassen; hat in noch inhendig; den och min her Rösch, maister Haben, her Laffater in trüwen horn lassen etc. Mitt danck angenomen. Doch fröwt mich min win am hochsten. Ich maint diß jar in der vorcht gottes siner wercken zû warten; dann ich glob fill schwert und tod. Doch wie gott unssre tritt laitett. Item maister Hainrich hat min ellend erhort; wil mir ain zit minen son, den ich zû Lindow hab by Toman, zû im nemen. Bin ich fro. Hoff nit on gottes ordnung, als och gwiss, ob er minen ainigen son segnen zum pris gottes. Item her Hans, min vetter, schript mir, das der Graf vor dryg wochen zû hertzog Ůlrichen gritten. Hoft die kräntzly vorhanden; sagt wunder erbärmbd über die armen. Schickt mir och hieby brieff, ghorend m(aister) B(ernhart) Mocken zu. Es sind br(i)eff für in an die stett, des zols halb in als sinen diener gnadiklich zû bedencken. Mock sol sich wol flissen und danckpar sin gegen gott und dem fürsten trüw; das sagen im. Gend dem Mocken den brieff. Sagen, das er dem botten etwas trinckspfenigs geb, wie brüchig ist. Witer ist Sebastion Graffen brieff gen. Acht üwer frowen hieby. Er ist, gen üch gret, gen Mümpelgart und Basel. Hiemit yn yl. Uns baiden üwer faisty husfrowen grüssen sampt der tochter und magt, Othmar, David, Bartlome, all uxor und ander in üwer gselschaft. Ob her Othmar Färwer ichtz komen von Mayland, (das) mir zûghorty, disem ze gen. Dann die sag, Müssen (?) syg kopft, demnach gfierentailt. Bulliger schript üch sumam. Actum Zurych, Sampstag nach liechtmess, anno 37 jar.

Ambrosy Schlumpfen grüsend mir fast von wib und kind.

Ü(wer) willig *Hans Vogler.*

An minen hernn b(urgermaister) von Wadtt zû handen.

[1]) Vgl. oben, Brief 666.

IV 117.

945.

Hans Heinrich Winkeli[1]) an Vadian.

(Basel.) 1537. Februar 24.

Bitte, etwas bei ihm, als einem Anfänger, drucken zu lassen.

Gnad und barmhertzikeitt widerfar üch von gott, unserem ewigen vatter, durch Cristum, sinen geliepten sun etc.

Wirdiger und hochgelerter lieber herr, ich hatt mitt üwerenn Gnaden kurtzer zit verschinnen allhie zû Basell zum Storchen gerett,

ob üweren G(naden) öttwann ein klein exemplar neben sich fiel, mir sölichs als einem anfenger des truckens uss gnaden zukumen ze laassenn, damitt ich den forberg dester bas überstigen möcht; das villicht üweren G(naden) usß file der gschefften in vergessen kummen. Also zû einer frintlichen ermanung wer nochmaals an üwer ersam Wysheit und Gnad, waa üch noch ein bögli oder zwey möchten abrysen, mich mitt sölichem zû bedencken. Wa ich dann sölichs um üwer G(nad) und Wysheitt beschulden könt, wölt ich mich mitt undertänigem und gneigtem willen nitt sparen. Hiemitt wöll üch gott sampt allenn üweren geliepten selenklichenn bewaren. Geben uff Matthie 1537.

Hans Heinrich Winckelli,
alter vogt von *Dornegk,* yetz wonhafft zû *Basell,*
üweren gnaden allzit gûtwilliger.

Dem hochgelertenn, frommen, erenvestenn herrenn bürgermeister Watt, zû Santt Gallen, minem g(nädigen) lieben herren.

[1]) Von dem aus Soloturn vertriebenen *Hans Heinrich Winkeli* ist ausser diesem Brief noch ein zweites, von ihm und Heinrich Fries unterschriebenes, vom 29. Juni 1537 datiertes kurzes Schreiben vorhanden; s. unten Brief 965.

946. XI 57.

Sebastian Grübel[1]) an Vadian.

(Schaffhausen. 1537. Februar 27.)

Bericht über seine Krankheit und Bitte um Hilfe.

Item. Es ist mich ietzen in 5 wuchen ain 4 mal in der nacht, wen ich den ersten schlaff gethon, ungeforlich umb die zway, ain hitz ain henden und[a)] sollen ankomen und darnach mir etwas zum hertzen getrungen, glich schier biß in schlund hinuff, das ich ain mall oder zway vermaint, es welte mir hertz abgestossen hain. Das hatt alweg etwan minder, etwan mer dan ain stund geweret. Darnach bin ich wider entschlaffen und darnach alwegen frisch uffgestanden und geprediget, glich als ob mir nünt gewessen in der nacht wäre. — Ursach, deren ichs geben: so hain ich vor der selbigen zitt uff ain nacht gesaltzen lächs und salmen gessen, die treffenlich versaltzen gewessen. Ouch wen ich sunst visch oder starcke spiß geessen, so ist es mir vast komen. Doch hatt man mich gelert, ich sölt alwegen ain 6 lorbonen zû nacht essen. Das han ich an zitt lang gethon, und hatt mir ain zitt lang nit übell gethon.

Doch uff der pfaffen faßnacht hab ich dahamet ze nacht gessen ain můßlin und prataß mit ainem salatt, und hab nach dem essen ain klin gestudiert, dan die predig ain Guttentag ain mir nach der ordnung was, und hab do ouch 3 lorbonen gessen und nidergangen. Do ist mich aber nach dem ersten schlaff umb die zway das tempffen ain henden und sollen ainkomen und mir dermassen das hertz umbgeben, das ich in stuben můst und vermaint, es welti mir hertz abgestossen hain. Und kam in ain solliche angst, das ich für thür luff zur wassergelten und sprangt mich mit wasser. Doch nach dem kam ich ain klin wider zů mir selbs und laitt mich wider nider und vermaint, es sölte wider ain weg gon wie vormals. Do entschlieff ich. Und umb die fünffe, wie ich uff solt, do kam es mich noch ain mall mit söllicher hitz ain, das vormals nie geschehen. Und mornders do lag mir all min nott uff der brust und schwitztend mir den gantzen tag hend und füß. Also hand mir ietzen kainen doctoren, sonder schickt in bywessen miner mittarbaiter den appentecker und ließ in das recept, das ir mir ietzen ain jar geben, lessen, und wurdent veraint, das ich am Mittwuch das recept innam. Und hatt 9 sedes; gieng vill schlim von mir, und brucht confortacionem druff. Es hatt sich aber nit wellen besseren. Mir hatt ouch die selbigen tag essen und trincken woll geschmeckt. Doch so hab ich ain Fritag nacht und ietzen alnächt treffenlich nott erlitten nach dem ersten schlaff, und will mir schlecht vom hertzen nit wichen. Mir hatt ouch der appentecker ain tranck gemacht, ain preservatif. Hab ich abends und morgens ingnomen; hatt mir ouch wol 4 sedes gemacht. Hatt aber ouch nit vom hertzen wellen wichen; wiewoll etwan ain stund oder zwo ich gantz keck, das ich vermaint, es welte sich gebesseret haben. Ist aber glich, als wen man ain hand umbkert. Und wie es nit hatt wellen besseren und mir essen und trincken gar erlaidett und ie lenger ie schwecher worden, hab ich Zinstag dem Juden den brunnen geschicht und sin iudicium welle(n) hörren. Also hatt er gesait, wie das mir flüß fallend vom houpt, und die habend sich uff brust gesetzt und die fallend mir also nach dem ersten schlaff; ouch zaige der brun ain feber ain. Hab also nach im geschickt und hutt Zinstag den brunnen wider geschickt, dan ich ain treffenliche bösse nacht gehebt, dan es kam umb die 12; und kam mich, das vor nie gewessen, ain zitteren ain in hend und uff knüw, und weret aber by ainer stund oder schier zwo. Also bin ich vast blöd und stöst mir stetz und anfengklich

groß gorpßen uff, aber nünt bitters, darmit ich mag ouch vill ergainen. Ist der Jud also hutt by mir xin und maint, der brun zuch sich witter uff ain feber dan gestern; und vermaint mir hütt wentussen ansetzend dahinden und herab ze züchend biß uff brätt und darnach ain mall howen lassen. Bin ich so starck, so wird ichs mit im versuchen; doch nit willens, nünt von im inzenemend, biß ich üwer iudicium verhör. Darumb, lieber herr und vetter, thů(n)d als min vertruwen zů üch statt, und keren üwern besten vliß ain. Das will ich verdienen, söllend ir erfarren.

Ir wissend woll, wie ich vor 16 jaren ouch sollich unmachten hatt, machtend ir mir in der appenteck ain confect, můst 18 kr. drumb geben, war ain gestattaly (!) voll; warend lange zuckerzelter, thattend mir treffenlich woll. Dan wen es mich ainkompt, so wird mir tunckell und zitterend vorn ougen, wie zur selbigen zitt.

Ü(wer) alzit williger *Sebastian Grubell.*

a) „und" irrtümlich wiederholt.

1) Vgl. oben, Brief 704. — Die erste Hälfte dieses Briefs, der offenbar enge mit demjenigen vom 27. März — s. unten Brief 956 — zusammengehört, ist nicht mehr vorhanden. Das Tages- und Monatsdatum ergibt sich einesteils aus der Erwähnung der «Pfaffen Fasnacht» (11. Februar) und andernteils aus den Worten «hütt Zinstag», die nach dem, was vorausgeht, doch nur auf den zweiten Dienstag nach der Pfaffen Fasnacht bezogen werden können.

947. IV 118.

Ammann Hans Vogler[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1537. März 5.

Brief Vadians an Bullinger. Tod des Sebastian Kunz und Wahl des Johannes Kessler zu dessen Nachfolger. Tod von 3 Predigern auf der Landschaft. Reformatorische Bewegung in Dijon und Besançon. Bartholome (Steck). Zwei neue Bücher von Bullinger und Pellican.

Hochgelerter und fürgliepter min herr, erstlich sag ich üch danck dess grůsses und zůschribens, mich gemelt in nächstem schribenn minem lieben maister Hainrichen Bulliger. Frilich möcht ich liden, das ir minder daran gethon des Türgken halb; das aber laider mer gilt, glich das ettlich nitt glouben dem zornn gottes. Die tat wirtz erfaren. — Das min Sebastion Cůntz zů Christo ist, fröwt mich, wiewol ich trurig um in bin. Das och der from Johannes Kessler zů leren in das hus die jugent angenomen, danck ich gott; dann es nit on gottes ordnung beschěchen. Ich halt in warlich für ain gesunde wurtzen, from, der unfromkait nitt lieby und münchery nit ufricht oder glichsnery. Aber gwiss haind ir zitt ghept; sunst sölt er üch, als ich gloub, nit lang bliben sin. Es

sind der tägen dryg prediger uff m(iner) g(nädigen) h(erren) lantschaft gstorben. Sorgen fyl nott. — Dision und Bysantz halb sol Christus predigt werden. Schript ainer, es sigen zwen Barfüssermünch zů Dission ufgstanden, fraidig predigt Christum, das etwas ufloff worden; also haben die von Bisantz wellen entzwüschen ritten. Da syg glicher gstalt in der stat Bisantz och beschechen. — Üwerm schwager Bartholome hab ich sin brieff gen Bassel gfertigt. Ich dancken im och siner müg der zitung von Liptzig. Item zway bůcher, ains von maister Hainrichen, das ander Pellicans — wentz üch gen —, wil ich üch wils gott uff Mitwoch bim Jufly schicken; der hat ain ross. Was ir zitung habend. Actum den 5. tag Martii[a)], anno 37. jar. Mit grůß: vos, uxor, puer et virgo.

Ü(wer) w(illiger) *Hans Vogler.*

An minen furgliepten hernn D. Joachim von Wadtt zů handen.

a) „c" für „t".

1) Vgl. oben, Brief 666.

IV 119.

948.

Johannes Vogler[1]) an Ulrich Schneider.

(Stuttgart.) 1537. März 6.

Günstiger Bericht über seine Stellung im Dienste des Herzogs von Würtemberg.

Min früntlich dienst und alles gůtz. Lieber maister Ülrich, ich bin uß gschäfft mines gnädigen fürsten von Wirttenberg mit zway pfärden in üwer herberg gelegen zů Ulm. Wolt gott, das ich üch da getroffen hett, und bitt üch, yr wellen mir zů Rinegk grůtzen Natzen und aman Baschon. Von gottes gnaden statt min sach baß, dann all min leben nie gestanden, und waiß, das ir darab ain fröd haben. Deßglich grůtzen mir zů Sant Gallen den doctor von Watt, her Baschon Cůntzen, Hans Leermaistern und üwer liebe hußfrow. Wissen, das ich yetz by minem fürsten und hern zů Stůttgartt bin. Da haltt er hoff, biß sin brůder hertzog Ülrich wider kompt. Hab darfür, er këm vor pfingsten nit. Gott sey üwer behůtter, schutz und schirm. Datum 6. tag Mertz, anno 1537.

Johanns Vogler, etwan prediger zů *Rineg,* üwer williger.

Dem erbern Ülrichenn Schneidern, bott von Santt Gallen, minem liebenn und gůtten fründ zů aigen handenn.

1) Vgl. IV, Brief 528, und oben, Brief 799.

949. IV 120.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1537. März 7.

Zustimmung zum Urteil Vadians über das beabsichtigte Concil, nur dass Zwick das Concil auch dann verwirft, wenn es in Deutschland abgehalten wird. Auch in der Einigungsfrage stimmt er mit Vadian überein und ist der Ansicht, dass die Einheit der Kirche auch gewisse Verschiedenheiten in Einzeldingen zulassen würde. Jedenfalls sollte nicht durch zu grosse Nachgibigkeit der Schein erweckt werden, als ob man von Zwingli und Oecolampad abgewichen sei. Er verspricht Bericht über den Tag in Schmalkalden nach der Rückkehr der Gesandten.

Salus et pax Christi.

Iudicium[a)] tuum de consentiendo in concilium et non consentiendo legimus, Vadiane observandissime, et per omnia tibi nobiscum convenit, hoc uno excepto, quod plane nulla concilii ratio nobis arridet nec profuturum ecclesiæ Christi et sacrosancto evangelio credimus, etiamsi in Germania atque a doctissimis Germaniæ celebretur, cum tam varia videamus maximorum virorum ingenia, somniantibus aliis condiciones[a)] coeundi quasdam impossibiles, aliis hierarchiam quandam ecclesiasticam, aliis tentantibus, ut concordiæ causa recipiantur etiam tenebricosissima, iterum aliis sive philosophicum sive politicum evangelium meditantibus, ut, quoquo te vertas, vix quicquam videas solidi. Hinc etiam experimur, quam quisque cogatur, alios in suas opiniones tantum non vi quadam rapere, et multi quidem nobis metus sunt, quos tamen quidam vanos putant et nos quidem tales esse optamus.

Quod concordiam adtinet, de qua ad te[b)], ut nosti, mihi non improbatur tuum iudicium[a)]; me nihil movit ad explorandum istud, quam cursus ille quorundam, quibus persuasum est (adeoque toti in hoc sunt), ecclesiam aut unam esse aut nullam. Eam vero unitatem non a capitibus religionis christianæ, sed nescio a quibus paradoxis metiuntur; quasi vero non una ecclesia sit Christi ex Helvetiis, Svevis atque aliis collecta, nisi etiam in omnibus nescio quam frugi dissertationibus conveniant, si, quod ad vitæ et salutis summam adtinet, maxime unum sentiant. Cum ergo in tanto cursu sint quidam (utinam non præcipiti!), etiam a Bullingero explorare volui, quid de istac[c)] coeundi ratione sentiret; sed simile omnino responsum dedit tuo. Quiescat ergo iste conatus. Nos nihil minus credimus, quam scissas esse ecclesias, etiamsi in errore sint aliquæ, modo

hic careat malevolentia et blasphemia. Credimus denique, ecclesias ante noviter nata coeundi studia tamque coacta multo melius habuisse. Quis enim est, qui possit et debeat nos cogere, nisi ad professionem nominis Christi Iesu? Aut quę tandem concordia, cui nemo adeo satis potest respondere? Dominus misereatur nostri, ut discamus nos invicem ferre. Hoc ni didicerint magni viri et qui nunc primatum habere videntur in ecclesia Christi, magnam ruinam parabunt Christi regno et piis omnibus.

Tu vero, ornatissime vir (nam libere tecum et in sinum loquor), quid tam anxie desideras[d)] condonationem eius, quod per imprudentiam peccaverimus, cum hoc palinodiæ loco recipiant Saxones? Quid ita peccatum est, obsecro? Conantur ta*men* Argentinenses ex Zvinglii scriptis probare vestris, articulos Wittenbergæ conscriptos esse sanos. Si nunc eadem doctrina est Zvinglii et Oecolampadii, quid opus est impiam et falsam doctrinam fateri nos esse secutos? maxime cum Lutherus nequaquam expendat, qua ratione lapsum fateamur. Semper enim intelligit, abiurari Zvinglii et Ęcolampadii dogmata, quę cum suis plane dissentiant. Sed quid multis? Fatendum erit coram toto mundo, nos cessisse sententia. Quicumque hoc noluerint, illi falsorum fratrum loco habebuntur. Utinam etiam hoc loco falsus sim!

In posterioribus literis tuis nihil vis aliud quam scire, si quid ex Schmalkaldensi conventu habeam; de quo tamen etiam non monitus statui te facere certiorem, ubi redierint legati nostri, quos in dies exspectamus[e)]. Quis morbo istic[f)] correptus sit, plane ignoro; ubi audivero, tu quoque scies. Cupio enim gratificari tibi. Consul noster cum Cunrado fratre nunquam non iubent salutem quam plurimam tibi ascribere. Vale et indoctas meas literas optime consule. Constantiæ, 7. Martii 1537.

Tuus *Iohannes Zviccius*.

Iudicium[a)] tuum remitto; nescivi enim, an impune retinere possem; sed descripsi pro me, alioqui nemini daturus.

Clarissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, Sangallensis reipublicæ consuli gravissimo, domino suo observandissimo.

a) „t" für „c". — b) Ergänze „scripsi". — c) „isthac". — d) „desyd-". — e) „exp-". — f) „isthic".

[1)] Vgl. II, Brief 152.

950. XI 187.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. (1537.) März 8.

Freude über die ihm zugehaltenen Nachrichten aus Deutschland.
Politische Nachrichten aus Italien.

Gratiam[a)] et pacem a Deo per Iesum Christum, dominum nostrum. Accepi literas tuas, clarissime vir, quę[b)] me supra, quam credi potest, delectarunt. Multo enim iam tempore Germanorum gesta, quęnam[b)] apud illos agerentur, desideravi[c)]. Quę vero in Italia aguntur et ego rescire potui, hęc sunt. Dux Florentiæ de familia Medicis a quodam iuveni eiusdem familiæ interemptus est. Florentini alium de eadem familia suffecerunt. Pars tamen civium non consentit, exspectantes[d)] liberatorem regem Gallorum. Apud Venetos Turca egit per oratorem quendam, ut se declarent vel inimicos Cęsaris vel amicos. Illi vero, quocunque[e)] sese vertentes, ne hoc facerent, tandem multis precibus obtinuerunt, ut abiret hoc responso contentus: se neutrales fore nec amicos Cęsaris nec inimicos, sic et Turcæ nec amicos nec inimicos. Cum tali responso recessit legatus Turcæ simulque indicans, dominum suum hoc responso nequaquam contentum fore; sed ipse bellico apparatu in Italiam venturus sit atque hęc Christianorum dissidia sublaturus, non quod eius terræ quicquam possidere delectet, sed tantum ut hanc gloriam sibi vindicet, qui Christianos in concordiam coegerit. De Mussio varia feruntur. Quidam dicunt: gubernatores Mediolani caduceatorem pręeunte buccina emisisse cum edicto, ut nemo de Mussio nec boni nec mali quicquam pronuntiet; sed interim Mussius ipse cum fratre suo clandestine[f)] truncatus obierit. Alii dicunt, et certiora meo iudicio: Mussium servari in custodia usque ad adventum Cęsaris. Insuper et comes Mirandulanus quarta die Martii[a)] per nostram civitatem paucis comitatus in Galliam iter fecit; qua caussa, nescimus. Nostri Grissones (!) inhiant lucro sanguinolento; bella desiderant[c)], ut[g)] otio marcescant ac ignominiose vitam finiant. Vale, vir candide, ac me in amicorum tuorum albo retineas. Ex Curia Rhætica[b)], 8. Martii[a)]. — Sed heus tu, eximie Vadiane, hoc pene exciderat: hodie sunt octo dies, quod me dominus deus nova et prima prole donavit masculina.

Tuus totus *Ioannes Comander*.

Clarissimo viro ac domino D. Ioachimo Vadiano, Sangallensium consuli, domino ac amico suo primario.

a) „c" für „t". — b) „e" für „æ". — c) „desyd-". — d) „exp-". — e) „quoquunque". — f) „clamd-". — g) Für „ne" verschrieben?

[1]) Vgl. IV, Brief 468. — Das Jahresdatum ergibt sich aus dem Bericht über die Ermordung des Herzogs Alessandro de' Medici in Florenz (6. Januar 1537).

III 45.

951.

Jakob Fer[1]) an Vadian.

Bischofzell. 1537. März 13.

Dringende Bitte, sich für ihn in Biberach zu verwenden, damit er dorthin berufen werde und mit seiner Familie dort sein Auskommen finde.

Salus et pax Cristi.

Quando — referente Petro — operam lusisse videor, cum propter eos, quos providendos penes se teneant Tigurini, tum quod nulla vacent ministeria, Bullingerus vero ex litteris, tertio[a)] mei causa illi abs te missis inhortatus, sese pro virili curaturum, si quo modo consuli michi possit, pollicitus sit: itaque cum neque apud Bernates neque cum Tigurinis versari copia sit, oro obsecroque, Bibarachorum primoribus meo nomine scribere tuæ Eminentiæ[a)] non sinas esse oneri, meque illis commendare[b)]; quibus, si vocarint, morem geram, nichil intentatum relicturus, quo hinc eripiar[c)]. Significabis illis, me octo habere proles, ne, cum illuc venerim sermonisque vox illis gratus (!), salarii exiguitas pro tam felice sobole ostium iterque michi intercludat etc. Hodie pastoriis ædibus propellor, alio migrare cogor, lacera domo, tuguriolo hospitio[a)] suscipior, ingratitudine nostratium[a)] nonnichil affligor periculisque ex falsis fratribus alieno ære[e)] divexor. Sed dabit forsan his deus quoque finem. Amen. Vale. Ex Bischoffszell, 13. Martii[a)], anno 37.

Tuæ Eminentiæ[a)] subditissimus *Iacobus Fer.*

Celeberrimo viro, celeberrimæ urbis Sangallensis[d)] consuli prudentissimo, Ioachimo Vadiano, suo dulcissimo parenti.

a) „ci" für „ti". — b) „comend-". — c) „erippiar". — d) „Sangalensis". — e) Ist am ehesten „Eere" zu lesen, oder unter der Annahme, dass an dem Wort corrigiert sei, allenfalls „vere". Doch wäre damit nichts geholfen. — Durchgehends „e" für „æ".

[1]) Vgl. oben, Brief 930.

952. IV 122.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1537. März 14.

Übersendung eines Berichts über die Vorgänge in Augsburg. Mitteilungen von Nachrichten aus Rom: ein Concil soll im künftigen Mai zu Mantua stattfinden und ein Collegium von Cardinälen berate die Hauptpunkte; die Augsburger hätten Messe, Altäre und Bilder abgeschafft; das Hauptübel sei, dass der Papst trotz aller Bemühungen die Einigung zwischen dem Kaiser und dem König von Frankreich nicht herbeiführen könne; drohende Angriffe von Seiten der Türken. — Feste Haltung der Evangelischen in Schmalkalden.

Salus et pax Iesu Christi.

Mitto hic ad te, prudentissime Vadiane, Augustanam historiam[a)], ex qua intelligere possunt pii omnes, quantum debeamus divinæ benevolentiæ, qua (deus) nos perpetuo prosequitur; nam hoc certe est, benevolum esse deum, dum Antichristi regnum oris spiritu et fortissimo bracchio[b)] confundit. Quodsi antea habes hæc scripta, velim remitti; sin usui esse potest Humanitati tuæ, nolim remitti.

Istis addo quędam ex epistola Romana, per quendam ad amicum ex urbe scripta, in hunc modum: «Hic nihil habemus novi, quam quod pontifex adhuc pertinaci consilio apparat ea, quę necessaria fore arbitratur cogendo ad proximum Maium Mantuæ concilio. Sunt hic doctissimi quique ex cœtu[c)] cardinalium in hoc negotio deputati, ut puncta potiora in concilio pertractanda discutiant etc. Item accepimus» (sic ille) «his diebus lugubres literas, quod Augustenses iam tandem dederint nomen Zvinglianismo in re sacramentaria, sustulerint missam, altaria, imagines et id genus alia ad ritum aliorum eius factionis et sectæ, pulso clero universo, etiam maioris ædis sacræ, et qui nolit sese eorum religioni ac cœptis[d)] hisce accommodare[e)]; quæ res certe non mediocriter fregit ac deiecit animos nostros, qui hactenus in dies meliora speravimus. Eius mali videtur prima caussa aut saltem occasio fuisse, quod Cęsari res bellica cum Gallo non admodum feliciter[f)] successerit. Pontifex fertur etiam per hanc hiemem[g)] omnem lapidem movisse, ut hos duos orbis monarchas in concordiam redigeret, magno nimirum totius orbis bono; sed frustra omnia tentavit, cum neuter alteri cedere vellet, adeo ut tandem negotium velut desperatum relinquere coactus sit. De imminente Italiæ etiam Turcarum procella pontifex proximis diebus tristes accepit literas a Venetis, itidem et nepos pontificis, his diebus universalis

ac supremus ecclesiæ Romanæ factus capitaneus, ab Andrea Doria Ianuensi, supremo Cæsareæ classis duce. Monet ille, vir in tuenda republica christiana contra eius hostes cum primis strenuus, ut universæ Italiæ classes expediantur ad obviandum huic de proximo impendenti malo. Formidant hic cordatiores quique, qui cuperent tandem calamitatibus Germaniæ remedio saltem concilii consultum iri, ne imminens hoc a Turca malum id impediturum sit etc.» Hęc ex literis e Roma scriptis.

Ex Schmalkaldia legati[h] nondum sunt reversi, sed audimus auspicatissima. Cum enim etiam Romanus pontifex per nuntium illic fuerit, sic responsum est illi, ut nihil optabilius audire possint pii; de quo alias. Pactum firmatum est ad constanter perseverandum in veritate Christi. Lutherus letaliter et periculose sic decubuit, ut medicis nulla spes relicta fuerit. Quod cum intellexit Lutherus, lectica avehi curavit, ne in conspectu pontificii legati moreretur. Sed Christo gratiæ! Cum ad duos lapides abiisset, subito convaluit, non absque ingenti męrore pontificiorum. Quibus diebus Schmalkaldi fuit, imposturas pontificis, impias doctrinas ita luculenter depinxit, ut clarissimum sit futurum, pontifice et toto huius regno nihil turpius ac impium magis omnibus temporibus et sæculis[i] fuisse aut postea nasci posse. Alia audies reversis legatis. Hasce ineptias meas boni consule, inconditam maxime scribendi rationem. Vale, ornatissime vir, in domino. 14. Martii 1537.

Iohannes Zvick tuus.

Cura, ut inter vestras per Helvetiam ecclesias semper optime conveniat.

Clarissimo viro D. D. Ioahimo Vadiano, Sangallensis reipublicæ consuli, domino meo omnibus modis complectendo.

a) „hyst-". — b) „brachio". — c) „cętu". — d) „ceptis". — e) „accomod-". — f) „fœl-". — g) „hyem-". — h) „legi". — i) „e" für „æ".

¹) Vgl. II, Brief 152.

IV 123

953.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

Lindau. 1537. März 17.

Mitteilung von vier Artikeln aus den Verhandlungen zu Schmalkalden und Übersendung eines Verzeichnisses der dort anwesenden Prediger und Fürsten. Bericht über die Einigungsverhandlungen aus dem Briefe eines Teilnehmers, des Bonifacius Wolfhart von Augsburg.

Pax domini Iesu tecum, colendissime doctor. Cum te desiderare multum existimem, quid in comitiis Schmalkaldinis a nostris actum

sit, quantum ipse perscrutari potui, ad te, dominum meum observandissimum, mittere volui. Heri vesperi rediit legatus noster; qui cum nondum relationem magistratui fecerit, nichil pręter[a] hęc[a] quattuor articulos rescire potui, quos nostra communi lingua[b] referam, ut melius indicare possim.

I. «Es ist by allen bundtsverwantten beschlossen, das bapstisch außgescriben concilium nit zů besůchen, das man nit gange auß K. Mt. zůsagen, nach[c] laut dryer abschaid auff richstagen[d] beschlossen, ain generall oder national concilium zů halten in Germania.

II. Item das man weder kaiserliche noch konigliche Mt. mer hilfflich sein wolle, weder wider Turcken noch andere find, bis uns ain gnůgsamer versicherter frid außgericht gegen kamergerichtt etc., und das alle dises glaubens recht bekhomen mogen wie ander leut.

III. Item das erkemptt ist ain gemain außschriben an alle stend im rich, wie zwutschet uns und dem widertail die sachen standen, was unser und yr furnemen sey. Wurtt auff dise Franckforter mass (!) im truck außgon.

IV. Zů(m) vierden, das alle verwantten diß bundts, so knecht oder zůsagung ko. Mt. gethan haben und geschicktt, widerung[e] auffsagen und beschicken sollen etc.»

Mitto pręterea[a] catalogum horum, qui illuc fuerunt in comitiis[f] ex prędicatoribus et principibus, unde, quantus fuerit conventus, coniicere possis; quem, si tibi nuntiorum sit copia, nostro Voglero Tigurum mittere potes.

Quid autem a fratribus nostris in negotio fidei actum, hęc[a] tantum habeo, quę[a] ex itinere ad me scripsit Bonifacius Wolffhardus, Augustinorum (!) ecclesiastes, qui inter cetera sic scribit: «Quod religionem adtinet (nam alia legatus vester referre poterit), de concordia ecclesiastica[g] evangelicorum actum est, ut uno ore ac animo glorificemus nomen domini. Nosti enim, quantum inter nos dissidii fuerit in negotio eucharistię[h]. Hinc principibus viris visum est, ut hoc quam fieri posset commodissime componeretur. Iussis igitur illorum obtemperantes litem hanc ita diruendam duximus, ut nimirum utrinque posthac confessioni et apologię[i] Saxonicę conformiter doceremus; nam formula concordię superiori æstate Wittenbergę conscripta spinosior videbatur, quam ut ab omnibus recipi posset; alii vero prępostere Lutherani novos condere articulos satagebant, nobis longe intolerabiliores[k]. Quid igitur faceremus?

Eam loquendi formam recipere consultius visum est, quę minus offenderet et in qua plurimarum ecclesiarum ministri coalescere possent. Aegerrime enim ferebamus, Helveticas ecclesias hac una in re a nobis debere avelli, atque hoc nomine D. Lutherum Butzerus et ego Gotham oppidum, ad quartum lapidem a Schmalkaldia situm, accessimus. Qui cum morbo acutissimo adflictaretur, ut illis scribere non posset, nobis in mandatis dedit, ut suam ipsis benevolentiam nuntiaremus, se quoque, mox atque reconvaluisset, illis scripturum, neque ambiguus, illos hanc concordię rationem[1] haud gravatim recepturos, quo tandem illud ecclesiarum offendiculum e medio tollatur». Hęc[a] habui, quę[a] obiter ex it(i)nere ad te scribere volui etc.

Vale felicissime. Datum Lindavii, 17. Martii, anno 37.

Thomas Gasnerus, tuæ C(laritatis) observandissimus.

Quę[a] si fratribus illic verbi ministris communicas, eos ex me salutabis multum etc.

Ornatissimo viro doctori Ioachimo Vadiano, Santgallensium consuli prudentissimo, domino suo observando.

An doctor von Wat zů S. Gallen.

a) „e" für „ę". — b) „ligua". — c) „nacht". — d) „rist-". — e) Doch wohl für „widerumb" verschrieben? — f) „commit-". — g) Scheint so aus „ecclesiarum" berichtigt. — h) „eucar-". — i) „appol-". — k) „intoller-". — l) „ratiotionem".

[1]) Vgl. IV, Brief 484.

Staats-A. Zürich. E. II. 342. 77.

954.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1537. März 21.

Die Zusammenkunft in Schmalkalden. Brief Luthers an den Bürgermeister Jakob Meier in Basel.

Gratiam et vitæ innocentiam a domino. Nihil nunc habeo, quod scribam, nisi quod mirifice tuas suavissimas exspecto[a] literas et quod audio, solutum esse conventum Smalcedonensem et omnia in illo ad votum successisse. Quid autem actum sit, ignoro, nisi quod audio, omnia felicissime[b] successisse. Tu si quid habes certi, fac sciam. Basileienses miserunt formulam epistolæ D. Lutheri, scriptam ad Iacobum Maioarium, consulem, cuius exemplum hic tibi mitto; at ea lege, ut una cum illis, quæ prius tibi misi, remittas. Valebis. 21. Martii, anno 1537.

H(einricus) Bullingerus tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, domino suo colendissimo.

a) „exp-". — b) „fœl-".

[1]) Vgl. oben, Brief 730.

955. IV 124

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1537. März 25.

Bericht über die Verhandlungen in Schmalkalden. Er lobt die feste Haltung der Evangelischen in Sachen des Concils und die Versöhnlichkeit Luthers in der Einigungsfrage. Mahnung zur Einigkeit und zu besonnenem Handeln gegen Luther. Liebe des Marcus Angelus zu einem Mädchen in St. Gallen. Übersendung des Verzeichnisses aller, die in Schmalkalden anwesend waren.

Salus et pax Christi.

Redditę mihi sunt literę tuæ, clarissime vir, 19. Martii scriptæ. Ego vero quod ad illas non statim respondi, hinc primum factum est, quod nullam respondendi materiam suppeditabant, deinde quod legati nostri nondum retulissent, quid Schmalkaldum novi peperisset. Nunc summatim tibi respondeo, laudato primum Christo et cęlesti illius parente, qui utcunque sinat suos nonnunquam cribrari a Satana, non tamen omnino deserit, quin eripiat ex igne et aqua, quotquot confidunt dexteræ suæ. Nam, bone deus, in quanto metu fuimus, ne quo fuco imponeret nostris belua illa Romana aut ne nostri, plus æquo pacis ecclesiasticę studiosi, quędam admitterent evangelicæ puritati parum digna. Deinde metus erat, ne forte pars adversaria professionis nostræ, ut est potens et auctoritatis[a]), si mundum spectes, summæ, nonnihil vel minis vel blanditiis a nostris extorqueret aut impetraret, quod non careret offendiculo. Tandem quam terruit nos nuperum istud et sacramentarium concordandi negotium, unde non vidimus, qua ratione portum aliquem contingeremus! Et ex omnibus istis malis imminentibus liberavit nos dominus, cui gratiæ sint æternæ. Quod ad pontificem adtinet, egit ille suo more suam causam. Nostri vero fortes fuerunt contra illum. Responsum est illi, proclamatum esse eum per nos Antichristum nosque etiamnum perstare in ea sententia nullamque viam aut rationem conveniendi cum illo esse posse. Legatus vero exclamavit in miseram et desperatam Germaniam, quæ sanctissimum Christi vicarium pro summo Antichristo habeat et, qui loco sit Christi, a nobis loco bestiæ traducatur. Lutherus vero strenuus hic fuit, qui per singulos et communes religionis christianæ locos pontificis impiam doctrinam tam graphice perstrinxit, ut nihil videris et verius et absolutius. Philippus quoque constans fuit.

Quod adversariam partem attinet, cordatissime responderunt nostri legato Cęsaris et aliorum atque ita, ut invocandus sit Christus, ne hanc

mentem illis auferat. Utcunque enim Christi regnum hominum auctoritate[a] non constet, tamen vel Paulo teste tranquilliorem vitam ducimus illorum beneficio; tantum cavendum est, ne plus iusto confidamus humanis viribus, adde etiam ingeniis. Facile enim fieret, ut crux Christi in quandam perniciosam[b] carnis securitatem commutaretur aut ex evangelii puritate nescio quis politicus sive philosophicus Christianismus nasceretur. Et nonne semper publica orbis mala ab iis nata sunt, a quibus erat diversum exspectandum[c]? Itaque ni dominus det, ut suis beneficiis certa ratione, hoc est sine humana fiducia[b] utamur, sentio omnia ista bona immodice nobis omnibus nocitura.

Tandem et concordiæ nostræ caussa non infeliciter cessit; nulla enim mentio facta est istius tragœdiæ[d], quæ nos utrinque aliquandiu misere admodum divexavit, inprimis vero ecclesiam Constantiensem, quæ parum abfuit, quin Diris devota fuerit propter (quemadmodum tu recte vocas) salebrosos istos articulos. Est autem præteritis istis concordia constituta in consensum confessionis Saxonicæ, quæ omnino pro rerum præsentium facie proximior et simplicior via fuit stabiliendæ concordiæ inter nos, et Lutherus omnino nihil aliud voluit admittere; unam hanc, ut semper antea, ursit. Atque ita omnes lites diremptæ sunt, idque unius Lutheri beneficio; alioqui non defuissent forte capita utroque cornu pugnantia. Utinam utinam nunc desinant boni quidam, quos nosti, urgere et fatigare ecclesias novis quibusdam conatibus, quibus inita iam per domini gratiam concordia non gravius forte turbetur quam antea unquam! Res nunc bene habent, si voluerimus; terrent autem me magna ingenia.

Helveticarum ecclesiarum digna mentio facta est, et plus semel. Exspectandum[c] autem est vobis, quid scripturus sit Lutherus. Tunc duo observate: primo ut illius scripta benigniter excipiatis et respondeatis optimo viro clare quidem, sed amice; deinde ne inter vos ipsos scindamini, sed uno semper ore et animo rescribite. Si Lutherus petierit recipi a vobis confessionem Saxonicam, legenda est illa a vobis diligenter. Si quid offendit, indicate Luthero libere et petite, quo sensu ipse quidvis recipiat etc. Semper autem observandum vobis, ne qua occasione iniurii inveniamini in sanctissimos viros Zvinglium et Ęcolampadium; deinde ne revocatione aliqua plus noceatis, quam unquam profueritis regno et nomini Christi. Dominus det vobis os et sapientiam. Tu vero putas, neminem fore ex vestris, qui non sit agniturus, corpus et san-

guinem Christi in cena[e] adesse et vescentibus distribui, quo scilicet Lutherus sensu teneat; sed non ignoras, unde nata fuerit disputatio de clarificato Christi corpore. Hinc enim affirmata fuit præsentia corporis Christi in cena[e], sed quam dilucide, testantur, quæ multis utrinque scripta sunt. Hinc non videtur tutum fateri, corpus Christi esse in cena[e] sensu, quem Lutherus tenet. Tametsi enim nunc se declaret nobis, non tamen hinc declarata sunt scripta illius crassissima et in totum mundum sparsa. Distribui corpus Christi in cena[e] sine periculo fatemur. Quodsi ex ista distributione asseveres præsentiam, iam illa quoque minus habebit periculi, ut si dicas: corpus suum Christus usu cenæ[e] distribuit suis — adde etiam bonis et malis —, ergo est præsens, iam certa constabit præsentiæ ratio. Sed utinam valeant tandem ista omnia et liceat clare testari veritatem ipsam et dicere, fructum passionis Christi adeoque corpus Christi communicari nobis in cena[e] et hoc ipsum esse præsens! Dominus liberet nos ab omni obscuritate et offendiculo in sacris rebus omnibus. Amen.

Hęc summatim tuæ Humanitati libuit scribere, indocte quidem, sed vere. Reliqua de gestis Schmalkaldiensis conventus audies forte brevi ex apologia, quæ edetur[f]. Dominus mire adfuit nostris. Utinam solitam illius benevolentiam bene collocemus!

De Marco Angelo Candiensi, qui mecum est, vellem scire abs te, quid illi negotii sit cum puella quadam Sangallensi, quam ardentissime amat. Cupit illam sibi matrimonio iungi. Quę cum honesta res sit et videam, illum sibi ob amorem vix constare, vellem certe sive per te sive alium quemvis a parentibus sciscitari, quid illis in animo sit; ipse sibi de eis quidem nonnihil pollicetur. Ego vero et germanus frater sic illi sumus adfuturi, si nostro consilio acquieverit, ut post anni dimidii cursum pecuniolæ aliquid propriæ sit habiturus. Fecit hic elegantissimum sertum ex margaritis, donaturus puellæ; sed impedivi, donec intelligerem, quam gratus esset parentibus hic amor.

Postremo catalogum[g] ad te mitto eorum omnium, qui fuerunt Schmalkaldi, viri magni, pii et docti; quibus cum hoc loco adfuerit Christus, precemur studiosissime, ne unquam posthac deserat. Vale, patrone observandissime, et me inter amicos, etsi indignum, complectere. Constantiæ, 25. Martii 1537.

Dominico et Furtmüllero istęc[h] quoque communica, fratribus meis charissimis. *Iohannes Zvik* tuus.

Clarissimo viro D. D. Ioahimo Vadiano, reipublicæ Sangallensis et pio et prudentissimo consuli, domino suo observando.

a) „aut-". — b) „t" für „c". — c) „exp-". — d) „tragęd-". — e) „cęna". — f) ęlet-". — g) „cathal-". — h) „isthęc".

[1]) Vgl. II, Brief 152.

IV 126.

956.

Sebastian Grübel[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1537. März 27.

Bitte um ärztlichen Beistand. Beschreibung seiner Krankheit und seines Zustandes.

Salutem. Lieber herr und vetter, wissend mich ainen brieff und antwurtt uff 22. Mertz empfangen, daran ich nit wenig trurens empfangen, diewill ir mich erst uff ander phisicos wisen wöltend und ich zů kainem menschen uff erden mer vertruwen und zůflucht hab, dan zů üch. Sölt also wissen, das ich weder gen Costentz noch nienenhin will, allain üwers ratt und hassung gehorsam sin. Ist hieruff wie vormals min gantz früntlich bitt und beger, mir zů ratten und kainen costen underlassen; dan ich ietzen in 7 wuchen nie geprediget und fürcht stetz, man werde unwillig. Sunst wist, das sich die kranckait nit bösseret; blibt stetz in ainem. Hab etwan ain tag oder 3 oder 4, ouch 5 gůtte rů̂b, ouch gůtt necht, das ich glich wen, es welle best thon. Darnach glich so wirt mir ze nacht nach dem ersten schlaff fürderlich wê, wie ich uch vor darvon geschriben, und werdt etwan ain stund, etwan ½ stund, etwan 2 stund; uff lengst hatt es ain mall 3 stund geweret. Darnach schlaff ich biß zů tag, und ligt mir stetz aller wetagen umb brust, das es etwan ain tag oder zwen ist, ob ich uff ainen zittigen aissen griffe. Gatt mir dan aber wider ainweg. Doch wie bald ich mich ain klin ůb oder ubersich oder undersich griff, so rupfft es mich. Und under tagen darff ich gar nit schlaffen; dan (da) ich zway mall geschlaffen, vermaintend sy, ich welte inen under den henden verschaiden sin; und kum doch nit von der vernunpfft. Sölich blödinen komend mich etwan tags ain, fürnemlich wen ich ain morgen uffston, ouch etwan zů nacht. Umb den abent kompt dan ain zitt, das ich wen, mir gebrest gar nünt. Wen ich dan uff gassen will gon oder in kilchen, mich also versuchen, so will mir min gesicht vergon und wirdt mir treffenlich blöd. Ich nim von tag zů tag am lib treffenlich aib, das ir mich nit kantend. Es ist schier nünt mer ain mir und bin denacht nie gar zů bett gelegen; ich hab den merenthal all tag

hosen und wameß ain. Ich můß uch ouch aines berichten: ich hab ierlich ietzen ain 12 jaren ain zway mall under der zungen gelassen fur die vallenden flüß. Nun hatt es mir aber wellen ainen nachtail am reden bringen, das ichs ietzen ain jar underlassen, und hab uff baiden klinen fingern darfür gelassen; ob ich villicht darmit etwan verhûnt (!) hette etc. Ich mag noch stetz woll essen und trincken und schmeckt mir treffenlich woll. Ich halt mich aber stetz nach üwerem erst gethonen schriben. Hab den merental all nacht ain kelbery oder lemery brattes. Verman, es solle mir fluß dörren. Ich befind nit sonderlich kranckait im houpt; doch zun zitten will mich duncken, ich empfind die vallenden flüß. Ich hab ietzen zway mall geschwitzt in ainem zuber und mir lassen schrepffen. Hatt mir denocht hefftig das sussen von oren genomen. Doch thůtt es mir treffenlich vill laid, und loufft mir on underlaß ain wischspen vor ougen umb, und sonderlich ain grosses, wen mich kranckait will ankomen, ouch diewill ich sy hain oder so ich uff gassen will gon. Und wens anfacht nachlon, so latt ouch den (!) wee nach. Ich habs aber kainest mer 2 necht ain anandren, wie ichs vormals ain 14 tag ain ainandren all necht etwan 2 mal gehebt hab. Dan wissend, das ich wider angefangen, die lorbonen ze bruchend, und bratt al nacht 5 oder sechs und iß sy. Hab schinbarlichen empfunden, das mir woll gethon; dan wie bald ichs erstlich anfieng widerumb bruchen, do hatt ichs wee nit all necht, wie vor. Der Jud David kompt zun zitten zů mir, gesicht mir urinam, redt mengs mall: wen im min urina unwissend zůkeme, welte er reden, mir breste nünt; das wasser gar nünt schedlichs anzaige. Er vermaint ouch stetz, die kranckait sölle sich von im selbs verzerren; dan vill fetzes im harn von mir gond, fürnemlich ouch vill grien. Dan es mich ouch ietzen in der kranckait vill můgt, und sonderlich wen ich etwas wercken, als ich ietzen ouch den kruttgartten zůgerust hab. Hierumb, lieber herr und vetter, rattend und helffend; üwer arbait sol uch trülich widerlait werden. Und lassend mich by erster bottschaff (!) wissen und wissend (!) mich nienenhin; dan by üch will ich bliben und menschliche hilff allain by uch sůchen. Ir wissend woll, was vertruwen zů ainem artznett thůtt. Die gnad gottes mit uns allen. Geben zů Schaffhusen, uff 27. Mertz 37.

Sebastianus Grubelius vester (?).

Dem hochgelertten, ersamen und wisen D. Joachim von Watt zů Sant Gallen, minem herren und vetter, zů handen.

[1]) Vgl. oben, Brief 704.

IV 127.

957.

Konrad Pellican[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1537. April 3.

Übersendung seiner Collectaneen, die aber nur zum Teil sein Werk seien und worin er seine Ansicht über das Abendmahl ausgesprochen habe. Man möge ihm und seinen Freunden gestatten, für ihre Anschauung einzustehen.

S. De rebus religionis et consiliis opportunis[a]) pro reformatione ecclesię, sapientissime Vadiane, alii tibi scribant, homines eruditi et periti negotiorum[b]); ego aliud non possum interim, quam orare clementiam dei, ut mediis, quę novit, succurrat piis et impediat impios in sanctificationem sui nominis. Ipse novit, per quos suam gloriam magnificare velit, qui id non difficilius per Turcam agere poterit, quam forsitan per papam et suos, si non facilius. Mitto tibi lucubrationes collectaneorum nostrorum; quas tibi offerre ausus non fuissem, nisi intellexissem, te earum desiderio teneri. Quas ut meas non adsero, tamen meas quoque negare non audebo; maxima pars, et meliorum, aliorum est, priscorum et novorum, ut videbis in prętatione; sed et nostra quoque subolebis passim, infirma *et* modica. In locis aliquot evangelicis et in primo capite Actorum videbis, quid videatur mihi de eucharistia et cena dominica. Brencio non quidem nominato, sed contra sacramentarios declamanti respondi ad rem, sine omni calumnia et ut concordię, si quam nobiscum habere volent, neutiquam præiudicet[c]). Interim nos candide amamus ipsorum universam partem, eos quoque, qui nos ignoranter et non mala intentione traducunt, ob tamen quorum studia contra nos nos ab agnita veritate et simplici claraque dictione nostra declinare non possumus. Spero, quod non velint; saltem velle non debent. Video nobis contra papistas cum eis per omnia eandem esse sententiam[b]), consilia eadem et vota similia. Nos in libera gente docemus, quod, quia olim ipsi sub principibus, non audebant. Vellent, nos quoque non tentasse, quum interim constet, nos dextre egisse, quę dominus per nos voluit fieri. Nemini præiudicat nostra libertas. Utinam illi non nimium quibuscunque personis deferre voluissent vel coacti fuissent! Causa nostra personalis non est nec ad nostram ætatem[c]) finienda, sed posteris iudicanda prostabit, omnibus orbis technis[d]) pie eruditis et zelo domini permovendis. Vale, amplissime vir et colendissime amice. Ocissime[e]), ut cernis. Feria 3. Aprilis 1537.

Tuus *Conradus Pellicanus.*

Absolutissimę probitatis et eruditionis viro D. Ioachimo Vadiano, sapientissimo consuli Sangallensi, amico incomparabili.

a) „oport-". — b) „ci" für „ti". — c) „e" für „æ".— d) „tecnis". — e) „ocys-".

1) Vgl. V, Brief 714.

958. III 47.

Jakob Fer[1]) an Vadian.

Bischofzell. 1537. April 12.

Der Tod seines Freundes Petrus. Sein dringender Wunsch, von Bischofzell wegzugehen und Bitte, sich bei Bullinger für ihn zu verwenden, damit er endlich zu dem gewünschten Ziele komme.

Pax et gratia Cristi. Petrus, vir ille bonus, superas concessit ad auras. Eripuit illum dominus ex ærumnosis huius sæculi casibus. Idem rependat, qui mala in illum patrati sunt. Cum itaque præter illum, qui mea penes te curet negotia[a)], non habeam quenquam, cui res meæ ut illi cordi sint, loquar vel saltim adhuc semel ipse. Parce, obsecro, iterum iterumque pulsanti. Nosti, quanto desiderio alio concedendi tenear, exstimulantibus[b)] causis, cum ingratitudine nostratium[a)] ferme enecantium[a)] me, tum quod video, meum ministerium ab his fastidiri. Suboles[c)] prolium oneri facta, causantes dispendium; vilis factus sum illis. Bene meritum non ob mala (crede michi) facta odiunt. O quam vellem hinc quoquo gentium[a)] vocari! Retulerat michi Petrus piæ memoriæ, tuam Eminentiam[a)] literas a Bullingero accepisse, quibus intellexisse[d)] se aiebat, michi non properandum hinc esse alio; spem illi fore, pro voto rem meam successuram[e)]. Tu, humanissime vir, calcar adhibere illi meo nomine ne recuses, quo optatis aliquando potiar[a)] sedibus etc. Vale, parentis vice observandissime. Ex Bischoffzell, 12. Aprilis, anno 37.

Tuæ Eminentiæ[a)] subditissimus *Iacobus Fer.*

Laudatissimæ urbis Sangallensis celeberrimo consuli Ioachimo Vadiano, suo dulcissimo parenti.

a) „ci" für „ti". — b) „ext-". — c) „sob-". — d) „intelex-". — e) „succesuram". — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. oben, Brief 930.

IV 132.

959.

Benedict Burgauer[1]) an Vadian.

Tuttlingen. 1537. April 25.

Bitte um Auswirkung eines «Schadlosbriefs» für verpfändete Rebberge in St. Margreten, ferner um Bericht über die Antwort, die den schweizerischen Kirchen von der Versammlung in Schmalkalden zugekommen ist, und um Mitteilung sonstiger Neuigkeiten.

Gratiam et pacem a domino. Prudentissime vir, ob parentum nostrorum, tum nostram veterem ex variis contractam amicitiam — occurrentibus, quibus Vadiani consilio indigeo, quibus mihi prodesse possis — mihi persuadeo, non labores curasque recuses, preces meas sentiam fuisse efficaces. Accommoda[a]) portitrix litterarum occurrit coniunx Francisci, qui parrochum in Herisow egit, iam collega meus charissimus in Tuttlingen, quæ iniuncta fideliter præsentabit. Cum in ædibus tuis cum Sebastiano Contzio felicis memoriæ eram, referebam tuæ Humanitati, vinetas meas in villagio S. Margarethæ pro duobus florenis annui census erga Franciscanas sorores ad divum Leonardum pro domo Hainrici Kaysers impignoratas, quas litteras pollicitus redimere, ne vineæ quovis modo gravari possint. Consulebas, cum non vacat, litteras redimat priores, expostulare debeam vulgo ain «schaidloßbrieff». Obnixe rogo, meo nomine alloqui digneris, fidei datæ memor esse velit; ne nobis emorientibus heredes mei immerito gravari possint, eas mihi tradat. Curare velis, per mulierculam mihi præsentare possit. Mihi gratissimam rem exhibes. Gratia Deo: a censu annuo 10 florenorum proximo mense Martio liberas feci. Ceterum perquirere si licet, scire desidero, quid ecclesiis per Helvetiam ad illustrationem sententiæ de cena divina ex comitiis Smalkaldianis responsum sit; audio, Lutherum cum multis verbi præconibus adfuisse; et si qua alia nova habes, te per Christum oro, ad me scribere ne graveris. Benevolentiam ob loci distantiam ne languescere sinas, quam semper in me ostendisti, rogo. Saluta nomine meo honestissimam tuam coniugem. Vale in domino, optime vir. Ex Tuttlingen, 25. die Aprilis, anno 1537.

B(enedictus) Burgower tuus.

Amplissimo ac doctissimo viro Ioachimo Vadiano, doctori et consuli Sangallensi, domino et amico colendissimo.

a) „accomoda". — Durchgehends „e" für „æ"; „c" und „t" nicht mit Sicherheit zu unterscheiden.

1) Vgl. I, Brief 22.

960.

Vadian[1]) an Konrad Pellican.

St. Gallen. 1537. April 25.

Freude über den Empfang zweier neuer Werke von Pellican und Bullinger. Aufmunterung, die Erklärung der Apokalypse an Hand zu nehmen.

S. Lucubrationes tuas in Matthæum, Marcum, Ioannem et Lucę libros duos felicissime editas[a]) una cum Bullingeri nostri commentariis in epistolas apostolicas magno cum desiderio accepi et mox, ut homo sum avidissimi stomachi, magno fructu transcurri. Et fateor, primum me admiratum esse laborem utriusque, primum immensum et quem credi vix queat tempore tam brevi posse præstari, dein tanta digestum industria, tanto iudicio adhibitum tantaque conditum pietate et rerum delectu tam eximio locupletatum et ornatum, ut non sint facile desideraturi lectores (nisi improbi esse pergant), quod huic absolutissimæ summæ adiiciant. Gratulatus autem sum ante omnia sæculo nostro, cui hoc muneris domini nostri clementia concesserit, ut, purissimo illo tractandarum scripturarum modo et genere revocato, de loco et gradu summoveri sophistica barbaries et magnis nugis ostentata hypocrisis posset, lyranis et carrensibus et glossis innumeris, quibus hactenus contaminatę literæ sacrę iacuerant, ad corvos, quod dicitur, missis. Par est autem, doctissime Pellicane, ut de munere illo tuo plus quam liberali, immo vero aureo, ingentes tibi gratias agam, data et de referendo fide, si unquam sese occasio obtulerit. Ceterum[b]) vellem, quod boni ut consulas precor, et in Ioannis Apocalypsim te calamum convertere et, quoniam ecclesiæ publico favore is liber multis sæculis exceptus est, opes ingenii tui, quæ domini gratia, nihil adulor, magnæ sunt, in reconditum illum thesaurum mysteriorum, quæ nostra maxime ætate emergunt, solita illa facilitate tua ingerere. Ad mysteria enim, præsertim ænigmatis involuta, non iudicium modo scripturis exercitum, sed ingenium etiam facilitati natum et hac præcipua gratia præditum requiritur. Sunt autem, mihi crede, qui cum librum Pellicano interprete maxime omnium legere cuperent, non modo quia magnæ existimationis apud se nomen tuum existit, sed quod gustum fecerint ex ingenii tui modulo et promittant sibi, te, qui magnam partem utriusque Testamenti mysteria tanta fide et diligentia tractaris, certo nihil relicturum in Apocalypsi, quod pium lectorem non possit

abunde de luce veritatis instruere. Vale et symmystas valere nostro nomine iube, Bullingerum, Leonem, Theodorum, ceteros[b]. Nostri ministri vos in domino salutant. Sangalli, VII. Kalendas[c] Maiias, anno MDXXXVII.

Ioachimus Vadianus tuus.

Doctissimo viro D. Chuon*rado Pelli*cano, sacrę theolog*iæ in illust*rissima urbe Ti*gurinorum* professori, domino suo colendissimo.

a) „æ" für „e". — b) „Cæt-". — c) „Cal-".

1) Vgl. I, Register, unter «Vadianus».

Cent. Goldasti, ep. XXXIX

961.

Sebastian Münster[1]) an Vadian.

Basel. (1537.) Mai 13.

Mitteilungen über den beabsichtigten Druck der Kosmographie des Ptolemæus und Bitte um um Vadians Mitwirkung.

Sebastianus Mynsterus Ioachimo Vadiano S. D.

Volueram tibi mittere, clarissime vir, unam ex tabulis Helveticis, quas curavi hic imprimere, nisi Froschouerus[a] me monuisset, tibi unam ex Tiguro misisse. Cum itaque is imprimendi modus nobis mediocriter successisset et artem aliquam apprehenderimus fundendarum integrarum dictionum, deliberavimus ego, Henricus Petri et Michael Isengrinius, hoc pacto excudere cosmographiam Claudii Ptolomæi non quidem in tanta forma, ut hactenus a multis fuit impressa, sed in ea forma, in qua annotationes tuæ in Melam sunt impressæ. In tabulis ponemus insigniores dumtaxat[b] civitates; reliquas vero ordine alphabetico ponemus in cuiuslibet tabulæ otioso[c] aliquo spatio, puta in margine vel attingente aliqua regione ab illa tabula extranea. Pro hoc autem opere utemur Ulmensi editione[d] et novissima Lugdunensi exemplari, in quo non parum laboratum est, adhibito potissimum Gręco exemplari, ut hic ante quadriennium a Frobenio est excusum[2]). Nova, quæ hactenus accesserunt, in fine addemus et præterea doctorum virorum suppetias desideramus. Fui præterea apud Glareanum Friburgi, accessi et Aegydium Tschudum, quin et Beato Rhenano scripsi et consilium suum pariter et subsidium efflagitavi; sed ille ad te me mittit, quod alioquin eram facturus. Tu enim plurimum præstare poteris nobis in hac re, qui iam dudum Viennæ cum magna laude nominis tui et auditorum utilitate

Ptolemæum prælegisti atque compendium in eundem dictasti, quod me contigit hic videre, quamquam plurimum esset corruptum et pessime transscriptum[e)]. Non parum ornaret tale compendium a tanto viro editum Ptolomæum, fini operis adiectum. Habemus et Wernherum Nurnbergensem, qui ante aliquot annos in præfationem Ptolemæi scripsit. Tu itaque, doctissime vir, noli nobis in hoc opere deesse, sed indica nobis consilium tuum, aut — si opus fuerit mutuo colloquio — non dedignabor hinc ad te ascendere. Nulla tabula adhuc est impressa, licet quatuor sint sculptæ; alias misissem tibi formulam nostræ editionis[d)]. Vale. vir optime, Helvetiorum decus. Basileæ, Dominica post ascensionis.

a) „Froschotterus". — b) „dunt-". — c) „c" für „t". — d) „æd-". — e) „transcr-".

1) Von *Sebastian Münster*, dem Hebraisten und Kosmographen, geb. 1489 in Ingelheim, gest. 1552 in Basel, liegt ausser dem durch Goldast erhaltenen nur ein Brief aus dem Jahre 1550 in unserer Sammlung vor. — 2) Die griechische Ausgabe des Ptolemæus von Frobenius erschien im Jahre 1533; der Brief wird also im Jahre 1537 geschrieben sein.

962. IV 136.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1537. Mai 16.

Die Unwürdigkeit des Marcus Angelus. Schriften über den Tag von Schmalkalden verspricht er zu schicken, sobald er solche findet. Er ist längere Zeit bei Ambrosius (Blaurer) gewesen, um Näheres über die Verhandlungen in Schmalkalden zu erfahren. Er ermahnt Vadian, für die Einigkeit der Schweizer besorgt zu sein und dann mit Bucer zu verhandeln. Grüsse von Bekannten.

Salus. Ex caussis quibusdam aliquandiu iam abfui, ornatissime Vadiane. Hinc factum est, ut nichil ad te scripserim. Domum ubi redii nuper, inveni literas tuas, in quibus primum rescribis de Marco illo Cretensi, qui qualis sit, magno meo malo nec sine bonorum scandalo sum doctus. Sed valeat. Deinde petis libellos quosdam de Schmalkaldiæ caussa editos[a)]; sed nusquam apparent. Cum primum vero illos reperero, non obliviscar tui; cupio enim, pro tua in me benevolentia quacunque occasione gratus esse. Si quęris, quo loco fuerim iam absens, scito me fuisse cum Ambrosio, altera anima mea; si quęris, qua caussa, scito nullam fuisse aliam, quam ut certissime intelligerem Schmalkaldiæ habiti conventus tractationem et maxime, quidnam concordiæ sacramentariæ caussa actum; qua de re alias. Nunc non vacat quicquam addere, nisi ut pro tua prudentia cures, quam optime inter vos conveniat. Forte falsus est animus meus; tamen nescio, quid inauspicati mihi præsagiat. Nam et Bu-

cerus, optimus ille vir, tale aliquid agere videtur, unde inter vos simultatis aliquid nasci possit, si modo iam natum non est. Semper enim commendat Basilienses et Sangallenses tanquam concordiæ studiosissimos; alios vero dum præterit, re ipsa clamare videtur, tales non esse; ne quid dicam, quid ille nominatim[b]. Tu Bernatibus et Tigurinis amice scribas atque ita, ut intelligant, te sic stare a Buceri parte, ut interim ipsos non desinas sincerissime[c] complecti. Deinde cum Bucero agite unanimiter et habete semper rationem nominis Zvinglii et Oecolampadii, virorum clarissimorum, et cavete, ne scindamini scilicet ex hac caussa. Vale et me ama. 16. Maii 1537.

Thomas Blarerus, consul noster, iussit salutem tibi adscribere, idem Cunradus frater.

Tuus *Iohannes Zvick.*

Clarissimo viro D. D. Ioahimo Vadiano, reipublicæ Sangallensis ornamento, suo et domino et fratri colendo.

a) „æd-". — b) Die Worte „ne — nominatim" sind ganz deutlich, aber uns unverständlich. — c) „sync-".

[1]) Vgl. II, Brief 152. — Dem vorstehenden Briefe wird wohl am besten ein undatierter Bericht Zwicks über seine Auseinandersetzung mit Marcus Angelus beigegeben, der doch ohne Zweifel an Vadian gerichtet ist und die kurze Notiz in dem Briefe vom 16. Mai in erwünschter Weise ergänzt. Leider ist dieser Bericht durch verschiedene grosse Wasserflecken beschädigt, welche — so weit und so gut möglich — eine Ergänzung durch Conjecturen nötig machten.

IV 134. Quum mores mei Marco sunt intolerabiles[a] ac perinde ei est, atque si vivat apud me sub arctissima Carthusianorum regula, deinde cum illius mores mihi me*oque præconis* officio[b] non sint ferendi in *futurum*, nostrum erit, ipse ut alio *se conferat.*

Hoc cum te mediatore iam statuerit, *ut n*ullam de me conquerendi occasionem habeat et sentiat, me illi non sine mediocri iactura benefacere, primum donabo illi 14 hebdomadarum sumptus, deinde sumptus vestium, quos fecit scientibus nobis, item pro calceis et conviviis cum Synapio; et quod illi mutuo dedi, donabo omnia; item aureos tres, quos tibi debet, reddam; tandem pro viatico addam aureos duos. Summa horum sumptuum erit aureorum viginti trium, uno et altero solido minus.

De moribus illius disputabo ni*hil amplius, dum*modo ille nusquam me traducat et *nulla*m occasionem mihi præbeat; nec est, quod artificii sui ullam apud me iacturam fecerit, cum ne unum quidem horologium perfecerit, et ego arenam[c] hanc puriorem et minore negotio possim parare; quanquam in paranda arena[c] (ipso inprimis teste) ingen*ium* conficiendi horologia situm non sit. Ut vere dicam, nihil ex illo unquam in hoc negotio exspectavi[d] quam albedinem arene[c]. Hanc promiserat se scire, ut similis esset meæ; sed

nequaquam præstitit. An noluerit vel non potuerit, nescio. Immo[e] de ista arena[c], quam paravit, dubito, qualis sit futura.

Summa: Statueram illi benefacere, cuius animi mei deus testis est. Nunc cum priore ratione fieri nequeat illius culpa, testabor tamen vel hac ratione animum meum, ut iacturam hanc aureorum viginti trium cum illo fecisse velim.

Conqueritur autem, iniurios quosdam in illum fuisse aut esse. Novit, quos sentiam. Pro illis *stabo* et respondebo et satisfaciam, ubi res postulaverit.

Tandem cupio amicus illius esse et hortor, ut hunc casum æque ferat et, quocunque se contulerit, discat agere peregrinum honestum et tractabilem. Tunc ubique est dominus, qui resipiscentem et videt et amplectitur. Habet alioqui multa dona, quæ si ornabit auctoritate[f] quadam et prudentia, in*telli*get, profuturam[g] sibi Constantiæ fact*as cond*itiones[h]. Valeat in Iesu *Christo, domino nostro,* optimus frater. Aegre illum re*mitto,* me deus amet, sed perpensis causis *intelli*go, dominum aliter (?) iam velle. Quodsi vero hęc discedendi ratio grata illi non fuerit, ego certe aliam non video. Ceterum[i] si fuerit grata, potest hoc uno verbo istuc[k] testari.

(Adresse fehlt.) Tuus *Iohannes Zvick.*

a) „intoll-". — b) „t" für „c". — c) „hare-". — d) „exp-". — e) „imo". — f) „aut-". — g) Scheint für „profuturas" verschrieben. — h) Oder *cognitiones*? — i) „Cæt-". — k) „isthuc".

963.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

V 140.

Constanz. 1537. Juni 6.

Übersendung einer Schrift über den Tag in Schmalkalden, bei dem Philipp Melanchthon namentlich eine versöhnliche Haltung eingenommen hat. Eifrige Bemühung Bucers für den Frieden mit den Lutheranern. Jetzt hält er sich in Augsburg auf, um die kirchlichen Dinge zu regeln. Gegenüber seinem übermässigen Einigungseifer müssen die Schweizer fest bleiben, um sich nicht den Vorwurf der Unbeständigkeit zuzuziehen. Insbesondere sollen sie unter sich einig sein. Die bevorstehende Neuausgabe der Aphorismen Vadians. Grüsse an die Freunde.

Salus et pax Christi.

Hic ad te mitto, quod de Schmalkaldico conventu editum[a] est, Vadiane ornatissime; plures autem libellos vel ad te vel Gebentingerum misissem; sed non nisi unum aut alterum secum adtulit Mangoldus. Quotienscunque vero istius conventus mentio incidit, merito gratiæ sunt domino agendæ, qui bono suo spiritu compescuit ardentissimos quorundam affectus. Usus est dominus Philippo, quem Ambrosius mihi nuper non potuit satis commendare, et parum abfuit, quin melius cum illo sibi quam Bucero convenerit. Adeo omnino ardet optimus vir Bucerus in componenda cum Lutheranis concordia, ut dissimulari velit etiam ea, quæ cum animi candore vix possunt dissimulari. Is nunc

agit Augustæ, vocatus instituendæ ecclesiæ gratia, atque hic invocandus dominus anxie, ut frenum imponat illi, qui nihil non faciendum putat, ne Lutherani offendantur. Tute scis, quanta sollicitudine etiam Helveticas ecclesias conetur in hoc pistrinum detrudere, ut, si facturi sitis, quod ille vult, non solum vos ipsos, sed etiam sanctissimorum virorum Zvinglii et Ęcolampadii nomina celebratissima multis malisque suspicionibus[b] sitis gravaturi. Perpetuo enim hoc vult Lutherus cum suis, errasse et illos et vos. Hoc si datis, cum verum non sit, prębebitis pessimum exemplum inconstantiæ de vobis. Hoc nuper egi cum fratribus Tigurinis neque satis est, etiamsi planam mentem habeatis Lutheri, vobis autem liberum non sit, planam testari. Si charitas exigit iuxta Buceri ratiocinationem, ut subscribatis vel recipiatis articulos obscuros, mente tamen cognita, iam eadem charitas quoque exigit, ne receptis tam salebrosis et contentiosis articulis offendatis omnium nationum optimos animos. Qui fit, observandissime Vadiane, ut Bucerus tam inique ferat, si dicatis, vos præsentiam Christi in cena[c] nunquam negasse, item nunquam docuisse, nihil esse in cena[c] præter vinum et panem: semper autem urgeat, vos hæc iam daturos, docturos, posthac et damnaturos, quicumque secus sentiant? nonne tacite revocationis speciem[b] hęc habent? Vos iam ternas confessiones scripsistis: prima ad nos Constantiam missa est ante biennium, ni fallor; altera scripta Basileæ, auctore[d] etiam Bucero; tertia, quæ nuper Luthero missa est. Quodsi ex istis tribus intelligi non potest, vere vos dė sacramentis sentire, nescio, quid dare possitis tandem sine ignominia nominis vestri. Tu huius rei curam habeto; deinde, quod semper monui, da operam, ut inter vos quam optime conveniat et ne scindamini. Audio enim Basilienses erga Tigurinos satis acerbos, quod illi omnino iuraverint in verba Buceri, hi[e] vero non possint. Præterea non ignoras, quid Buceri literę ad Lutherum velint et quam non dextre alios commendet, alios vero vituperet. Nullus est autem (id quod in aurem tibi dico) in universo mundo, cuius scripta et negotia hoc sęculo magis pertimescam atque unius Buceri, utcumque alias docti et sancti viri. — Postremo audivi te iterum editurum[a] Aphorismos tuos. Hoc si ita est, per Christum te rogo, ne imiteris retractando Bucerum.

Vale, clarissime Vadiane, et me ama. Constantiæ, 6. Iunii 1537.

Dominicum et Fortmüllerum salvere cupio.

Tuus ab animo *Iohannes Zvick*.

Clarissimo viro D. D. Ioahimo Vadiano, reipublicæ Sangallensis consuli prudentissimo, domino meo[f] observando.

a) „çdit-". — b) „t" für „c". — c) „cçna". — d) „auth-". — e) „hii". — f) „me".

1) Vgl. II, Brief 152.

964.

Staats-A. Zürich E II. 342. 78.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

Zürich. 1537. Juni 26.

Die Verhandlungen über das Verhältnis der Toggenburger zum Abt von St. Gallen.

Gnad und frid vonn gott durch unsernn herren Iesum Christum. Der handel, darvon ir, fürgeliepter herr und brůder, geschriben habend, stadt also: Lutzernn und Schwytz wöllend dem appt hälffen und zu im setzen, das er möge by sinen gerächtigheyten, brieff und sigel belyben und, was im entwerdt, wider gewendt werde. Hieruff habend sy min herren zů Einsidlen angesůcht und gebätten, sy wöllind mittsampt denen von Glaris die von Doggenburg bitten, das sy wôllind den kouffbrieff heruß gäben und die antwurt ietzund uff den gehalltnen tag gen Baden bringen. Sölichs hatt min herren beschwaret; habend deßhalb nienenhin lassen ryten, sunder iro botten gen Baden in befälch gäben, sich des stützigen, tratzlichen prächts und gefächts der zwey orten zů becklagen: was das aber sye, das man dem münich so stützig wider zwey ort zůsage? ob dann inen ein einiger münch lieber sye dann zwey fürneme ort der eydgnoschafft, die noch so vil macht habend und sölichs ansähens und verdiene(n)s syennd? Hieruff ist nun uff dem tag zů Baden vil gehandlet; doch ist das der endtlich beschluß: miner herren klegt ist in die abscheyd verfasset. Danäben sind die mittel fürgeschlagen. Man begärt nochmals, das die von Zürych und Glariß die kouffbrieff heruß von den Doggenburgernn vorderend; oder so sy das ye nitt thůn wöllind, das man dann von den 4 orten uff Ulrychi gen Wyl kumme, die Doggenburger und den appt dahyn bescheyde und sy da zů beyden syten bitte, das sy inen den handel lassind ab werden, namlich das die Doggenburger vom kouff standint, doch die brieff innen behaltind, herwiderumb der appt nitt uff sinem koppff stotze. So dann die Doggenburger von dem kouff stand, allsdann söllend die 4 ort die beschwerden der biderben lüten hörrenn unnd besähen, wie sy einigheyt machen mögind,

namlich ettlicher beschwerden entladen und denn ouch lûgen des gloubes halb. Wo man sy dann nitt vereinigen möge, so söllind sy by dem kûff (!) blyben; aber Zürych und Glariß söllend dem appt eins rächten harumb sin. Ob dann Zürych und Glaris neißwas bessers finde, wöllind sy ouch losen. — Sömlicher fürtrag wirt morn, ûff Mittwuch 27. Iunii, für rädt unnd burger kummen. Gott beware uns. Amen. Das ist mir von üwer vrag zû wüssen; wyters hab ich nitt erfaren können. Was beschähen werde, weiß ich nitt. Ich hoff aber zû Gott, er verlasse die sinen nitt. Datum Zürych, 26. Iunii, 1537. — Lecto pasquillo remitte exemplar. Copiosas tibi per Antonium literas scripsi. Neglexi salutem, quam officiosissime tibi per meos illos Hieronymus Canien.[c] nuntiavit[a]; revocatis[b] enim ipsis id eis diligenter iniunxit. Exspecto[d] literas, quas tibi credidi, et num Osiandro suas destinaveris; quid item de Cæsare, Turca, Gallo, pontifice acceperis.

Tuus *H(einricus) Bullinger*.

D. Vadiano, Sangallensi consuli, domino colendissimo.

H. Joachimen von Watt, bürgermeisternn.

a) „ci" für „ti". — b) „revocacatis". c) Abkürzung, die vorläufig nicht aufzulösen ist. — d) „exp-".

1) Vgl. oben, Brief 730.

XI 22b.

965.

Hans Heinrich Winkeli und Wolf Fries[1]) an Vadian.

(Basel. 1537.) Juni 29.

Beförderlicher Druck eines «Kinderberichts» (Katechismus?).

Gottes gnad und barmhertzikeitt sy all zit mitt uns allenn.

Gliepter herr und gönner. Wier haben zu dienst und gfallenn üch, minen herren, dise kinderbericht zu trucken angnomen, die ietz der zit sunst keiner angnomen hett, ursach so wenig und die truckter (!) allen daruff haben miessen warten und iren sold haben wöllen, als ob 1000 oder 15 hundert ufgleitt weren; dann wir das ander werck, so wir uffgleitt, hatten miessen still lögken. Damitt aber üch, minen herren, gewilfart und die kintheitt gefirdrett wurd, haben wirs inn der yl, so böst wir haben können, hingetruckt; güter hoffnung: ob ir, unser g(nädigen) herren, andri maal öttwas zu trucken willens, uns öch zügstölt wurd. In sölichem und andrem bitten wir, iuwer streng, ersam Wy(s)heitt wöll uns alweg fir

bevolen haben. Hiemitt bewar uwer G(naden) seliklich. Frittag, am 29. Iunii.

Hans Heinrich Winckelli und *Wolff Frieß*,
bed von *Soloturn* vertriben, yetz burger zu *Basell.*

Dem hochgelerten, erenvesten herren burgermeysterenn Watt zu S. Gallenn.

[1]) Vgl. oben, Brief 945. — Die soloturnischen Reformierten waren im November 1533 unterworfen worden und dann bei 70 Familien ausgewandert. Das Tages- und Monatsdatum weist auf das Jahr 1537.

966. IV 143.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1537. Juli 1.

Er berichtet den Tod seines Schwagers Schwend und die hilflose Lage der hinterlassenen Kinder. Er schickt diese nach ihrer Heimat St. Gallen zurück und bittet Vadian um seine Beihülfe.

Gratiam et vitæ innocentiam per Christum. — Alia calamitas aliam trudit aut excipit, doctissime vir. Superiori anno uxorem in partu perdidit sororius uxoris meę Schwendius; interim ex liberis, quorum quinque erant, duo obierunt, tres supersunt, et quum diu conflictasset ipse cum dura pauperie, post diuturnum morbum hydrope finem clausit vitæ. Quid ego interim aliquot annis passus sim, non expedit fortasse, ut dicam; fortasse minus quam pro necessitate aut dei præcepto, magis vero quam pro mea facultate. Mater illius, femina[a]) ignava et sordida, adhuc apud nos est. Quid actura sit, mihi incertum; nam nihil certi ex ea scire possum. Quare ego officii mei esse putavi, ut pueros et orphanos domum remitterem meo ęre et impensis, nisi quod aureum liberalitate eleemosynariorum corrasi. Te itaque per viscera misericordiæ domini Iesu Christi exoratum volo, ut pro tua humanitate pupillis istis apud senatum adsis; nam cives vestri sunt, nati apud vos, ut vel iure vel miseria sua opem mereantur vestram. Misi eos socero meo et uxoris fratri, quibus et omnem rem scribo. Isti nimirum rem curabunt, ut transigatur feliciter[b]). Tu, quod in te est, negotium[c]) quantum convenit promove. Vale, doctissime vir, et me tibi semper habe commendatum. Ex Tiguro, 1. Iulii 1537.

Leo Jud tuus.

Excellentissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli Sanctogallensi dignissimo, amico et patrono inprimis colendo.

a) „fœm-". — b) „fœl-". — c) „c" für „t".

[1]) Vgl. III, Brief 370.

IV 140.

967.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1537. August 1.

Entschuldigung seiner Nachlässigkeit im Schreiben. Politische Nachrichten.

Gratiam, pacem et vitæ innocentiam a domino. Acceptis a te cum literis, tum donario haud vulgari, eximie vir, nihil unquam vel literarum vel gratiarum actionis retuli. Unde etiam mihi ipsi videor tua humanitate et liberalitate abuti. Quid dicam? Culpam ingenue fateor ac deprecor, ac ut ignoscas, impensius rogo. Contigit tamen hæc negligentia partim quod pauci hinc ad vos abeant tabellarii, partim etiam quod non semper adsit argumentum aut materia tuis auribus digna. Concilium eo ordine, quo constitutum fuerat, diffluxit. Omnibus etiam Italis ludus fuit. Paulus tertius decumbit adeo graviter, ut omnes illi mortem ominentur. Tota Italia metu Turci concussa est, qui Apolloniæ, quam Lavelonam vulgo vocant (tu nosti), plus minus mille velis paratus Italiam obruere minatur. Cæsar exercitum viginti millium in regnum Neapolitanum præsidium posuit. Timent Genuenses et omnes. Gallus exercitum habet in finibus Pedemontanis, Cæsar præsidia hinc inde in oppidis; sed nihil certi aut scitu dignum de illis auditur. Sed si in futurum aliquid scitu opus ad nos delatum fuerit, dabo operam, ut ilico[a]) ad te scribam. Vale. Ex Curia Rhætiæ[b]), Kalendis Augusti 1537.

Tuus totus *Ioannes Comander.*

Præstantissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli, domino ac amico suo primario.

a) „ill-". — b) „Rhetiæ".

1) Vgl. III, Brief 468.

Staats-A. Zürich. E. II, 342. 70.

968.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1537. August 5.

Betrübnis über den sächsischen Streit. Bitte um Mitteilung eines von Melanchthon und Bucer aufgesetzten Vergleichs. Ungünstige Berichte über Bucers Tätigkeit in Augsburg.

Gratiam et vitæ innocentiam a domino. Optima fide reddidit mihi literas tuas Fridboltius hic. Fuerunt illæ mihi ut reliquæ omnes longe gratissimæ; reddiderunt autem tristem, quod iam nunc videam, quid

mali ex bello oboriturum sit Saxonico. Involvet et inter sese committet certo Germaniam totam. Certe merentur hoc mores nostri. Verum domini interim gratiam imploro, ut hic vel per Hessum vel alium virum fortem et religiosum hoc bellum dirimat, nisi forte divina Maiestas statuerit, semel funestos illos e medio ecclesiæ episcopos tollere, quibus salvis nescio an ecclesia salva esse possit. Si tu interim aliquid eius accepisti compositionis, cuius meministi in postremis literis, a Melanchthone ac Bucero conscriptæ, obsecro videam, siquidem optimus quidam vir nescio quæ infausta mihi retulit de actis quibusdam Buceri Augustæ in negotio idolorum habitis etc. Ego in præsenti nihil possum certi nuntiare e Luceria; legatum enim nostrum nondum vidi. Quodsi aliquid didicero, quod e re tua fuerit novisse, scies. Tu perge, me, quod facis, amare et frequentissime scribere. Vale una cum tuis omnibus, cum Dominico et Fortmüllero ac reliquis. Salvum te volunt Leo, Pellicanus, Theodorus, ceteri[b]. 5. Augusti 1537.

H(einricus) Bullingerus tuus.

Præstantissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, domino suo colendissimo.

a) „c" für „t". — b) „æ" für „e".

¹) Vgl. oben, Brief 730.

969. IV 147.

Sebastian Grübel¹) an Vadian.

Schaffhausen. 1537. August 7.

Bericht über sein Befinden und politische Nachrichten aus Schaffhausen.

S. Lieber herr und vetter, mir hatt min schwager Gebhartt ainen brieff von üch uberantwurtt; den hab ich nach sinem inhalt verstanden. Für erst wist, mich nach besserung miner langwirigen kranckait by ainem vertribnen Rottwiller üch zůgeschriben. Und hatt mich bißhar gar übel duret, das mir kain antwurt druff worden; dan ich uch darin all min anligen der kranckait halb enteckt, und nit woll darin mit üch zůfriden xin, das ir üch minen (uff min villfeltig schriben und ermanen) nit haben wellen belaiden. Vernim aber uß üwerem gethonen schriben, das uch der brieff nit zůkomen. Wird ouch aigenlich nahi fragen; dan etwas darin geschriben, das nit yederman zů vertruwen, ouch mir in gehaimnuß was anzaigt etc. Uff semlichs, lieber herr und vetter, wissend, das ich nit tod

bin, auch nit spectrum, sonder lebendig, als lang dem herren gefalt; doch nit alweg uffrecht. Dan der knoll 3 finger ob dem hertzgrůblin nit gentzlich ainweg will, ouch die blödinen zun zitten ain morgen nit ußblibend; fürnemlich wen ich zů nacht woll gelebt. Dan ich gantz girig zů essen und trincken bin; trůgt mir ouch aller dingen woll ain, dan ich am lib gar wider zůgenomen. Ich hab üch och in minem schriben (uch nit worden) anzaigt kain: als uff min villfaltig schriben mir kain antwortt noch rattschlag mocht werden — wie woll mir min brůder geschriben, mir üweren rattschlag zůgesandt; ist mir aber nit worden —, uff semlichs hab ich mich fry ain Juden ergen. Der hatt mich zway mall purgiert und voranhy ettliche tranck ingeben und hatt treffenlich vill aitter und blůtt durch ainandren von mir getriben. Ward aber treffenlich blöd daruff, das ich hinderrugs im den bronnen gen Costentz D. Hans Menlißhoffer schickt und im allen hendel schraib. Sait er, es werend catarri suffocativi, und schraib mir, wie ich mich tempore paroxismi sölte halten mit ribung der tůcher ain henden und füssen, ouch sunst pullulas solt ich 6 wuchen all wuchen ain 9 nemen. Habs aber noch nie gebrucht, dan von gnad gottes sich min sach stetz gebesseratt hatt; doch nit in alweg, wie vor anzaigt, uffrecht. Wäre noch min gantz früntlich beger, mir üweren rattschlag, wie ich mich witter sölte halten, zů schriben; des ich mich gentzlich zů üch versich, damit ich des knollen möchte gar abkomen etc. Nüwer zittung was ich nünt, das uch nit kund sige. Burgermaister Waldkilch ist noch nit ab dem tag komen; ich welte sünst, diewill ir kainen botten da haind, allen handel woll bericht haben, obschon etwas vast haimlichs oder verborgens vorhanden were xin. Deren houptlütten halb, so sich vill verschriben, das doch in ainer eidgnoschafft nie erhörtt, werdent mir nit schwigen, sonder schryen, das uns häls möchtend brechen; dan dem herren sige lob, mir dry sind ains. Das will ouch ettlichen hertz abstossen; mir gebend aber nünt drumb. Mir werdent schier all wuchen ain mall für ratt beschickt, oder sy verordnent ettlich zů uns, mit uns zů redent; dan wir inen zů handtlich und tapffer wend sin. Mir sagends inen aber fry heruß: diewill sy sich nit endren und tapfferer in handel griffend, so werdent mir nit nachlassen. Und wen sy schon ainen allain beschicken von ains handels, der inen zů nach geredt, so gond mir all mit ainandren und nemend uns des handels ain. Ich hab vor 14 tag, wie sich dan materi gegeben, geredt, man find vill civilisch, burgerlich from lütt, deren mir

vill in rätten und sunst habend; wen es aber ain warhait komen und Christum und sin wortt aintreffe, sigend sy lebendig tüffel, und hab alle frommkait ain end. Das habends nie künnen verdöwen, biß ich inen fry heruß gesait, warain es hange und womit sy umbgan(g)end. Doch lassends in gehamnuß by üch bliben. Bovillus halt sich tapffer in rätten; hatt mir ouch in ainer stund anzaigt, wie im zügeschriben, der kaiser habe die stat ouch gewunnen, so ietz zûletzst vorgelegen, und aber jungs und alts erwürgt, wie vor zu Sant Paull. Doch batt er mich, ich sölte es von im nit ußgeben; vermaint, wirde in kurtzem zû Paris sin. Die gnad gottes mit uns allen. Mine mitbrüder und diener lond uch vill grûtz und gûtz *sagen*. Geben zû Schaffhusen, uff 7. Ougst, im 1537 jar.

Ü(wer) alzit williger *Sebastian Grubell.*

Dem hochgelerten, ersamen und wisen D. Ioachim von Watt zû Sant Gallen, minem herren und vetter zû handen.

[1]) Vgl. oben, Brief 704.

970. IV 150.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1537. August 21.

Mitteilung eines Briefs von Johann Tscharner mit politischen Nachrichten aus Italien.

Gratiam et pacem a deo patre per Christum. Accepi Humanitatis tuæ literas periucundas, maxime quod ex eis evangelii fructum ac profectum uberrimum didicerim. Nihil enim animum meum adeo recreare potest atque evangelii successus[a]). Post reditum Iohannis Scharneri vidi epistolam Italice scriptam ac ad quendam Italum Curiæ degentem missam, cuius summam cum per interpretem audieram, rogavi physicum[b]) nostrum doctorem Thomam Thirracum, ut Germanam faceret. Subscribam igitur Germanice eius tenorem (mercatoris cuiusdam est ad amicum scripta).

«Im namen des herren. Geben ze Rom, am 7. tag Iulii 1537.

Allerliebster brûder, nachdem und ich mine gescheffl han ussgericht und gross mûy und arbeit gehept, bin ich mitt gottes hillff kommen gsundt gen Constantinopel, am andren tag des Meyen. Darnach am 22. tag des selbigen monats von Constantinopel gescheiden und bin gereyset mit dem gantzen züg und macht des Türcken 24 tag. Darnach mitt allem flyss kommen gen Ragusa. Daselbig hab ich genomen

ein brigantin mit 6 knechten und in fünff tagen mitt gûttem nachwind das mer überschyffet und kommen gen Ancona am ersten tag Iulii. Zû Ancona uff die post gesessen und in $1^{1}/_{2}$ tagen kommen gen Rom. Do hat mich bäpstliche Heiligkeit beschickt und fon mir erforschet nüwe zytung. Do hab ich bäpstlicher H(eiligkeit) erzelt gwüsse nüwe zyttung, welche ich selbs erfaren und gesächen han, namlich 250 galeren wol versehen und gewaffnet; 100 peladatne, die da pfert fürtent und füss-knecht; topigheni, welche fürtent pantalene, büchsen; schyff galeoti als vil als 400 sägel uff das minst. Uff dem erdtrich sind es als vil als 250^{m} reysige pferdt, zechen tusent Janiceri, fry knecht vil, gabiano maestri[c] on zal; büchsenstuck uff rederen 30^{m}; darzû ein rüstung, darvon nit ze reden ist dem, ders nit gesähen hat. Ouch hat er profant mit im gefürt uff zwey gantze jar zum minsten. Vom lanndtvolck hat er nit mit im genomen, denn 12^{m} Sangiachi. Das übrig hat er gelassen uff der frontieren gegen dem Sophy, wo sich der regen welte. Wytter so hat er geschickt 60^{m} Achengi contre Sangiachi in das Ungerlandt mit dem künig Ioanne, das sy wyder die Tütschen weerindt. Und wenn uns gott nit grosse gnad thût, wirt es vil ze schaffen sin.»

Hec est epistola illa, quam male interpretatam festinanter describere coactus sum. Etiam quædam[d] verba relicta sunt Italica, quę interpretari non potuit. Tu igitur iuxta candorem tuum hanc meam operam incultam propter intempestivam festinantiam boni consule. Vale. Ex Curia Rhætorum[e], 21. Augusti, 1537. Tuus *Comander*.

Clarissimo viro et domino D. Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli, domino ac fratri plurimum observando.

a) „succesus". — b) „phis-". — c) „moestri" (Schanzmeister). — d) „e" für „æ"

1) Vgl. III, Brief 468.

IV 154.

971.

Martin Frecht[1]) an Vadian.

Ulm. 1537. Anfang September.

Er bestätigt seine Zustimmung zu Vadians Aphorismen, die er bereits mündlich dem ihn besuchenden Bruder Vadians ausgesprochen hat. Er klagt über die Anschläge der Feinde der Wahrheit und hofft einen guten Ausgang mit Gottes Hilfe. Dank für die geschenkte Schrift und Entschuldigung seines einjährigen Schweigens. Grüsse an die Genossen.

Salute min domino. Doctor clarissime idemque consul prudentissime, ista mea diutina taciturnitate ex animo tuę Humanitati, plus quam prę-

stare queam, abs me petenti, non tui neglectum aut contemptum, sed potius consensum per omnia astruere et confirmare cupio. Scis enim vulgo iactari, tacentem consentire; tametsi charissimo tuo germano humanissime me nuper hic salutanti visus sim respondisse ad ea, quę tua Humanitas a me flagitavit amanter, me scilicet sacris tuis Aphorismis subscribere pro iudicii mei tenuitate, etiamsi eruditorum quorundam iudicia[a] maluissem antea capere, quam mea qualiacunque dare. Subscribo autem plane, quia selecti aphorismi, quod recte scribis, cœptam concordiam stabiliunt, non oppugnant. Atque utinam sanctum illud tuum exemplum imitentur plerique, qui principio prę[b] se ferebant studium concordię, quod audio magno cum periculo quarundam ecclesiarum languescere nunc! Perpetuo enim nonnulli impingunt concordię studiosis, quod sub huius prętextu aliud quęrant[b], veritatis scilicet proditionem. Istud[c] vero ut candide faciant, tu tuique similes facile iudicare possunt, et iam pridem per dei gratiam ad huiusmodi calumnias occalluimus. Dominus pacis suo spiritu ita confirmet nos, ut aliud nihil in hac tota causa quęramus[b], quam quod interest dei glorię et ecclesię misere adflictę salutis et tranquillitatis[d]. Amen.

Ceterum pro tam munifico tuo dono summas ago T. H. gratias, quas utinam liceat quandoque referre! Perpetuo tibi gratum clientem et nominis tui studiosum habebis me, quem immeritum tantis et elogiis et beneficiis cohonestas et ornas. Dabo ego operam, ut ista nostrę amicitię felicia[e] auspicia[a] recte procedant. Bene valeat T. H., quę boni ęquique consulat istud meum diutinum silentium atque qualecunque hoc meum, si licet dicere, anniversarium responsum. Etenim 5. Septembris superioris anni T. H. doctę et liberales literę redditę sunt; has autem ex mediis occupationibus rescribo fere eodem die Septembris 1537. Iterum T. H. valeat, cui commendatus esse cupio. Salveant optimi fratres istic[f] apud vos Christum prędicantes, quorum precibus ecclesiam nostram (?) huiusque symmystas[g] unice commendamus. Datum Ulmę, ut supra.

T. H. amantissimus et observandissimus *Martinus Frechtus, Ulmensis* ecclesię minister.

Clarissimo doctori prudentissimoque Sangallensi consuli Ioachimo Vadiano, erudita pietate et humanitate eximio domino et amico observando.

a) „t“ für „c“. — b) „e“ für „ę“. — c) „istuc“. — d) „-ti“. — e) „fœl-“. — f) „isthic“. g) „symyst-“.

1) Von *Martin Frecht*, evangelischem Prediger und Professor, geboren in Ulm 1494, gestorben in Tübingen 1556, liegen 66 Briefe an Vadian aus den Jahren 1537–1548 vor.

IV 157.

972.

Benedict Burgauer[1]) an Vadian.

Tuttlingen. 1537. September 9.

Die Aphorismen Vadians. Bitte, ihm mit Rücksicht auf seine Kinder wieder für eine Stelle in der Schweiz behilflich zu sein, obschon er sich sonst in Tuttlingen wohl befindet.

Gratiam[a)] et pacem a domino. Attulerat ex nundinis Sangallensibus coniunx Francisci collegæ a Prudentia[a)] tua literas, doctissime Vadiane, quibus affectum et animum pium erga me cognoscere potui. Hortabas inter cetera, editionem[a)] tuam librorum Aphorismorum de sacra eucharistia legerem. Consilio tuo parui. Legi equidem iudicio, quo potui exacto, immo relegi. In eis tantam pietatem, immo eruditionem[a)] deprehendi, etsi de Vadiano optime deque eruditione[a)] eius semper aliisque cognita persuaserim! Tantæ lectionis[a)] veterum ac classicorum auctorum[b)] virum nunquam arbitratus fuissem, nisi certissima experientia[a)] aliud edoceret. Quid ego sentiam[a)], paucis aperiam: nihil legendo per omnia nisi sententias[a)], assertiones[a)] probatas, quibus subscribere libere, pie ac catholice posse(m), deprehendere potui, nec est in eis quicquam mihi adversum. Equidem spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. O quam plausibile foret mihi, tui copiam habere, tibi conversari, quemadmodum humano errore cottidiana tua confabulatione[a)], quæ liberalissime fuisset concessa, abstinui. Modo rursum canonica et legitima condicione[c)] tecum agere concederetur, in alium Benedictum me conversum certo certius agnoscere daretur. At decretum domini seu vocationem[a)] cuiusvis ad functionem[a)] ministerii omniumque vias noscere quis potest? Etsi apud pium ed ad omnia religionis christianæ bene affectum populum agam, omnia dogmata mea accepto ferant, non molestant(!) aut aliquo perturbant(!), de eis conqueri liceret; me, ut apostolus inquit, velut angelum recipiunt, immo promptissime, quæ mihi in sustentationem ordinata, contribuunt, sustentor liberalssime — hoc anno in frumentis plus centum et quinquaginta malter Sangallensium mensuræ, subtractis expensis, habiturum me spero —; attamen ob liberorum institutionem[a)] aliisque ex causis optatius[a)], etiam multo minoribus impensis, tecum seu alio in Helvetiorum[a)] terris oppido aut accommodo[d)] loco agere et verbi ministerium adimplere in votis

esset, si domino placeret, cui unicum me addixi cuiusque nutui vivendum iucundissime. Si qua rescieris acceptandave suaseris, certiorem[a] me facere velis, obnixe rogo. Nisi puerorum, quos habeo, immo quottidie a domino accipio, tractus amore — quandoquidem parentibus debite educantur atque, in licitis thesaurizent, incumbit — non ob alimenta ministerio indigerem. Tibi ut patrono singulari in aurem sit dictum: Divino munere cum coniuge, dante domino, ex domini benedictione[a] annuo tempore ad victum et amictum colligere datur. Tu mei meorumque curam suscipe, per Christum oro, si me, ut confido, amas. Brevi tempore sentire possum, scripta mea tibi fuisse grata; quam primum vacat, per frumentarios, qui omni septimana ad Zell proficiscuntur, rescribas. Habent, quibus tuto committere possunt, ad me perferantur. Saluta mihi coniugem tuam et consulem Ambrosium Schlumpf, reliquos in domino sinceros fautores et amicos. Ex Tuttlingen, 9. Septembris, anno 37.

B(enedictus) Burgower, tuus ex animo.

Modo papistis per te occasio exhibita, Vadianum hæreticum proclamare, sicut quondam alius eius nominis memoratur apud Tertullianum seu Augustinum, sicuti sæpius te futurum ioco testatus sum. Es ist sch(i)mpff.

Prudentissimo ac doctissimo viro D. doctori Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli, domino et amico colendissimo.

Herr burgenmaistern von Watt zů S. Gallen.

a) „ci" für „ti". — b) „aut-". — c) „condict". — d) acomodo". — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. I, Brief 22.

973. IV 158

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1537. September 10.

Er berichtet über seine vierzigtägige Reise im Allgäu und den Stand der dortigen Kirchen. Als Übelstände bezeichnet er den Mangel an Aufrichtigkeit unter den Predigern und die Lässigkeit der Gemeindebehörden. Er hat vernommen, dass ein Streit zwischen Vadian und den Predigern herrsche und hofft, dass es seiner Klugheit gelinge, ihn beizulegen. Er übersendet einen Brief von Martin Frecht und erbietet sich zur Übermittlung der Antwort.

Salus et pax Christi.

Diebus quadraginta, ornatissime vir, peregrinatus sum per ecclesias aliquot Algoiæ[a]. In quibus volens nolens fiduciæ[b] meæ in deum rationem dare coactus sum. Feci hoc ipsum quanto potui studio; uti-

nam cum domini gloria et ecclesiarum ædificatione! Satis vero pie institutæ sunt et ministros habent pios ac sedulos, denique doctos. Sed duo mala video undique per Satanam seminari: primum, ne fratres omnibus modis inter sese candidi sint; alterum, ne magistratus alacritate quadam spiritus officium[b] faciant. Hæc duo mala avertat Iesus Christus. Amen. Ad hæc autem promovenda non parum facient odiosa et non solida quædam concordiarum argumenta, quæ et ipsa in melius mutet Christus. Amen.

Audio etiam inter te et ministros dissensionis aliquid natum nuper, quod tu ludendi libertatem adseras, illi contra; crediderim enim, vos non difficulter componi posse, cum tu rem ipsam per se, illi coniunctis abusibus eam æstiment. De hoc vero nihil addo, cum perspecta mihi sit prudentia tua, denique in tractandis quorumvis ingeniis experientia. Semper fac, quod facis, scilicet ut vestra ecclesia probe cohęreat. Christus vero adsit tibi in omnibus. Frechtus literas ad me dedit mittendas tibi[2]), quas hic habes. Vale et me — ut soles — animo complectere. Frechto si quid vis respondere, ego illi literas semper commode misero. Constantiæ, 10. Septembris 1537.

Tuus *Iohannes Zvick.*

Viro non pietate inferiori quam prudentia D. D. Ioachimo Vadiano, reipublicæ Sangallensis meritissimo consuli, domino meo observando.

a) „Algoye". — b) „t" für „c".

1) Vgl. II, Brief 152. — 2) Wohl Nr. 971.

IV 150

974.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1537. September 25.

Er berichtet von einer Predigerconferenz in Urach wegen der Abschaffung der Bilder und der Meinungsverschiedenheit zwischen Erhart Schnepf und Ambrosius Blaurer. Die Entscheidung des Herzogs ist noch nicht bekannt. Er empfiehlt den Überbringer, ein Ratsmitglied von Constanz, mit dem Vadian sich vertrauensvoll besprechen könne. Krankheit des Bürgermeisters Thomas Blaurer.

Salus et pax Christi.

Nichil habeo, quod nunc scribam tuæ Humanitati, hoc uno excepto, quod 16. huius mensis Uracum vocati sunt Brentius, Schnepfius, Matheus Alber Rütlingensis cum Schradino diacono D. Paulo Phrigio, parochus Tubingensis et Ambrosius noster Bla-

rerus. Conferendum fuit inter illos amice de tollendis e templis imaginibus; nam Schnepfius perpetuo contendit, non ferri solum posse eas, sed etiam utiles esse in templis Christianorum, si non prostent ad cultum; Ambrosius semper contra putavit, quanquam harum causa nullam tragœdiam[a] movit. Sunt alii quoque docti vocati. Contulerunt inter se præsentibus aliquot, qui principi sunt a consiliis, idque integro die, et tamen non potuit inter eos convenire. Postremo iussi sunt, ut singuli suam sententiam scripto altera die exhiberent simpliciterque responderent ad hanc quæstionem: liceretne principi omnes omnino imagines e templis auferre? id quod factum est. Porro princeps omnibus omnium scriptis diligenter excussis sententiam tulit, quæ nondum est promulgata, quanquam sperat Ambrosius, hanc esse pro nobis; cuius rei etiam Bullingerum certum feci. — Deinde hoc quoque nomine has literas scribere volui, ut, si posset fieri, familiaritas quędam inter te et præsentium latorem contraheretur. Nam vir doctus est et senator apud nos pietatis studiosissimus, quocum posses tam de vestræ quam nostræ ecclesiæ rebus conferre, contrahendæ amicitiæ causa cum primis. Vale. Consul Blarerus quartana febre misere laborans salutare te ea lege iussit, ut eum commendes domino. Constantiæ, 25. Septembris 1537.

T(uus) *Iohannes Zvick.*

Post hæc incidit mihi, mittendam ad te Antichristi generationem, ach nimium veram!

(Adresse fehlt.)

a) „tragęd-".

1) Vgl. II, Brief 152.

975. III 378.

Valentin Tschudi[1]) an Vadian.

Glarus. (1537?) October 17.

Er entschuldigt sich, dass er die Zusendung der Aphorismen noch nicht verdankt habe, und lobt die aufrichtige und klare Schreibweise Vadians.

S. Expostulare merito mecum de ingratitudine posses, Vadiane doctissime. Annus enim iam fere elapsus est, cum Aphorismos tuos, librum te dignum omnibusque piis summo pretio[a]) comparandum, muneri mihi miseris, pro quo tanto tempore ne verbo quidem gratias ullas rependerim. Taceo interim, quod grati discipuli erat, etiam nullis stimulatum

novis beneficiis literis frequentibus gratum testari animum. Sed nosti procrastinatores illos, qui omissa præsenti occasione negotium in posterum semper differunt ac, dum melius expedituros se sperant, eo protrahunt, ut numquam expediant. Quod mihi quoque obtigit. Nam dum commodum exspecto[b] nuntium eosque, qui obiter ad manus sunt, negligo, ad tantam devenio negligentiam, ut numquam scribam. Hanc satisfactionem ab homine tui studiosissimo æquum est, ut accipias, qui et erga alios ubique candidus es. Laborem tuum supervacuum esset laudare, cum opus se ipsum eo probet, ut hominum imperitorum immodestæ laudes luci viderentur tenebras offundere. Illud certum est, si omnes de eucharistia tam sincere[c] atque modeste scripsissent aut in publicis contionibus[d] declamassent, rem numquam eo contentionis dilapsam esse. Ceterum[e] illud tibi persuadeas velim: etsi ad scribendum negligentior videar, beneficia[f] tamen tua præcordiis firmiter inhærent, talemque animum ad tua iussa invenies, qualem in homine amico desideres[g]. Vale. Ex Glarona, 17. Octobris.

Valentinus Schudus tuus.

Ioachimo Vadiano, urbis Sangallensis consuli, domino et præceptori suo observandissimo.

a) „præt-". — b) „exp-". — c) „sync-". — d) „c" für „t". — e) „cęt-". — f) „t" für „c". — g) „desyd-".

[1]) Vgl. II, Brief 156, wo « 1537 » statt « 1535 » zu lesen ist. Da die Aphorismen etwa Mitte 1536 im Drucke erschienen sind, so muss man diese Verdankung in das Jahr 1537 versetzen, wenn man annimmt, dass wirklich fast ein Jahr seit ihrer Zusendung an Valentin Tschudi verflossen sei. Die Zusendung hätte dann in den letzten Monaten von 1536 stattgefunden. Wollte man das Jahr 1536 als Datum einsetzen, so wäre jene Äusserung als übertreibende Redefigur für « schon gar lange Zeit » aufzufassen.

IV 102. 976.

Bernhart Magnoald[1]) an Vadian.

Burg. 1537. November 14.

Er dankt seinem früheren Lehrer für die reiche gewonnene Belehrung aus römischen Autoren und beklagt, dass er die Wohltat ihm nicht vergelten könne. Als Zeichen seiner Dankbarkeit übersendet er eine von ihm herausgegebene Schrift und preist die Kosmographie Vadians. Er wünscht Nachrichten über Cuspinian, Camers, Marius Rhætus und Simon Lazius und verspricht Mitteilungen aus alten Handschriften, die an einem entlegenen Orte Rætiens aufbewahrt werden.

Ornatissimo viro Ioachimo Vadiano Bernardinus Magnoaldus, Vinda, S. D.

Luce[a]) clarius intelligo, vir eruditissime, grato animo nullum incommodum accidere posse acerbius, quam si iis, quibus immensam gra-

tiam debeat, ne mediocrem quidem referendi suppetat facultas; id quod mihi in te prorsus evenit. Cuius ego cum egregia merita animo recolor, anxius dispicio, si qua forte possim in me tuum beneficium rependere, etsi non ex ęquo (id quod sperandum mihi non est), at saltem ex aliqua parte. Irascor — fateor — sæpius[b] fatis meis maleque precor[c], quę me hac condicione[d] nasci voluerint, ut mihi cum molestissima indigentia[e] et pauperie decertandum sit continue. Qua de re ingens intimo pectori meo oboritur ęstus, cum animus ardeat referre beneficium, e diverso vero mea tenuitas obsistat. Scio enim ad amussim, quam exiguum sit, quod possim, et quam immensum, quod tua poscat Excellentia[e]. Quis enim[f] unquam vel opulentissimus pręceptori gratiam parem rettulit? Ut deo optimo maximo, ita nec pręceptori talio rependi potest. A deo quippe vitam accipimus, a pręceptore vero animi illustrationem[e]. Olim in gymnasio Viennensi[g], licet fortassis tibi incognitus, attamen discipulus fui tuus. Te enim interprete et epistolas Plinii Iunioris, Strabi Galli hortulum, Columellam et Batrachomyomachiam Homeri et pleraque alia excepi. Propterea[h] te pręceptorem meum agnoscere, eximie[i] vir, haudquaquam mihi absurdum videtur. Pro hac igitur tua doctrina quid debeam, video quidem, sed pro tenui fortunula mea referre gratiam[e] neutiquam possum. Scio nihilominus tam hac gratia te non egere, quam ego referre non possum; sed interdum bene egisse gratias (ut ait Seneca) retulisse est. Siquidem Aeschines grata modestaque oratione Socratem sibi devinctiorem reddidit, quam Alcibiadis animo liberalissimo pares divitię[e]. At hic quoque, quam sim impar, agnosco. Ea est enim infantia[e] mea, ut ne mediocres quidem materias possit dicendo ęquare, cum vicissim ea sit tui ingenii elegantia[e], ea iudicii acrimonia, ut illi nisi perpolitum, exactum exquisitumque nihil queat satisfacere. Quare cum utroque modo vincar, ut nec referre ullam nec agere pares gratias possim, id quod unum opis meæ[k] est, facere nunquam desinam: meminero tui quoad vixero amaboque te amore inexstinguibili[l]. Attamen ne omnino ingratus videri queam, mitto hunc ad te libellum (animi grati indicium saltem), quem dei nutu in xenodochii cuiusdam bibliotheca nuper inveni inque studiosorum utilitatem publicavi. Tu (quæ[k] tua humanitas est) grato vicissim accipito animo. Obstringes me præterea[m] immortali beneficio, si tuorum illustrium lucubrationum[e] aliquid ad me dederis. Nuper enim tua elegantissima cosmographia ad manus meas pervenit,

quę quam me delectarit, vix dici potest, et potissimum ob illas pulcherrimas ac gravissimas digressiones; inter quas vel antesignana est, quam de paradiso[n] non minus egregie quam graphice exarasti. Bene vale, vir ornatissime. Ex Burck, pago Rhętię Primę, XVIII Kalendas Decembres, anno[o] a Christo nato MDXXXVII.

Votum secundet, qui potest, nostrum deus
Rebusque lassis adsit.

Cupio a te certior[e] fieri, an Ioannes Cuspinianus et Camers, pręceptores nostri, adhuc in vivis sint an obierint mortem, pariter et de Iohanne Mario, Rhęto, et Simone Lazio certior[e] fieri desidero[n].

In quodam abdito Alpium Rhęticarum[p] loco, ut mihi certo relatum est, continentur quidam vetusti codices. Ad hunc autem locum hoc tempore propter altissimas rupes cęlo vicinas nivibusque obpletas maximis, ut perveniam, non est in potestate mea; sed cum tempore diligenter perscrutabor hanc bibliothecam et si quid invenero, quod alicuius momenti sit, et te participem reddam. Vale iterum, insignis vir. Velocissime. Ex Burck, 4. Nonas Martii[e], anno etc. MDXXXVIII.

Ornatissimo ac eruditissimo viro Ioachimo Vadiano, medicinę doctori et poetę laureato, domino ac pręceptori suo inprimis observando.

Gen Sant Gallen.

a) „Lucę". — b) „sep-". — c) „pręc-". — d) „condict-". — e) „c" für „t". — f) „eim". — g) „Viennensi". — h) „-ça". — i) „eximię". — k) „e" für „æ". — l) „inext-". — m) „pretereęa". — n) „y" für „i". — o) „amo". — p) „Ręthic-".

1) Von *Bernhart Magnoald* in Burg (bei Schöllang, bair. Bez.-A. Sonthofen) liegen acht Briefe an Vadian aus den Jahren 1537—1545 vor.

IV 164.

977.

Wernher Steiner[1]) an Vadian.

Zürich. 1537. November 16.

Er überschickt an Vadian 20 Zürcher Gulden zu Handen des Ulrich Kern von Urnäsch.

Min früntlich grůs, willigen dienst, sampt was ich üch zů erren, liebe und gůttem vermöcht allß minem günstigen und fürgeliebten herren, wüßend mich gneigt und gantz gouttwillig (!). Lieber und insunders günstiger herr burgermeister, es hatt sich etwas spans und zwitrachtz erhebt zwüschen mir und Ůlyn Kernn von Urnetz. Den hatt nun Baschion Thörig von Appentzel früntlichen zurleidt mit den fürwortten, das ich uff nechst verschinen Martini alld 14 tag darnach ungefarlich in

üwer huß zü üweren handen schicken söl 20 Zürichgulden. Die schick ich üch hie nach lutt miner verschribung; bitt üch darby allß minen sunderen günstigen und wol vertrüwten herren, ir wellind die handtgschrifft zü üweren handen nemen und üch ein gebürliche quittantz darüber heiß(en) gen und demnach im erst das gelt überantwurtten. Thün hierinn, allß ich üch in fil mererem wol vertrüw und ich in großerem verdienen welt, wo ich acht so goutt. Jetz zmalen nit me, wan gott mit uns. Hand mich, wie ich üch vorlangist, für den üweren. Wo ich so goutt und mir müglich, welt ichß vergelten. Geben Zürich, am XVI. tag Novembris, allß man zallt nach der geburtt Christi Jesu, unsers einigen säligmachers, XV[c] und XXXVII jar.

Üwer williger diener *Werdher (!) Steiner.*

Kronen 24½ batzen ist by uns goutte werschafft.

Dem vesten, hochglertten h(errn) herr Joachim von Watt, doctor etc. und burgermeister der statt Sant Gallen, minem günstigen lieben herren.

1) Von *Wernher Steiner* sind in unserer Sammlung 2 Briefe aus den Jahren 1537 und 1538 (Nr. 987) vorhanden.

978. B 49.

Leo Jud[1]) an Vadian und Dominicus Zili.

Zürich. 1537. December 1.

Über die Berechtigung der Ehescheidung.

Gratiam et vitæ innocentiam per Christum. Rogatus a Benedicto, qui vobis nostras litteras perfert, viri prudentissimi, ut eum causamque eius vobis commendarem, libenter sum obsecutus[a]), non solum ob amici preces, sed ob causæ etiam ipsius æquitatem. Quum enim huius feminę[b]) maritus sine huius culpa talia scelera[c]) patraverit, ut ei inter cives christianos vivere amplius tuto haud liceat, non videtur hæc cogenda esse, ut marito infami hęreat, qui vitam publicis legibus debet, nisi quis uxorem sceleris[c]) maritalis consciam esse et ex furto eius vitam sustinere iustum censeat, quum tamen sacræ litteræ[d]) ut a Babylone[e]) exeamus, malorum consortia devitemus, tam diligenter admonent. Mali (inquiet aliquis) consortium omnino vitare debet nec se participem facere alieni peccati; at vinculum coniugale ut dirimat alterique nubat, hoc demum non permittitur. Scio receptissimum esse multis: ubi semel coiit matrimonium,

nullo pacto dirimi posse, nisi alterius morte. Quam tamen sententiam frivolam esse, dominus ipse ostendit haud obscuris verbis, quum ob stuprum permittat, ut quis a se amandet uxorem. Si vero quis litteram hic urgeat, ut hanc solam causam divorcii esse putet, is mihi cum ipsa ratione et natura pugnare videtur aut ignorare potius sacrarum litterarum in ferendis legibus consuetudinem. Speciem enim unam aliquam cum ex multis ponunt et quasi limitem definiunt, non excludunt ceteras[f], sed sub una omnes eiusdem generis includunt. Huius rei ex(emplum) ex cap. 19. Deuteronomii petere possumus, quum ἀκουσίου φόνου hanc unicam exceptionem ponat dominus, quum quis cum proximo in silvam cędendorum lignorum gratia proficiscitur et securis e capulo aut manubrio elapsum (!) proximum occiderit, huic scilicet asylum patere debere. Quis vero tam stupidus aut contentiosus est, qui pręter hoc imprudens homicidium nullum admittat et non potius dicat, hac specie omnes tales intelligi, ut si quis tectum sarturus tegulam aut laterem imbricem inserere velit et huic vel contra animum e manu excidat et prætereuntem occidat: an non et ille homicidium involuntarium commisisse[g] et sanguinis effusi innoxius iudicari debet? Sed mille huiusmodi species commemorare possem, quibus quis proximum occidere posset, qui tamen in legem non incideret. Similis iam ratio colligenda mihi videtur, quum Christus stuprum limitem divortii ponit, sub hac scilicet[h] specie, quidquid vel ęquat stuprum vel superet, etiam intelligendum esse. Nam pugnat illic Christus cum Pharisæorum impudentia, qui ex levi qualibet causa uxores abiicere sibi licere arbitrabantur. Hoc denique in omnibus legibus, quæ pharmacorum vice sunt, considerandum[i] est, ut ad morborum habitum et rationem adcommodentur.

In unaquaque re primum id consideremus[i], an sic fieri conveniat aut expediat, et si expedit, an liceat. Porro hoc inprimis est christianæ ac apostolicæ pietatis, omnium saluti, quoad licet, consulere et infirmis ecclesiæ membris sua cura succurrere. Videmus autem, proh dolor! tot hominum milia infelici coniugio sibi cohęrere idque cum utriusque exitio, qui fortasse disiuncti aut separati servari possent. Ibi nobis verbum Pauli probe considerandum, quum dicit: «in pace vocavit nos deus»[8]), de matrimonio loquens dispari; expendenda æquitas legum Christi, quę neque cum lege naturali neque cum humanis legibus ex ea desumptis pugnant. Quapropter virginitatem aut cęlibatum non exigit a quoquam Christus,

ne videatur cum natura ipsa pugnare. An igitur æquum videtur, ut uxor cum marito flagitiis[k] operto, quibus neque causam dedit neque mederi potest, cogatur vivere, cum quo vivere non sit vivere, aut, si divertat, compellatur orba ac destituta vivere? Si marito, qui divortio causam dedit, adimeretur ius iterandi convivii, non magnopere contenderem; cur vero hęc plecti debet, quę nihil est commerita, nisi quod parum feliciter nupsit, aut cur alienam ipsa culpam præstabit innocens? Quis vero unquam audivit fortunam puniri, si absit culpa, lege præsertim divina? Quid vero hoc aliud est, quam adflictę addere adflictionem, cui subventum oportuit? Expendatur, quid sit, per omnem vitam cruciari et, ut Paulus ait, uri, idque nulla sua culpa, tantisque obiici periculis feminam[l], inquam, iuvenem, quę eo sit corporis habitu inque ipso ętatis flore, ut castitas non sit exigenda. Quodsi res palam pugnat cum æquitate naturali, videndum est, an secus interpretanda sint, quę super his in evangelicis et apostolicis litteris tradita sunt. Liceat hic, quod in aliis sacrę scripturæ locis facere non veremur. Excutiamus, quando, quibus, qua occasione denique quodque sit dictum: procul dubio veram germanamque sententiam deprehendemus[m]. Cogitemus Christum salutis esse auctorem[n], et quod neque humanę leges valere debeant, nisi quatenus ad salutem hominum conducunt. Christus non gravatur, ob unam oviculam lustratis omnibus obambulare, ut eam humeris suis reducat et servet; ne ergo nos gravemur experiri, si quo pacto miserę hinc, calamitosę et adflictę succurri possit. Nec est, quod quisquam hic obiiciat: quod deus coniunxit, homo ne separet. Nam hoc demum dicimus deum coniunxisse, quod rite coniungitur (neque enim omnis omnium coniunctio ex deo esse dici potest); hoc vero deum dirimere, quod recte, quod iuste dirimitur. Alioqui quomodo probabimus magistratuum recte gesta ex deo esse? At ministri dei sunt et ob id Elohim ore divino vocati.

Ergo ubi cognitis et expensis causis episcopi aut alii legitimi[o] iudices dirimunt male sartum aut male cohęrens matrimonium, non hoc iam separat homo, sed deus. Quodsi quis hoc urget, divortium huic quidem concedi, tamen hac lege, ut innupta maneat: huic in superioribus satis responsum esse puto, neque arbitror, Christum de hoc divortio quidquam dixisse, neque mihi tutum videtur, in his sequi pontificias leges. Hoc enim agendo nihil aliud agimus, quam ut innocens orbitatis molestiam et libidinis incendium per omnem vitam ferre cogatur. Sed improbi (inquiet

aliquis) male suspicabuntur, immo[p] factum hoc calumniabuntur. Aequumne censemus, ut ob aliquot improbos et male suspicaces tanta calamitate prematur mulier innocens; quę igitur iure virum suum dimittit, vetetur uti iure suo sibique alio matrimonio mederi? Saltem hoc detur innocentię, quod apud Iudęos datum est perverse maritorum acerbitati.

Hæc scripsi, viri prudentissimi, non ob id, ut vos doceam, qui præstatis eruditione et pietate eximia, nec ut aperiam fenestram divortiis; sed ut vos ultro currentes adiuvem et honestissimę feminæ[1] non corpori modo, sed et animo consulatur. Nolim cuiusquam onerare conscientiam nec impellere ad id, a quo abhorret animus; sed expendi velim, quid salutare, quid æquum, quid pium sit, et quod plus valere æquitas debeat quam rigor iuris, neque ius esse neque leges sine salutari æquitate. Vos valete. Ex Tiguro, prima Decembris 1537. *Leo Jud,* totus vester.

Clarissimis viris domino Ioachimo Vadiano et Dominico Zyly; amicis et patronis in domino observandis.

a) „obseq-". — b) „fœminę". — c) „scœl-". — d) „e" für „ę". — e) „Babynone". — f) „cęt-". — g) „comis-". — h) „scilet". i) „consyd-". k) flagic-". — l) „fœm-". — m) „deprę-". — n) „auth-". — o) „legitt-". — p) „imo".

1) Vgl. III, Brief 370. — 2) I. Kor. 7, 15.

IV 165.

979.

Freiherr Georg von Hewen[1]) an Vadian.

(Tuttlingen.) 1537. December 7.

Bitte, einen Schiedspruch zu fördern. Politische Nachrichten.

Min frintlich, wilig dienst sy üch zůvor. Errenvester, lieber her burgermaister, ich hab ewer schriben und mines sines inhalt vernomen, mit frintlicher pitt an üch, so ir, die thetingslüt, zůsamen komen, welen den sprüch furderen[2]). Des wil ich umb üch frintlich verdienen.

Nuwer zitung bin ich für gewiß uf hut datum bericht, das zwischen kay. Mt. und ko. Mt. zu Franckrich in Itailigen 3 monat ain anstand gemacht; und ist die kungin von Franckrich selb personlich by den Kayserichen zů Müderol gewesen und den anstand gemacht. Graf Fryderich von Furstenberg und der jung von Sax komen und ander mer; doch so behalt man an huffen knecht in Maland und in anderen stetten. Mit frintlicher pit, solch min schryben im besten vernemen, och, ob ir ettwas in wisen hetten, das nit wider üch ist, desglichen ob ir nütz vernemen hetten, ob die fursten und ander in rich sich wider den Turcken

zů hilf ro(mischer) und unngerscher ko. Mt. schicken, welen mich dess berichten. Das wil ich umb üch als umb minen lieben her frintlich verdienen. Datum in yl, am 7. tag December, anno 1537.

Fryher *G(eorg) von Hewen.*

Dem errenvesten und fursichtigen Jochaim von Watt, dothor und burger*maister, minem* lieben heren und frind zů antwort*en*.

1) Vgl. oben, Brief 868. — 2) S. unten Brief 981.

980.

IV 167.

Hans Konrad Escher[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1537. December 11.

Abrechnung über die Ablösung von 400 Gulden. Familienangelegenheiten.

Min gantz willig dienst zůvor. Früntlicher, lieber herr schwåger, ich hab in üwerm schriben verstanden, das üch belanget, wie es stand umb die lossung der fierhundert guldin des Rublys seligen kinden. Pitt ich üch deshalb, ir wellind nüt zürnen, wann ich hab üch der sach nüt ee können berichten; dann do der letst bot by üch gewest ist, *de*r Rinderli *g*heissen, was das gält nach nüt erlegt. Darnach hat es an botschafft gemanglot; darumb ich üch nüt hab schriben nach berichten können. Aber jetz schick ich üch den hoptbrieff, quittantz und das überbeliben gält von den 15 guldin, namlich 18½ Schwitzer batzen; dann Felix Wiß hat den costen, so er dem Appentzeller hat geben müssen, darvon genommen, namlich 11 Kostentzer batzen. Hat darinn gar kein mittel träffen wellen; daran ich nun ein bedurren ghept hab. Und do er hort, das ich vermeint, ir werrind das ze geben nüt schuldig, sagt er zů mir, es het üch nach wol mer bråcht untz uff ostern dann das. Darumb pit ich üch, ir wellind an mich nüt zürnen; dann ich hab in von sinem fürnemen nüt mögen bringen. Es ståt by uns öch wol, sind gsund und frisch. Ich sol üch vil gůtz sagen von meyster Andres Gesner, öch von miner hußfrowen. Grützend uns üwers völkly alles. Wir hand Jacoblis schriben mit fröuden vernommen und sagend üch grossen danck üwer mů und arbeyt, die ir mit im hand, mit williger erbiettung, somlichs umb üch ze verdienen. Geben uff den 11. tag December, im 1537 jår. Und sind hiemit got befolhen.

Üwer altzit williger schwåger *Hans Kůnrat Escher.*

Dem hochgelertten, vesten herr Jochium von Watt, docter und burgermeyster zů Sant Gallen, minem lieben herren und schwåger.

IV 170.

981.

Freiherr Georg von Hewen[1]) an Vadian.

(Tuttlingen.) 1537. December 12.

Politische Nachrichten. Bitte um Förderung des Spruchs zwischen ihm und Levinus Grübel.

Min frintlich, wilig dienst sy üch zůvor. Erenvester, gunstiger her, ich hab üch nest geschriben, das die küngin von Franckrich personlich by den kaiserichen zů Müterol gewesen; hab üch onrecht zůgeschriben. Der mir solchs gesagt, der hat die onwarhait gesaytt. Aber der ainstand ist 3 monot gemacht, und uf verschinen 28. Nove(m)bris ist der marckgraf De la Quasta und al kayserichs obersten sind zů dem küng gen Turin geritten, den ainstand zů beschliesen. Der pabst und Venidiger und ander fursten in Itailigen understand, an fryden zů machen. Solchs zaig ich üch am besten ain. Acht, ir haben dess vor ales gutt wisen; mit fruntlicher pit, so fern es nit wider üch ist und ir ettwas nüws in wisen, mich och zů berichten.

Wietter pit ich üch ir welen den spruch zwischen mir und Levinus Grubel so eest muglich furderen. Das wil ich, wie ob angezaigt, mit dienstlichem wilen umb üch verdienen. Datum am 12. tag Decembers, anno 1537 etc.

Fryher *G(eorg) von Hewen.*

Dem erren*vesten* fürsichtig(en) Joachaim v*on* Wat, thottor und bür*ger*maister zů Sant Gallen, minem lieben und gü*tten* frind zů antw*or*ten.

[1]) Vgl. oben, Brief 868.

IV 170.

982.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1537. December 19.

Er berichtet, dass Gebentinger von St. Gallen zu ihm gekommen sei, voll Furcht wegen einer Schmähschrift gegen die Stadt, weil ihm die Urheberschaft zugeschoben werde, obschon er daran völlig unschuldig sei. Er habe ihm geraten zurückzukehren, um sich nicht durch seine Abwesenheit verdächtig zu machen. Er bittet Vadian, sich für den Mann, wenn er unschuldig sei, zu verwenden.

Salus et pax Christi.

Venit ad me bonus ille vir Gebentingerus, totus metu perculsus, ornatissime Vadiane, indicans, quid apud vos istis diebus actum sit, invento scilicet illo famosissimo libello contra Sangallensem rempubli-

cam, et quanquam nullius mali sibi conscius sit, tamen nescio a quibus monitus, quasi in suspicionem[a] istius malefacti rapiatur, statim me voluit adhibere in consilium. Testatur autem per redemptionem Iesu Christi, se omnibus modis innocentem et nihil tale unquam in mentem sibi venisse; tantum veretur, ut homines sumus, ne præceps quædam sententia ex incertis suspicionibus[a] nata sibi noceat; qua occasione etiam domino visum est, certas civitates separare in Israel, quo tanquam in portum sese reciperent innocentes, tuti a iudicum præpropero tribunali. Ego vero, postquam iuramento mihi testatus est innocentiam suam, iussi illum redire domum et exspectare[b] domini voluntatem, ne sese absentia ista plus faciat suspectum. Nunc ego Excellentiam tuam serio rogo, ut, quantum per te fieri potest, cures, ne iniquius quiddam contra innocentem tentetur; contra nocentem vero quemcunque strenue et sine misericordia pergendum. Nam grave facinus est, rempublicam tam sanguineo libello gravare. Sed non dubito, quin dominus illum auctorem[c] sit proditurus. Vale in domino semper. Constantiæ, 19. Decembris 1537.

Tuus *Iohannes Zwick.*

Clarissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, Sangallensis reipublicæ prudentissimo viro, domino meo observando.

a) „t" für „c". — b) „exp-". — c) „autor-".

1) Vgl. II, Brief 152. — Über die Sache s. Kesslers Sabbata, neue Ausgabe S. 467 f.

983. IV 174.

Niklaus Guldin[1]) an Vadian.

Otmarsingen. 1537. December 21.

Er bittet Vadian, seiner eingedenk zu sein, wenn er von etwas Passendem für ihn höre; bis Fasnacht hält er Schule in Otmarsingen. Berichtet von einem Besuch in St. Gallen während Vadians Abwesenheit in Nürnberg und ersucht um eine Empfehlung an Ammann Vogler. Der Process des Hans Ludwig von Breiten-Landenberg in Lyon.

Gott werde glopt. Amen.

Gott mit siner ewigen gûte unnd früntlichkayt durch Iesum den gesalbten Messyam behalte ewer sin, hertz unnd gmütt in ainem glückselligen unnd göttlich jar. Amen.

Früntlicher herr, welches ich klainfuger unnd armer ewer erren unnd liebe zû allen ziten uß hertzengrund wünschen bin von got, unnßer vater, das waist gott. Demnach wüßent, das mir gott wider uffgeholffen hat. Im sy lob, ere und danck, welches er durch mich armen söllichs

vollfüren welle; dan sy gott ie wertt yst. Uff das ich ewer Früntlichkait nit lenger uffhalt, so ist min früntlich byt ain ewer liebe, das ir mina ingedenck syent, wo ir etwas hören möchten, das für mich were, damit ich min wib unnd kind mit eeren erneren möchte; wie ich minen herren die straf um des kriegs halben unnd auch 3 stüra schuldig bin, welches ich inen auch nit widera zû geben, was dan es wirt uff die zit, so unnd ich haim komen wirt. Wüßent auch darby, das ich in Bernbiet bin in ainem dorff unnd lera kinder by faßnacht, namlich nit wit von Lentzburg, in ain dorff, haist Otersingen. Gott welle es zû siner eer fügen. Amen. Nuwer zitung halben wais ich euch nit sonders zû schriben, dan das ir vorhin wol wüßent: als mit dem krieg zwüschent k. M. unnd der kron von Franckrich, demnach deren von Baßel handel mitsampt dem abschaid unnd antwurt gmainer aignoßen zû Baden überlifferet unnßern eignoßen von Baßel unnd züschribung dem reyament zû Enßa.

Ich bin ain mall zû Sant Gallen gsin und hab ain euch wellen erfaren die straff miner herren. Do ist mir widerfaren von dem burgenmaister Rainsperg, das ich grad wider hinder mich gangen bin. Ich were in hoffnung gsin, wan ir dahaiment gsin werent, es were mir nit also gangen; dan ir dozemal zû Nürenberg xin sind, unnd ich uff das selbige mall auch vast schwach am fyeber im selhuß glegen bin unnd selbs inderhin hab künen, sonder nun min schwöster hab müßen hin unnd herr schichen; dan Krut im Haffens töchter hat mich ansprochen umb 1 gulden, darumb sy mir das roß verhefft hat, unnd das roß nit min was. Ich saga in der warhait vor gott, das ich ir nünt schuldig xin bin, nit ain haller. Der Rainsperg hatt mir auch nit helffen wellen, das mir der hafft entschlagen wurdy, dwil ich doch personlich verhanden was und ir des rechten gsin wolt; dan ie der stat recht ist, das man am nit hefften sol, das nit aines ist, sonder allain da(s) sin; und hat grat miner schwöster fürgworffen: ich sy nit burger, dwil ich miner heren straff nit hab geben. Und hab also müsen Krut im Haffens töchter zallen ain gulden (den ich ir doch vor nit schuldig xin bin), hab ich anderst minem schwager sin roß wider haim wellen bringen; dan ich min roß verkaufft hab gehebt. Söllichs verstund im besten. Ich het euch gern ain beutpfenyg bracht oder ewer frowen. So hab ich mit mir als gnug zu schaffen gehept, das ich niemant nünt hab künen thûn. Derhalben ich ewer Früntlichkait gebetten wil haben, das ir mir nünt verübel wellent haben; dan

ir hattent woll vil gûtz umb mich verdienet. Gott sy ewer lon, meer dan ichs verdienen kain. — Ich bin erforderett worden von des ama Voglers frowen, ich sol zû in gen Rychenwyll komen. Sollichs hat sy zu mir gsagt, do sy mit der tochter gen Zürich griten ist uff ir hochzit. Darumb min ernnstlich unnd frünntlich byt ain ewer liebe yst, das ir mich prommyfierent ain den ama mit schribung, das ich mich gegen yederman gstelt hab, baid zû Sant Gallen, Richenbach, Elche unnd Zürich, mit der hilff gottes. Im sy lob. Ich acht, ich kome uff die fasten haim, man dinge dan mich wyter, unnd dan wirt ich söllichs von euch erfordern, so ich hinab anders will. Mines lieben herren halben, Hans Ludwig vonn Braiden Landenberg: wie es im (laider) ergangen yst zû Leyion, wüßent ir wol (acht ich) durch die boten unnd kaufflüt von Sant Gallen, die von Leyon komen sind[2]). Ich besorg, man leg minem herren sellig vill zû, das doch nit sy. Aber die trysynier sind vast vind xin, do ich noch by im xin bin, welche in auch richten habent las(en); dan er sy zway mal gschlagen hat unnd umb den herren von Boron (als den öberesten drysynier) gefang(en) hat gehebt, umb willen das sy unnß nit bezallen woltent (den gantz hauffen main ich), nach lut des artickelbrieffs. Der künyg auch Hans Ludwig und sinem brûder juncker Stoffel nit ghalten hat, das er in zûgsagt hat mit brieff unnd sigel, namlich das er in ersetzen welle, was in k. M. genomen hab. Zum andren welle er inen ain erlich schencke thûn, wan sy der kron von Franckrich ain hauffen lantzknecht zûfûrent, unnd was sy am iechlichen vür ain bsoldung verhaißent, welle er inen geben; des der Frantzoß kains khalten hat. Das min herr verretery tryben sol haben, wais ich nünt von. Wan der wagen felt, so sind der reder vire. Wo es müglich were, gund ich siner sell ewigs leben in gott. Ich wais nünt von im, dan wan man in umb ander hendel döten welte und hette, so müste man die hoptlüt all döten, baid under den aignossen unnd lantzknechten. Vor gott handlet man nünt rechts im krieg und in irem reyament unnd hoptmanschafft; sunder wie sy dem künyg gelt aingwün(en) künent, das spart man nit. Der almechtig gott behûte mich und uns alle vor sollichem gelt unnd dienst hinvür. Amen. Damit sind gott befollen. Grûtzend mir Johanes Keßler; ich wünsch im glück in sin ampt. Datum Otersingen, am Fritag vor dem cristag, anno domini 1537 jar.

Niclaus Guldy, ewer armer diener. Amen.

Dem errenvestenn, hochgelerttenn, fürnemen unnd wyßenn herrenn doctor Jocham vonn Watt unnd burgennmaisterr zů Sant Gallen, minem früntlichenn unnd villieben herrenn zů behenndigenn.

a) Oder Eigenname „Grat“?

1) Vgl. IV, Brief 617, bei welchem ausser Brief 748 auch der vorstehende übersehen wurde. — 2) S. darüber Eidg. Abschiede IV, 1c, S. 917 u. 921.

IV 172.

984.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

Lindau. 1537. December 22.

Empfehlung des verarmten Fischers Jakob Unger für eine Unterstützung durch Otmar Ferber.

Gratia et pax a domino deo per Iesum Christum. Darumb ich euch, fruntlicher, wyser her, heut schrib, ist: mir haben hie ainen seer alten man, haist Jacob Unger, ain fischer, der ist in sinem alter arm worden. Und wiewol mir ym hilff thůnd, wie billich, so hot er doch mich betten, ainem gutten fründ gen Sant Gallen zů schriben, der mit Othmar Ferber by euch redte — dan er ist des selbigen můtter brůder —: diewil er allen armen hilfflich were, das er ym auch, als sinem nähen fründ, auch das best thůn wolte mit ainer hilff. So hab ich niemant bekantter by euch. Hab sölichs euch zů wöllen schriben und pit mit ym gantz flissig, yr wollend mit ym darvon reden. Es ist gar ain frummer, alter man, by 90 jaren alt. Er wurde es fast wol anlegen, zwiffel ich nit. Damit was euch lieb und dienst ist. Mein hausfrow lat euch mit mir vil lieb und deinst (!) sagen. Nichil aliud hodie habui scitu dignum, quod Prudentię tuę scriberem, quam hęc[a]), quę nostra communi lingua narrare volui, ut planius intelligar, quod, precor, boni consule. — Datę Lindavii, 22. Decembris, anno 37.

Thomas Gasnerus, Lindaviensis ecclesię minister,
t(uę) P(ræstantię) subditus.

D. Ioachimo Vadiano, Santgallensium cons*uli* prudent*issimo, amico* observand*o*.

An doctor Joachym von Watt zů S. Gallen

a) „e“ für „ę“.

1) Vgl. IV, Brief 484.

985. IV 175.

Hans Konrad Escher[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1537. (December) 24.

Übersendung eines Fässchens für Frau Martha von Watt und die Base Euphrosyne. Bitte um die nötigen Anweisungen für den Verkauf von Kernen und Hafer. Grüsse und Neujahrswünsche. Verluste des Königs von Frankreich in der Picardie.

Min gantz willig dienst zůvor. Lieber herr schwâger, üwer aller gsundtheit ze vernemmen wir altzit sunders fröud haben wurdend; unssert-halb danckend wir gott.

Witter, lieber herr schwâger: min frow schickt üwer hußfrowen, schwester Martha, ein fäßly mit allerlein zügß, und was under dem wâttsack lyt, ghört bässy Effrassina, und das ob dem wâttsack schwester Martha. Deßglichen so hab ich den fürman umb den lon von Zürich untz gen Will vernůgt.

Witter, lieber herr schwâger, mögend ir mich wüssen lâssen, wenn ich üwern kernen und haber verkouffen sölle sampt üwers brůder, schwâger Davidtz teil; dann man gibt jetzmal den kernen 1 müt umb 14 Schwitzer batzen und 1 malter haber umb 1 gulden; darumb mögend ir mich üwerß gfallens berichten; will ich erstatten. Nüt mer, dann sind got befolhen. Grützend mir üwerß völckli alles. Ich sol üch ŏch alls vast grützen von minen völckli, miner frowen, Jacobli und Dorlin, und üch allen ein gůtt, glückhafftigß jar wünschen. Geben uff den 24. tag diß manodtz, im 1537. jâr.

Es ist yetzmâl die sag by uns, wie das der künig uß Franckrich wol by achthundert fůßknecht und by 2[c] Kürrisser im Picardyg verloren habe; da ich nun besorg, das werde nüt[a]) vil gůtz bringen. Doch so bit ich got, er welle alle ding zů gůttem wenden.

Üwer altzit williger schwâger *Hans Kůnrat Escher.*

Dem hochgelertten, vesten herrn herrn Jochium von Watt, docter und burgermeister zů Sant Gallen, minem lieben herren und schwâger etc.

a) „nint" oder „niut": doch wohl blosse Verschreibung.

1) Vgl. IV, Brief 546. — Der beigefügte Neujahrswunsch lässt das fehlende Monatsdatum mit Sicherheit durch «December» ergänzen.

986.

Thomas Cranmer[1]) an Vadian.

(Canterbury. Ende 1537.)

Entschuldigung seiner verspäteten Antwort. Versicherung seiner Anerkennung und Ergebenheit, aber gänzliche Missbilligung der ihm von Vadian zugesandten Aphorismen, wie auch der Lehre Oecolampads und Zwinglis über die wahre Gegenwart des Leibes Christi im Abendmahl. Dringende Mahnung, den alten Glauben darüber unangefochten zu lassen und mit allen Kräften die Einigung zu fördern und den bisherigen Streit und gegenseitige Schmähung aufzugeben.

Tandem a negotiis conciliisque publicis missionem vel verius respirationem nactus et inter cæteros doctos viros, quorum epistolis responsa iam diu debueram, tibi quoque, Vadiane, vir illustris doctissimeque, nunc demum vertente anno respondere incipiens, utpote cuius literas superiore hieme[a]) acceperim una cum munere literario, quod genus quidem soleo vel inter pretiosissima numerare, illud inprimis mecum reputare pudibundus occepi vererique, ne forte suspicionem aut etiam opinionem mihi aliquam sinistram apud animum tuum silentio meo tam diuturno contraxerim, qui sciam, apud vulgus hominum fieri plerumque solere, quum hospes hospitem salutat, ut in primo maxime aditu responsum sollicite exspectent[b]). Quod si differatur vel superbiam aliquam vel neglectum sui vel, ut minimum, oblivionem intervenire suspicantur, qualemque in primo illo accessu invenere, talem in universam reliquam vitam erga se fore præiudicant, cum, qui cito respondit, libenter et gratanter id facere iudicatur, eumque proinde humanum, facilem gratumque interpretantur; contra, qui tarde, fastuosus, difficilis et incivilibus ac inamœnis moribus præditus existimatur. Usque adeo bis facit, quod cito facit, quicquid quis cito facit. Verum ego de tua neutiquam vulgari prudentia et humanitate meliora mihi polliceor confidoque, te hanc meam non spontaneam tarditatem aut cessationem, sed necessariam dilationem benigne accepturum eamque non tam moribus quam negotiis meis imputaturum. Quæ qualia et quanta fuerint, puto rumores ad vos usque iam pridem pertulisse, et ego de eisdem nonnihil ad Grynæum meum, imo nostrum, scripsi, cum quo pro amicitiæ iure omnia tibi communia futura esse non ambigo. Ad illum igitur te remitto, si quid hac re offenderis, qui me tibi reddat excusatiorem. Tuam erga me voluntatem et promptitudinem animi ad contrahendam mecum sanctiorem necessitudinem in literis tuis perspicio et libens amplexor osculorque. Virum enim

dignum te iudico, quem ego propter eximiam eruditionem, qua me quoque adiutum profecisse neutiquam dissimulavero, et propter morum probitatem, multorum gravissimorum virorum testimoniis comprobatam, omni amore, favore ac veneratione prosequar. Verumtamen, ut animi mei sensum, sicuti inter bonos viros fieri oportet, ingenue tibi profitear, argumentum, quod tractas in sex illis libris (Aphorismorum de consideratione eucharistiæ[c]), quos mihi dono dederas, in totum mihi displicet, vellemque vigilias tuas tantas felicius collocasses et mecum ineundæ amicitiæ melioribus aut certe minus improbatis auspiciis fuisses usus. Nam ego, nisi certiora afferri videro, quam hactenus videre potui, sententiæ illius vestræ nec patronus nec astipulator esse volo, et plane mihi vel ex eo maxime persuasum est, caussam esse non bonam, quod eam viri tam ingeniosi, tam diserti tamque omnibus artibus et disciplinis instructi non videamini satis valide tueri ac sustinere. Vidi pleraque omnia, quæ vel ab Oecolampadio vel a Zvinglio scripta sunt et edita, didicique, omnium hominum omnia cum delectu esse legenda, et fortasse illud d(ivi) Hieronymi de Origene elogium in illos quoque non absurde aliquis detorserit: «Ubi bene, nemo melius etc.»; nosti enim, quod sequitur. Quatenus quidem papisticos et sophisticos errores et abusus indicare, convincere, corrigereque sunt conati, laudo et approbo, atque utinam intra fines illos constitissent neque fruges una cum zizaniis conculcassent, hoc est veterum doctorum primorumque in ecclesia Christi scriptorum auctoritatem[d] una violassent! Nam ut ingenia vestra quantumcunque versaveritis, mihi tamen certe nunquam approbaveritis nec cuiquam, opinor, æquo lectori, veteres illos auctores[d] in hac controversia pro vestra facere sententia. Fuistis nimirum in investigandis erroribus plus satis curiosi et, dum omnia purgare studetis, illic quoque errorem subesse putavistis, ubi nullus fuit, quando hic certe, si error est, iam inde a primordio ecclesiæ ab ipsis patribus et viris apostolicis nobis fuit propinatus; quod quis pius sustinuerit vel audire, nedum credere – ut ne quid interim dicam –, quod bonus dominus noster unice dilectam sponsam suam in tam pudenda cæcitate tam diu nunquam dereliquisset? Quamobrem cum hæc, quam tenemus, catholica fides de vera præsentia corporis tam apertis et manifestis scripturis fuerit ecclesiæ ab initio promulgata et eadem postea per primos ecclesiasticos scriptores fidelium auribus tam clare tamque studiose commendata, ne, quæso, ne mihi pergatis, eam, tam bene radicatam

et suffultam, velle amplius convellere aut subruere. Satis iam, satis tentatum est hactenus, et nisi super firmam petram fuisset firmiter ædificata, iamdudum cum magnæ ruinæ fragore cecidisset. Dici non potest, quantum hæc tam cruenta controversia cum per universum orbem christianum, tum maxime apud nos bene currenti verbo evangelii obstiterit. Vobis ipsis affert ingens periculum et cæteris omnibus præbet non dicendum offendiculum. Quocirca, si me audietis, hortor et suadeo, imo vos oro, obsecro et in visceribus Iesu Christi obtestor et adiuro, uti concordiam procedere et coire sinatis, in illam confirmandam totis viribus incumbatis pacemque dei tandem, quæ superat omnem sensum, ecclesiis permittatis, ut evangelicam doctrinam unam, sanam, puram et cum primitivæ ecclesiæ disciplina consonam iunctis viribus quam maxime propagemus. Facile vel Turcas ad evangelii nostri obedientiam converterimus, modo intra nosmet ipsos consentiamus et pia quadam coniuratione conspiremus. At si ad hunc modum pergimus ad invicem contendere et commordere, timendum erit, ne, quod dicens abominor, iuxta comminationem apostolicam ad invicem consumamur. Habes, optime Vadiane, meam de tota controversia illa neutiquam fictam sententiam una cum admonitione libera ac fideli. Cui si obtemperaveris, non modo inter amicos, sed etiam inter amicissimos mihi nomen tuum ascripsero. Bene vale.

Anno 1537[e]. *T(homas) Cantuaricus*[e].

[f]) Illustri et erudito viro Ioachimo Vadiano, consuli apud S. Gallum in Helvetia, Thomas Crannerus, Cantuariensis episcopus.

[1]) Es ist nur dieser eine, im Original nicht mehr nachweisbare Brief *Thomas Cranmers* an Vadian bekannt. Wir entnahmen ihn dem Druckwerke: Clarorum virorum epistolæ singulares, collectore Paulo Colomesio (ad editionem Londinensem anni MDCLXXXVII), in Pauli Colomesii Rupellensis opera — curante Io. Alb. Fabricio, Hamburgi MDCCIX, S. 541—544. – Unter der Jahreswende, an der er geschrieben ist, kann nur diejenige von 1537 auf 1538 gemeint sein, da der Schreiber die im Sommer 1536 erschienenen Aphorismen Vadians im vorhergehenden Winter (1536/37) erhalten hat.

a) „hyeme“. – b) „exp-“. — c) Das Eingeklammerte cursiv gedruckt, als Zusatz des Herausgebers. — d) „auth-“. — e) Beides cursiv gedruckt. — f) Das Folgende wohl eher Eingang des Briefs, als Adresse.

IV 179.

987.

Wernher Steiner[1]) an Vadian.

Zürich. 1538. Januar 4.

Geldangelegenheiten.

Hochglerrtter, errenvester, insunders günstiger und fürgeliebter herr, min früntlich, willig dienst sampt was ich üch zů erren liebe unnd

gouttem (!) wüßt alld vermöcht, wüßend mich gneigt und gantz gouttwillig. Üwer früntlich schriben und gneigten willen han ich verstanden und mit sunderen früden empfangen. Sond mich, so witt mir müglich wer, nit minders willens und gmüttz gegen üwer Errenveste wüßen. Sebastion Thörigs halb han ich ein quittantz und früntlich gschrifft empfangen. Dem schrib ich hiemit umb die verschribung etc. Item so hatt mir Ůly Kern, ouch von Urnetz, empfolen und bgertt, im 20 gulden in üwer alld in aman In der Wyß huß zů schicken, umb den 20. tag ungefarlich: Diewil mir ü(wer) E(rren)v(este) baß bekant und me vertrüwens han und billich han sol, so schick ichs üch uff sunder wol vertrüwen zů. Das wellind Bastion Thörig brichten alld zůschriben. So er mit im kumpt und üch ein quittantz gibt, sond irs im gen. Überige můg und arbeitt wil ich Bastion zůschriben und empfelen ußzrychten. Hiemit sind dem allmächtigen befolen; der wel üwer Errenveste, sampt was üch lieb sy, in langwiriger gsundheit und wolstand gnediglichen erhalten. Hand, allß ich ü(wer) E(rren)v(este) bsunders vertrüw, mich für den üwern. Geben Zürich, am IIII. Jenners, anno etc. MDXXXVIII.

Üwer williger diener *Wernher Steiner.*

Dem hochglerrtten, errenvesten herren h(errn) doctor von Watt, burgermeister zů S. Gallen, minem günstigen lieben herren.

[1] Vgl. oben, Brief 977.

988. IV 180.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1538. Januar 4.

Er berichtet über die Zusendung der (st. gallischen) Schmähschrift und einen Brief Gebentingers, sowie über eine Unterredung mit Gebentinger, der ihm seine Unschuld beteuert hat und inzwischen verschwunden ist. Warnung, nicht vorschnell zu urteilen.

Salus et pax Christi.

Quis ille sit, per quem redditi mihi sunt libelli, plane nescio; meis vero literis a Gebentingero scriptis ne iota quidem fuit annexum. Argumentum literarum ad me scriptarum nihil aliud habuit, quam quod libellos a te petiisset, me hoc urgente, quos remitteret; ceterum[a)] sine literis tuis, quandoquidem per negotia non vacasset quicquam scribere. Literę autem non fuerunt nisi quinque aut sex linearum, neque alias unquam ad me literas dedit, quæ alio pertinerent, neque ad me ullas, quæ

quicquam istius negotii, quod apud vos agitur, continerent. Coram quidem conquestus est mihi, se in suspicionem[b)] trahi a quibusdam, ceterum[a)] falso, cumque mihi adiuranti sanctissime innocentiam suam testaretur sanctissime, iussi illum non fugere, sed redire Sangallum et veritati fortiter niti neque hanc, sed mendacium[b)] timere. Interim ergo quo abiit, nihil ille mihi scripsit, ut nesciam, ubi sit, quid agat vel quo in statu sint res ipsius. Hæc ita se habent, teste domino Christo. Quodsi istius malefacti auctor[c)] deprehenditur, dignus est certe, qui pœnam[d)] luat; interim tamen a præpropero et fervente iudicio[b)] cavendum. Ego sic examinavi illum, ut aut sit innocens aut bis falsus, neque vero hoc in illius gratiam scribo, sed veritatis. Prȩvalet enim charitas, quam debemus reipublicæ et multis, charitati, quam debemus privato et uni. Vale, ornatissime vir, *et* me commenda domino. Ex Constantia, 4. Ianuarii 1538.

Iohannes Zvick.

Clarissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, domino meo cum primis observando. Santgallen.

a) „cæt-". — b) „t" für „c". — c) „auth-". — d) „pçn-".

[1]) Vgl. II, Brief 152. — Auf die gleiche Angelegenheit bezieht sich Brief 982.

IV 181.

989.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1538. Januar 4.

Bericht über einen Streit in Bern wegen eines von Megander verfassten Katechismus, welcher der Einigung widerstrebte und daher berichtigt werden musste. Anfrage, ob Gebentinger einen von Zwick in seiner Sache geschriebenen Brief Vadian eingehändigt habe.

Salus. Bernȩ controversia nata est, primum inter ministros ipsos, tandem et inter ministros et senatum. Controversiæ causam dedit catechismus, quem Megander scripsit atque edidit[a)]. Nam hunc Bucerus testatus est non facere ad concordiam, adeoque iussus est limam addere. Illo ergo multis in locis correcto sic placuit senatui, ut iusserit, ministros omnes aut catechismo subscribere aut cessare officio[b)]. Hoc decretum, utcumque forsan pacis studio factum, turbatos facit quosdam bonos fratres, quorum ingenia forte tardiora sunt in capiendis istis concordiæ ineundæ rationibus, etiamsi alias fide sint dignissimi. Id quod te ignorare nolui, si forte quid habeas, quod ad cavendas concisiones istas adque declinanda offendicula faciat. Vale, doctissime vir, in domino, qui te reipublicæ christianȩ diutissime conservet. 4. Ianuarii 1538.

Ad tuas literas aliis meis respondi. Unum scire abs te velim, an non Gebentingerus[c] nuper literas a me scriptas tibi reddiderit, in quibus tibi causam abitus et reditus meticulosi istius hominis descripsi.

Iohannes Zvick, totus tuus.

Integerrimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, suo in domino observandissimo fratri.

a) „ęd-". — b) „t" für „c". — c) „-tis".

¹) Vgl. II, Brief 152.

990. IV 182

Oswald Myconius[1]) an Vadian.

Basel. 1538. Januar 10.

Bericht von der arglistigen Entführung und Tötung des Edelmanns Anton von Rochefort durch durch den Anhang des (Wilhelm) Arsent bei Hüningen. Myconius dankt im Auftrage des Bürgermeisters für den Bericht Vadians über die in St. Gallen vollbrachte Freveltat. Klage über das Auftreten des Gesandten von Zürich an der letzten Tagung.

S. Fovit aura Basiliensis iuvenem Friburgensem annis non minus quatuordecim. Postremis temporibus deputati pędagogum eundem constituerunt seminarii reipublicæ christianę apud Prædicatores. Is Arsenii vel filius vel nepos ex fratre sacrifico prodidit artibus longo tempore paratis D. Antonium a Rupefort, virum nobilem genere, virtutibus, literis, linguis, evangelio multisque aliis, quę tempus scribere vetat. Blanditer non semel invitatum, sed aliquot diebus, eduxit tandem extra portam d(ivi) Ioannis, nobiles viros esse dictitans in Hüningen pago, qui desiderent[a] eius familiaritatem. Fuerunt hic milites Germani nobiles a Gallo, qui domum per Cæsaris imperium non sunt ausi redire. Hęc res imposuit Antonio. Proditore suis nuntiante[b] persuasum hunc, continuo secutus[c] est bonus vir cum famulitio suo cumque Melchiore Wircio, Tigurino, et filio scribæ primi Tigurinorum, quos inter eundum adhuc in urbe exceperat. Exierant iam portam, inveniunt duos, ut videbantur, milites, lapidibus colludentes (si plättletind). Ad hos dum perveniunt, multa reverentia accepta pergunt. Illi ergo, dum tempus erat, arreptis bombardis, quas occultarant, sequuntur strenue. Stabat navis ad facinus comparata, e cuius regione dum iam esset Antonius cum suis, adsunt latrones a tergo et per crepidinem ad naviculam pellunt. Obœdiunt[d] alii stupefacti. Antonius vero resiliens in crepidinis summum, extracto gladio manus illorum evadit. Interim solvitur bombardula, sed non lęsit.

Fuga magno impetu districtoque gladio currit ad pagum, ubi quidem, dum videt milites stantes in procinctu (ignorantes enim timuerunt, ne tumultus esset contra se), deflectit et ad aurigas per medium campum accelerat. Interea navis solvitur una cum proditore, et dum eiecti Tigurini recta festinarent ad urbem, veniunt in equis duo prohibentes, ne pedem moverent, ni perire mallent; post salictum se hactenus continuerant. Et dum iam essent sine metu latrones, sequuntur equites Antonium. Dicunt ad aurigas: «Occidit nequam iste fratrem nobis; quare sinite, ut abducamus». Destitutus igitur is omni præsidio, in equum positus avectus est. Soli commendatus, ei videlicet, qui primus iniecerat manum, cœperat valde, postquam non ita longe abessent a pago Kems, debilitari, et nox iam instabat. Dum igitur per silvam[e] transirent, Antonius autem crebris gemitibus dolorem proderet, invocaret item dominum Iesum, visus est per tenebras rusticus rogatusque, quam procul adhuc distarent a Kems. Hoc respondente: «non ita longe» et prætereunte, non multo postea clamorem audit et mox boatum tormenti; hinc silentium. Mane corpus Antonii inventum est a suibus et arrosum femore[f] satis crudeliter. Ex Basilea noti quidam descenderunt ad videndum corpus. Repererunt vulnus in capite et lapidem per pectus adactum in posteriore pectorali, quem exsectum[g] abstulerunt. Aiunt quidam vulnus et infra coxendicem inventum. Quid acciderit autem latroni, quod ita perdidit, divinare possumus, non scire. Hęc est huius tam horrendi facinoris veritas, quicquid auctor[h] in sui defensionem fingat[2]). — Reliquum est: ago gratias ingenteis, quod flagitium apud vos patratum significasti[3]); crede, rem multo gratissimam fecisti, non tam mihi, quam consuli nostro. Rem enim totam protinus et huic exposui, quamvis per alium; nam rheumatismo vexatus aliquamdiu domum non exivi. Rogavit primo, ut rescribam et salutem impertiam nomine eius plurimam, deinde petam, si fieri queat, libelli isti*us* exemplar, nominibus demptis, si sic libeat, tandem et nomen civis, qui aufugit. Postquam enim tam late patet consilii, quod contra nos cœptum est, improbitas, qui scis, an istud quoque pertineat huc? Nam hęc est causa, cur iusserit, ut ita petam. Hodie scio, quicquid scripsisti propositum XIII viris. Movet nostros istud factum varie. Vi publica nihil hactenus potuit Satan contra scientiam dei iustitiamque[i]. Tentat igitur istac[k] arte nos pessundare. Age, refugium nostrum deus! Pręterea legatus Tigurinus parvulus ille, nosti, sic egit in proximis comitiis, ut propterea

non mediocriter doleant nostri. Commendavit consul, ut item conquerar apud te, si forte per literas agas cum Bullingero (cui scripsit super eadem re uterque), ne quid tale fiat in posterum. Qua vales prudentia, hoc ipsum moderaberis. Vale cum tuis et fratribus feliciter in domino et me per annum semel saltem, dum otium[i] fuerit, salutato, quæso. Basileę, 10. Ianuarii, anno 38. — Hugwaldus precatur tibi ac tuis multam felicitatem. *Oswaldus Myconius* tuus.

Excellentissimo prudentissimoque viro domino Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, domino inter primos colendo venerandoque suo.

a) „desyd-". b) „nunc-". — c) „sequutus". d) „obed-". — e) „syl-". — f) „fæm-". — g) „exec-". — h) „author". — i) „-ciamque". — k) „isthac".

1) Vgl. I, Brief 105. — 2) Zu dem Überfall des (Franz?) Anton von Rochefort s. Basler Chroniken I, 151 ff. und VI 212 ff., 369 ff. — 3) Unter diesem «flagitium» ist die Schmähschrift zu verstehen, von welcher auch in den Briefen 982 und 988 die Rede ist; vgl. dazu Kesslers Sabbata, neue Ausgabe S. 467 f., 592.

991. IV 183.

Simprecht Vogt[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1538. Januar 15.

Dank für den freundschaftlichen Brief Vadians und Entschuldigung seines langen Stillschweigens. Wünsche für die Einigung der Kirche. Er begründet das Ausbleiben der Abgesandten von Schaffhausen bei der letzten Versammlung in Basel. Der Streit der Berner.

Gratiam et vitæ innocentiam a deo patre per Iesum Christum. Amen. — Non satis erat, vir integerrime, tuam te primum nobis obtulisse familiaritatem per tam amicas, quas ad nos dedisti, literas, nisi etiam admiranda quadam benignitate per Sebastianum nostrum certiores nos redderes candidi tui erga nos animi, quo a nobis exigebas, ut ad tuas literas rescriberemus; te namque tanto cum faenore repositurum beneficium, ut pro una epistola ad te missa remissurum pollicitus sis binas ternasve. Sed quod hactenus nihil ad te dederimus literarum, in caussa est partim pudor animusque suæ infantiæ conscius, partim argumentum epistolæ tuæ. Videmus enim, quod, quo minus hæc anagyrus movetur, eo plus in nobis solidi amoris perseveraturum, præsertim cum videamus, non omnia per quosdam eo, quem desiderabamus, animo geri. Cum enim eucharistiæ sacramenta constet esse symbola pacis christianæ, nihilominus videmus non parvum quotidie per ea in ecclesiis nostris discordiarum fomitem a quibusdam arripi, qui cælum terræ miscerent, quo τῆς λογομαχίας αὐτῶν possent esse compotes. Quare super hoc negotio[a]

malumus aut nihil aut parum dixisse, quam eam subire calumniam, qua et nos possimus insimulari discordis et pervicacis animi. Ceterum[b], vir integerrime, pudore neglecto tandem calamum arripuimus, cum iam nobis constet tua in nos benevolentia, qua freti malumus ignorantiæ quam ingratitudinis crimen subire. Facile enim condonabis nostræ infantilitati. Illud de nobis te sperare velim, quod et in symbolorum et totius rei christianæ rebus nullam bonis male de nobis sentiendi occasionem suppeditaturi simus neque deerimus, quantum in nobis est, ecclesiæ nostræ ad ea, quæ christianæ et pacis et concordiæ futura sunt. Neque a nobis stetit, quominus in ultima Basileiensi congregatione[c] nostrates interfuerint. Tam intractabiles enim quosdam habemus, ut aut papisticis neniis innutriti minus cedant[d] aut anabaptistica lue infecti cuncta cavillentur. Ceterum[b] Bernensium fratrum discordia, quam tibi diu cognitam esse existimo, quo tandem eruptura sit, timemus. Nam si non alia via aliave ratione concordia ecclesiarum sperari poterit, quam bonorum (ita enim rumor fert) exauctoratione[e], qua magnum ecclesiis scandalum imponitur, non video, quo pacto ea nobis grata sit futura. Sed de his malo in sinum flere, quam multa effutire. Deus pacis omnia melius disponat, quam nobis et perspicere et iudicare licet. Salutant te in domino symmystæ mei, Bovillus piique omnes. Saluta per nos pios apud te omnes. Vale et ecclesiæ commodis, ut hactenus fecisti, strenue invigila. Partum illum tuum de monasteriis collegiisque Germaniæ tandem ut erumpat, cupimus. Scaffusiæ, 18. Kalendas Februarii, anno ab orbe redempto 1538.

Simprechtus Vogt, minister verbi.

Doctrina insigni D. Vadiano Sangallensi *consuli*.

a) „c" für „t". — b) „Cæt-". — c) „congræg-". — d) „cęd-". — e) „exaut-".

1) Von *Simprecht Vogt*, Prediger in Schaffhausen, liegt nur dieser eine Brief vor.

IV 185.

992.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

Lindau. 1538. Januar 24.

Er entschuldigt die Kürze des Briefes, ebenso dass er dem Verwandten Vadians keine Freundlichkeit erweisen konnte. Übersendung eines Briefes von Simprecht (Schenk), Prediger in Kempten. Empfehlung des Überbringers, damit er von seinem Verwandten Otmar Ferber eine Unterstützung erhalte.

Gratia et pax per Iesum Christum. Celer nuntii huius abitus non sinit plura ad te scribere, observandissime doctor. Fefellit me nuper

consanguineus tuus, qui primo iam abiens michi literas tuas reddidit, ut nichil humanitatis illi venerando seni exhibere potuerim. Prętereaa) literas a Simperto, Campidonensi ecclesiasteb), quas tardius nactus sum, una hisc) inclusas mitto, quibus, quantum potuit investigare, negotium hoc intelliges. Sed quid prętereaa) potuero in rebus tuis, paratus ero in omne obsequium. Harum lator filius est huius senis, de quo nuper ad te scripseram, ut intercederes, ut ab Ottomaro Ferber consanguineo subsidium aliquodd) acciperet. Velis itaque iuxta animi tui candorem et modo illi esse auxilio, ne spe de eo concepta frustretur. Vale felicissime. Proxime plura. Lindavię, 24. Ianuarii, anno 38.

T(uę) P(ręstantię) deditissimus *Thomas Gasnerus.*

Clarissimo viro Ioachimo Vadiano, Sangallensium consuli prudentissimo, domino suo observando.

a) „e" für „ę". — b) „-stę". — c) „hiis". — d) „-quot".

1) Vgl. IV, Brief 484.

993. IV 186.

Walther Klarer[1]) an Vadian.

Urnäsch. 1538. Januar 28.

Was Vadian in seinem Briefe vom 12. Januar verlangt, hat Klarer gewissenhaft ausgeführt. Über die Verzögerung durch Kern oder vielmehr Sebastian Doring wird sich dieser selbst bei Vadian rechtfertigen. Bitte, den beiliegenden Zettel beförderlich nach Zürich zu senden.

S. D. Litteras tuas, quas duodecima Ianuarii, vir omnium amicissime, scripsisti, accepi et, quæ efflagitabant, sinceresa) ac sedulo ad unguem usque perfeci. Nam nihil est omnino, quod ad me tuo nomine venit, quod non gratissimum sit semper cuique morem gerere summopere non præ omnibus cupiam. Quod autem Kernus vel potius Sebastianus ipse Doringus distulit ita de die in diem, reddet tuæ Humanitati nimirum rationem. Ego enim primis tuis litteris responderam, etiamb) cum scripta antapocha, et nuntiob) ipso Sebastiano commiseram —, usque dum secundæ litteræ a te venere, quæ cunctationem illam nostram (at non mea, sed ipsorum est) tibi molestam esse propter concreditam illam pecuniam indicarunt; quod quidem et ego eis, verbis porroc) necessariis, haud, inquam, omnibus civilibus, aperui. Haud enim ignoro, quam maximis pluribusque rebus in dies obruaris. Nec ego quidem absque molestia tantum temporis consumeremd) in hoc negotiob), ni D. Wernhero, optimo,

ut nosti, et piissimo viro, gratificari sperarem. Sicque repetii[b] illas priores litteras, quas ante multos dies ad te scripseram et Sebastiano[e] credideram, et tandem alias has etiam[b] quascunque ad te, hominem, inquam, amicum, opportunum et patronum meum indubitatum mitto iam. Laxiore autem otio[b] ipse veniam. Me interim humanitati atque amicitiæ[f] tuæ, quæ sal vitæ meæ est, commendo. Vale Urneschiæ, vigesima octava Ianuarii, anno MDXXXVIII.

Waldherus, ex animo tuus.

Hæc[g] schedula adiacens Tigurum repetere cupit.
Huic enim admove, Vadiane charissime, vela.
Et si apocha est non, qua debebat, forma,
Corrige, si decet, aut fac, ut resciam ipse.

Integerrimo D. Ioachimo Vadiano, rei christianæ et omnis iustitiæ deditissimo, domino ac fratri charissimo.

a) „sync-". — b) „c" für „t". — c) „porrho". — d) „consumm-". — e) „Sab-". — f) „e" für „æ". g) „e" für „æ". — „c" und „t" sind oft nicht mit Sicherheit zu unterscheiden.

1) Vgl. I, Brief 36. — Zur Sache vgl. die Briefe 977 und 987.

IV 189

994.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1538. Februar 3.

Der Handel mit Georg Beli. Nachrichten aus Italien.

Gratiam[a] et vitæ innocentiam a deo patre per Iesum Christum.

Literas tuas, honorande Vadiane, accepi. Ex illis, tum etiam ex Tscharneri relatione liquido intellexi animum tuum erga Jeor(gium) B(eli). Placet mihi institutum tuum, ut, si fieri possit, res inter vos transigatur amice et placide, præsentibus tamen testibus propter hominis lubricitatem et inconstantiam. Sed cum nondum conveni nec obvium habui, ut cum illo agerem et, si consentiret, locum et tempus constituerem. Sed mihi hoc commodissimum videretur, ut Mayenfeldi conveniretis; tempus vero, cum comitia imminerent, ut, si se iniquum et insolentem exhiberet, tu continuo ad comitia te reciperes, quæ Ilanti futura sunt; sed tempus nondum determinatum. Dabo igitur operam (si Reverentiæ tuæ placuerit), ut hoc modo disponetur res. — Ex Italia habemus semper mala. In ipso die Luciæ fulgur Romæ quinque præcipua[b] loca tetigit: 1. Arcem S. Angeli, unde angelum marmoreum, papæ stemmata gestantem, de supremo fastigio deiecit; 2. basilicam divi Ioannis Late-

ran(ensem); 3 basilicam divi Petri; 4. palatium[c] papæ; 5. palatium[c] cardinalis Cæsarini. Venetis cladem non exiguam Turca intulit, minitans Italiæ terribiliora; armatus enim maxima classe Appoloniæ vernum tempus exspectat[d]. Evangelium Christi per totam Italiam magnopere crescit fere in omnibus doctis. Papa quendam principalem ex suis secretariis in vincula coniecit, eo quod cum Cæsare quadam collusione egerit. Sic omnia sunt corrupta apud illos, maxime qui ecclesiæ sustentacula haberi et vocari volunt. Vale, vir candide. Ex Rhætorum[b] Curia, tertio Nonas Februarias 1538.

Tuus clientulus *Ioannes Comander*.

Clarissimo doctissimoque viro domino Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli dignissimo, domino amicoque suo in*ter* *p*rimos *observa*ndo.

a) „c" für „t". — b) „e" für „æ". — c) „pall-". — d) „exp-".

1) Vgl. IV. Brief 468.

995. IV 190.

Jakob Fer[1]) an Vadian.

Bischofzell. 1538. Februar 6.

Empfehlung des Überbringers, eines Freundes des Evangeliums, der deshalb von seinem Schwager, dem Priester Amazias, mit Verfolgungen bedrängt wird.

Gratiam[a] et pacem. Consul prudentissime, præsentium latorem tua Eminentia[a] meo nomine commendatum, obsecro, habeat. Consultum illi cupimus, quotquot Cristi evangelium amplexati sumus. Vir bonus est et alter Phineas, zeloso spiritu pro gloria dei præditus. Huius rei gratia odiunt nonnulli[b] eum, præsertim Amazias, sacrificus quidam apud nos, cuius sororem duxit uxorem. Quam suæ hereditatis expertem reddere tentat, nulla causa obstante alia, quam quod illi dissimiles sint fidei in ratione[a]; nam ambo, vir et uxor, immobiles a parte nostra, immo[c] dei nostri stantes. Hinc ansam capit sacrificus, hostis ille veritatis, contra ipsos; consilii inopes sunt. Quibus operam tuam exhibiturus sis, persuasum habemus. Novi penes nos prorsus nichil; alias tibi communicassemus. Vale et nos, ut pro tua benignitate soles, amato. Ex Bischoffzell, 6. Februarii, anno 38.

Tuæ Eminentiæ[a] ex animo subditissimus *Iacobus Fer*.

Celeberrimæ urbis Sangallensis prudentissimo consuli Ioachimo Vadiano, suo parentis vice semper colendo observandoque.

a) „c" für „t". — b) „nonulli". — c) „imo". — Durchwegs „e" für „æ".

[1]) Vgl. oben, Brief 859.

IV 191.

996.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1538. Februar 11.

Er freut sich, dass Luthers Schreiben die Billigung der St. Galler gefunden habe, sowie es auch dem Rate und den Predigern in Basel gefalle; ebenso findet es Beifall, dass Vadian zwischen den Strassburgern und Zürchern vermitteln will. Die Boten sind soeben von dem Tage zu Baden (3. Februar) zurückgekehrt. Die Werke Bernharts und Gregors, fein gedruckt, sind nicht unter drei Goldkronen zu haben.

S. Impense gaudemus, vir ornatissime, scriptum Lutheri vobis probari, quoniam et nobis placet, cum senatui nostro, tum ecclesię ministris. Non enim videre possumus, quid inter nos sit discriminis, si rem ipsam spectemus, nisi verborum pugnis nos invicem divexare ultro arrideat. Nec minus placet, quod sequestrem te interponis et ęquum interpretem Argentinenses inter et Tigurinos. Neminem scimus ad id negotii[a)] commodiorem, quam tuam Pręstantiam, ut qui apud utrosque et auctoritate[b)] et multa polleas gratia. De motibus nostris nihil adhuc certi habere possumus. Legati nostri hodie primam post meridiem ex comitiis[c)] redierunt Badensibus; quid autem attulerint, nobis scire nondum licuit. Speramus tamen, idque non omnino vanis indiciis, sopitum iri absque bello. — Bernardi atque Gregorii opera reperi, elegantissime et cum maiestate excusa, cum indicibus copiosissimis. Non tamen habere possumus minoris ambo volumina quam tribus coronatis aureis. Ad extremum enim usque licitatus sum, non secus ac si mihi comparare voluissem, immo[d)] maiori sedulitate et cura; nam ad serviendum tuę Dominationi perpetuo me habebis paratissimum. Valere in domino pio(s) symmystas[e)] vestros omnes, fratres meos charissimos, et ut tu quoque valeas et vivas felix[f)] et incolumis, opto ex animo. Basileę, XI. Februarii, anno XXXVIII.

Marcus Bersius tuus.

Incomparabili viro domino D. Ioachimo Vadiano, Santogallensi consuli dignissimo, domino suo observando.

a) „c" für „t". — b) „aut-". — c) „comm-". — d) „imo". — e) „symmistas". — f) „fœl-".

[1]) Vgl. IV, Brief 508.

997.

IV 193.

Johannes von Hinwil[1]) an Vadian.

Elgg. 1538. Februar 13.

Er erinnert Vadian an sein Versprechen, ihn zu besuchen, und bittet ihn eindringlich, sein Wort bei Gelegenheit einzulösen. Er übersendet ihm ein von Bischof Hugo von Constanz empfangenes Planetarium als Geschenk, damit es ihn an seinen ihm stets dankbaren Schüler erinnere.

Memor sum, præceptor[a)] doctissime, dum[b)] mense Septembri[c)] prȩterito Vitenduri, interim quo prandium sumebas[d)], in confabulationibus nostris inter cetera[e)], si Tigurum ires, me, tuum discipulum, domi suæ[a)] visendum pollicitum esse. Ea spe in hunc usque diem suspensus, cupidus tui, delector, et rogo, si tanto hospite discipulus tuus non dignus, tua saltem humanitate, qua cunctis familiarem te prȩstas, non prives (eum). Eum enim erga te, præceptorem[a)] meum colendissimum et de me summe meritum, animum gero, ut ad quæque[a)] tibi tuisque placita obœdientem[a)] et cum hoc promptum habeas. Sed ne incompto et barbaro hoc epistolio te, Musarum asylum[f)], diutius molestem, rogo et obsecro, si tuis unquam in negotiis aut nomine civium tuorum domum meam præterire cogeris, apud me divertere etc. Dum in Hugonis, Constantiensis episcopi mei, aula degerem, is me inter cetera[d)] hoc planetarum instrumento donavit, cuius scientiam et usum domesticȩ[g)] curȩ, ruralia negotia et interim alia officiorum[h)] domesticorum quisquilia[i)] a me longe alienum fecerint. Hoc tibi, præceptori[a)] meo, qui a tuo olim Colimitio in eo studio belle imbutus doctissimus evaseris, muneris loco mitto, ut discipuli[k)] loco interdum præceptori[a)] oculis oberret et pristinȩ familiaritatis, dum Austriæ[a)] sub tuo regeretur iugo, admoneat. Vale. Ex rure meo Elgöwensi. Datum 13. Februarii, anno 1538.

T(uus) *Ioannes ab Hünwil* D.

Doctissimo viro Ioachimo Vadiano, poetȩ et oratori laureato ac medicinȩ doctori, apud divum Gallum consuli, prȩceptori[a)] meo colendo.

a) „e" für „ȩ", resp. „æ" und „œ". — b) Statt „dum" sollte man „te" erwarten. c) „n" für „m". d) „ȩ" für „e". — e) „Cȩt-". f) „i" für „y". g) „domȩstice". — h) „t" für „c". i) „quisquilliȩ". k) „discup-".

1) Vgl. I, Brief 47.

IV 194.

998.

Ammann Hans Vogler[1]) an Vadian.

(Zürich?) 1538. Februar 16.

Ersucht um Übermittlung einer Kaufsumme von 90 Gulden, die ihm Paul Gartenhauser bezahlen wird, an seinen Tochtermann.

Günstiger lieber herr, ich hab mitt Paulin Garttenhuser in namen ettlicher siner geschwusterigen ainen koff betroff(en), daby sy mir noch schuldig sind nüntzig gulden. Da sol ich kronen nemen jede um $1^1/_2$ gulden $3^1/_2$ d. zur bezalung, welche sum er versprochen üch zů handen antwurtten. Pitten üch lut dissers brieffs, das irs von im empfachen und das by gwisser botschaft (so erst muglich) und das minem tochterman Hans Jacoben Brenwalden gen Zürych zůschickend. So ir och das gelt minem tochterman zůschickend, wirt er üch den schuldzedel um die sum heruß schicken, und so er üch zůkompt, so gebend den gmeltem Paulin Gartenhußer. Wellend abermaln hierin dienen, mitt erpietung. Actum Sampstag nach Vallentine, anno XXXVIII. jar.

Ü(wer) w(illiger) *Johann Vogler,* burger zů *Zürych.*

An minen günstigenn hernn etc. doctor Jochim von Wadt, burgermaister zů S. G(allen), zů hannden etc.

[1]) Vgl. oben, Brief 666.

IV 195

999.

Martin Frecht[1]) an Vadian.

Ulm. 1538. Februar 17.

Seine Freude über die freundliche Aufnahme von Luthers Schreiben durch Vadian und über dessen eifrige und aufrichtige Bemühung für die kirchliche Einigung. Die in Ulm herumgebotenen Gerüchte über einen bevorstehenden Kriegszug gegen die Türken und über die Verhältnisse in England. Ein Urteil Osianders über Vadian. Osianders Evangelienharmonie.

S(alutem) in domino. Tua vero Dignitas, clarissime doctor idemque prudentissime consul, conduplicavit hoc magnum gaudium, quod superioribus diebus ex facta mihi copia D. Lutheri scripti ceperam[a]). Neque enim videbatur mihi satis esse, Lutherum tam amanter scribere, nisi etiam essent, qui istud[b]) quam amantissime interpretarentur, e quorum numero te pręcipuum[c]) esse puto, qui insigni tua pietate et docta prudentia iam pridem id es assecutus, quod sępe magna animi intentione desiderasti. Neque enim quicquam abs te frigide in tam gravi causa

actum esse intelligo; sed divini spiritus calore feliciter[d] peractum esse cum omnibus piis confiteor. Nam pręterquam[c] quod privatim utrique partium integritatem et candorem animi tui in ecclesię pacem flagrantis iam pridem es testatus, etiam publice declarasti, ecclesiasticę concordię et in dogmatibus per omnia sancti consensus dono te prius et antiquius ducere nihil. Quare dei pacis benignitate est factum, ut, quos in fatali illa sacramentaria pugna habuimus audacter pugnaces et consultores Thrasymachos atque Thrasybulos, eosdem nunc habeamus moderatos et fortes Eubulos, qui ἀμνηστίας καὶ συγκρητισμοῦ catholici beneficio et volunt et possunt omnem antea vel illatam vel acceptam iniuriam abolere. Nihil enim, quod pie tu scribis ecclesiis Christi, alioqui nimium adflictis et turbatis, salubrius offensionum simultatumque oblivione. Atque utinam in tempore hoc magnum dei opus orbi etiam innotescat! Nam vere magnum est, Christum reipublicę christianę inter tot tantaque arma crepantia pacem concedere; qua ut diu fruamur in domino, sedulis precibus impetremus et conservemus. Ceterum[e] non opus erat, clarissime d(omine) doctor, tanta gratiarum actione et obligatione pensandi qualiacunque humanitatis accepta officia; non enim pro dignitate illa contulimus in te, dignum multo amplioribus. Ego autem ingentes tuę D(ignitati) ago gratias, quod non participem solum vestri gaudii, sed plane ὁλόκληρον illa me fecerit. Faxit quoque Christus, ut offerri mihi quam optime de T. D. merendi occasio possit. — Postremo ut sum novorum satis incuriosus vestigator, nihil novi te dignum novi. Constanter hic fertur, Cęsarem[c], pontificem et Venetos icto firmo fœdere moliri contra Turcam expeditionem bellicam et Gallum exspectare[f] suas, quas ad Turcam cum legatis misit, naves, iis salvis redeuntibus cum aquila coiturum — istuc ut ad nominis divini sanctificationem et dilatationem regni Christi fiat, precemur suppliciter eum, qui in manu sua habet monarcharum corda —, in Anglia omnia esse et in ecclesia et politia salva pacataque. Nuper cum Norinbergę mox a tuo hinc discessu versarer in nuptiis sororis meę, narrabat Osiander, illinc ad se scriptum esse. Invitarat autem ad repotia nuptialia mea soror pręcipuos Noricos contionatores[g]: D. Vinceslaum, Osiandrum, Vitum, Thomam Venatorium cum duobus piis medicis. In prandio ego tui faciebam mentionem, quam ut honorificam Osiander ingenue confirmabat, te merito ornans isto elogio: quod vir esses pietatis et ecclesiasticę tranquillitatis ut sitien-

tissimus, ita scientissimus etiam artifex. Isto elogio potuit mihi narrari gratius nihil. Nam antea audieram, quendam ex illis tuos Aphorismos veluti schwermericos elevasse; sed mutata sententia optimo iure illi ut vere docti et selecti aphorismi iudicati sunt. Scis autem, et Osiandrum Harmoniam in 4 evangelistas edidisse. Hanc vellem magis harmonice, h. e. modestius scriptam. Olfacio enim, multos theologico supercilio offensos esse. At pro christiana charitate in melius, quicquid est, hoc interpretabimur. Obsecro T. D., ea hoc rude et impolitum rescriptum boni consulere et suis scriptis me dignari porro velit. Dolet mihi, quod harum latorem non potuerim, ut volebam, amicissime tractare. Bene valeat T. D., quę[c], ut coepit hactenus feliciter[d] magna dexteritate et prudenti felicitate[d] et ecclesię Christi et Helveticę politię consulere, recta pergat felicissime[d] absolvere cuncta, quę ad reipublicę salutem pertinent, meque D. T. commendet vestris in verbo ministris. Raptim. Ulmę, 17. Februarii 1538.

T. D. studiosissimus *Martinus Frechtus.*

Clarissimo doctori prudentissimoque Sangallensi consuli D. Ioachimo Vadiano, domino suo et amico plurimum observando.

a) „cœp-". — b) „istuc". — c) „e" für „ę". — d) „fœl-". — e) „cęt-". — f) „exp-". — g) „conc-".

1) Vgl. oben, Brief 971.

IV 197. 1000.

Benedict Burgauer[1]) an Vadian.

Tuttlingen. 1538. Februar 26.

Neuer Streit über die Abendmahlslehre in Bern. Hoffnung auf Rückkehr in die Schweiz. Schreiben Luthers an die schweizerischen Kirchen.

Gratiam et pacem a domino. Interest omnibus, præcipue præconibus verbi, Christus anuncietur[a]), ecclesiæ ædificationem percipiant, omnes fideles in uno sensu et scientia in cognitione Christi crescant, sollicite vigilandum. Audio, prudentissime Vadiane, in urbe et agro Bernatum in cenæ dominicæ sana intelligentia rursum dissensionem[b]) per Capitonem ac Bucerum excitatam: in catechismo[c]) puerorum verba quædam alterarent, reliquis Svevorum ecclesiis eorumque confessionibus conformes se facerent; quibus Megandrum cum suis restitisse audio, quamobrem senatus a functione silentium iniunxerit. Quo medio controversia sit sedata aut inter eos conveniat, per Christum oro,

ne impiger (!) sis, certior fiam. Binas litteras ad te perferri curavi, dubius, acceperis necne. De Benedicto scias: optat Vadiano legitima condicione[d] propius conversari. At si domino placuerit, in Helvetiorum agrum accomodo loco restituet, spero. Etsi summa humanitate ac beneficentia mecum agatur, liberiori sustentatione, quam Scaphusiæ habuerim, forsan dominus expulsum me reducet, quemadmodum omnibus suis non defuit. Vale, doctissime vir. Saluta nomine meo coniuge(m) tuam. Ex Tuttlingen, 26. Februarii, anno etc. 1538.

B(enedictus) Burgower, tuus.

Audio Lutherum ecclesiis per Helvetiam scripsisse. Qualia sua contineant, avide scire cupio, nec, transscriberetur expensis meis, molestum foret. Si petere fas est, talem te exhibe et signari suborna. Vadianum meum petitioni annuentem experiar.

Prudentissimo ac doctissimo doctori Ioachimo Vadiano, Sangallensium consuli, domino et amico observandissimo.

l) Vgl. I, Brief 22.

a) „annunct-". — b) „-tionem". — c) „cata-". — d) „condict-". — „c" und „t" sind nicht mit Sicherheit zu unterscheiden.

1001. IV 198.

Thomas Gassner[1] an Vadian.

Lindau. 1538. März 2.

Übersendung einer Schrift des Achilles Gasser über die Erscheinung eines Kometen. Mitteilung aus einem Briefe des Strassburgers Bedrotus über die Vorgänge in Geldern. Die Einigung zwischen Luther und ihnen. Das Widerstreben der Zurcher gegen die Einigung.

S. Doctissime Ioachyme[a], Achillis noster Gasserus hoc pro(g)nosticon cometę pridie michi misit, ut pellectum tibi mitterem, atque paucis ante diebus literis ad me missis petiisti. Facile credo, etiam astris nobis minari deum ultionem, qui tam ingrati sumus benignitati ineffabili domini, qui eripuit nos ex tantis horrendis erroribus et sui filii cognitionem per evangelii veritatem impartiit; at perpauci interim sunt, proch dolor! qui vitam in melius immutent et vere se illa credere ostendunt. Rerum novarum, quæ[b] modo ad te scribam atque scitu digna arbitrer, habeo nichil, nisi quod Bedrottus, Argentinę bonarum litterarum professor pius, pridie ad me scripsit his[c] verbis:

«Heri audivi Geldrium provinciam suam ultro cedere principi Iuliacensi. Is dicitur ingressus Geldriam 160 equitibus ac urbes

in fidem suam recipere. Putant hinc etiam nomen daturum fœderi protestantium, et ducturum aiunt iuniorem Iuliacensem Lothoringi filiam. Quod si fiet, adversus principes Burgundiacos, id est Cęsarem, facile se communient in Geldria retinenda[a]. — Ut autem se habeat concordia inter Lutherum et nos, non dubito, me melius cognovisti. Tiguring ecclesię[b] ministros, viros citra controversiam[d] pios, ferunt obstare maxime; quo animo id faciant, cupio ex te cognoscere. Audio enim, id Megandrum procurare. Vereor, et Butzerum officiosiorem esse, atque negotium postulet. Satis iam esset meo quidem exili iudicio[e] concordatum, donec tempus, omnium rerum edax, has suspiciones[e] consumeret, dummodo eo ventum est, ut utrimque nos fratres atque unius Christi ministros agnoscamus, ne odiosum vetus dissidium renovaretur et posteriora fiant prioribus peiora. Vale felicisssime, patrone observande[f]. Salutant tuam Prudentiam mecum Pappus et Hennerus, physicus[g]. Salutem imprecari velis nomine meo verbi dei ministris vestratibus. Datę Lindavii, 2. Martii, anno 38. T(uę) Excellentię *Thomas Gasnerus* deditissimus.

Ornatissimo viro doctori Ioachymo Vadiano, Sangallensium co*nsuli* prudentissimo, d*omino suo* observando.

a) „ç“ für „e“. — b) „e“ für „ç“. — c) „hiis“. — d) „contrav-“. — e) „t“ für „c“. — f) „-dç“. — g) „phis-“.

¹) Vgl. IV, Brief 484.

IV 199. 1002.

Wolfgang Capito¹) an Vadian.

Strassburg. 1538. März 3.

Er schreibt den Brief an Stelle des durch Unwohlsein verhinderten Bucer. Freude über die Antwort Luthers und Klage über den Abendmahlstreit und das zähe Widerstreben der Zürcher. Capito lobt Vadian für seinen Eifer, zu vermitteln. Er stellt drei Begehren auf: 1. dass Gelegenheit zu einer freien gegenseitigen Aussprache geboten werde, 2. dass man die Zürcher belehre über die heilsame Wirkung der Einigung, 3. dass ihnen der böse Argwohn genommen werde, als ob die Strassburger nur aus Furcht handelten.

S. Bucerus statuerat per Valderum, typographum Basiliensem, ad te scribere. Iam illo ad iter accincto vertigine solita corripitur Bucerus, unde ad me defert eam provinciam. Uterque nescio quo pudore afficitur, cum literas ad te dare meditamur, ego maxime, quia neminem scio, quem non solum philosophicis atque arcanis studiis emeritum, sed etiam pietate, tolerantia malorum constanti civilique prudentia absolutissimum prętter te habere possimus in hac nostra Germania. Hinc reli-

gione percellimur, tui recordantes, qui non pauca tuarum rerum propius perspeximus; cui religioni tribuas, quod rarius ad te scribimus. Neque adeo sic occupatus ad te scriberem, nisi tempus argumentum abunde necessarium attulisset. Quare literas accipe, doctissime Vadiane, non quas Bucerus imperavit scriptas diligentissime, sed admodum familiares atque amico pectore scriptas.

Legisti Lutheri responsum, ut puto, apertum ac simplex, quod nos, qui propius hominem novimus, habemus persuasissimum, ex sincero[a] animo promanasse. Nam homo senex et exercitus cernit, quantum malorum orbi christiano rixis nostris intulerimus, ut literis ad amicos scriptis utrum damni plus, an plus commodi nostro evangelio attulerimus, in dubium vocare soleat. Profuit mundo prędicatus Christus abolito Romanensi idolo, sed conscientiis in Christum ędificandis obstitimus digladiatione hac sacramentaria, ex qua roborati papistę et excitati anabaptistę immo[b] et locus datus est Epicuręorum insaniæ, deum ipsum negantium. Quorum numerum maximum licentiosissime debacchari in omnem pietatem sub renato pręcipue evangelio experimur. Quid attinet multis? Tigurini fratres, in pace irrequieti, in bello pacem meditantes, in oculis coram ipsi cernunt, quo sit in contemptu ministerium ecclesię, et quam longe absimus ab administratione ea, quam Christus requirit et quam hic agens exemplo docuit. Nam cum turba negotium[c] habent et nonaginta novem in deserto relictis, iubet quęrendam ovem centesimam amissam atque aberrantem. Constitutas nostras esse ecclesias non audeo prę me ferre nec habeo, quid respondeam hostibus papistis, qui sapere incipiunt et suum cum nostro ministerio conferre non inscite. Verum de hac re alias. Et Basiliensium confessio vestra si vere omnium istic ecclesiarum esset et pax cum Lutheranis ecclesiis constaret et haberemus, quod in concilio instituto aut congregatione ecclesiastica adversariis defenderemus, ad concordiam faceret animorum consensio. Lutherus nostras ecclesias in domino amplectitur; nos vero videmur nosmet exhorrescere. Nam toties ambientes nondum impetrare a fratribus Tigurinis plenum colloquium potuimus. Cuius rei tua Dignatio testis est partim. Neque in dubium venire poterit, quin pulchre omnia componerentur, si, qui duces aliorum sunt, symmystas[d] audire et candide respondere ad rogata sustinerent. Quando enim animadvertentibus non satisfecimus etiam Zvinglio ipsi. Et tamen causantur isti fontem malorum esse piorum colloquia. Scio tibi ut pruden-

tiorem ita mitiorem sententiam esse et quam studeas dilapsas ecclesias coniungere, experti sumus, immo[b] experimur quotidie. Plenissime exposuit Myconius, quo tu prçiudicio erga inferiores, re et nomine superiores utaris. Iacobus Meyer, Basiliensis consul, vir gravissimus, calculo suo nostram de te sententiam confirmat. Cui lectę sunt literę, quas scripsisti his diebus super concordia et literis Lutheri. Verum sunt nobis Tiguri fratres, viri quidem optimi, sed qui hac in re nescio quid patiuntur humanitus. Cuique sua placent inventa et quisque suus esse mavult quam aliorum, quam ecclesię, quam Christi, etsi omnes Christum, ecclesiam et fratres verbis pręteximus. Quo occulto morbo nostrę actiones infitiantur[c]. Adversus hoc malum nobis quotidie decertandum atque victores nobis in dies magis displicemus. Quorsum hęc, domine? Ut habeas argumentum cogitandi nosque admonendi liberius, qua via insistendum, ut concordię et veritati consulamus, inoffensis nostris Tigurinis. Nam illi epistolis pugnę prędudunt et satis mascule velitati sunt cum Bucero literis accusatricibus, quibus hic respondit, etsi maluissem silentio adobrui calorem animorum. Quid nos putemus studendum, accipe paucis. Videtur primum esse, ut liberum colloquendi spatium[c] daretur, pręsente qualicunque ecclesiola virorum deum timentium; alterum, ut aliquis illis fidem faceret de fructu concordię apud mentem electorum, qui dissidio funesto intervertitur; tertium, ut eximeretur suspicio profecto vana, quam de nobis spargunt, metu nos ad concordiam et non studio veritatis atque Christi concitari. In qua re falluntur, quod ad nos ministros attinet, id aperiet dies domini et ipsi olim attestabuntur sibi redditi. Nam quid momenti adferet, in speciem colere concordiam adversus monarchas et pontifices, si doctrina et usus ecclesiasticas singulis conscientiis non consulit? Dicimus et scribimus tanquam fratribus, quę de molimine pontificiorum ad nos adferuntur. Hęc illi interpretantur inanes terrores esse. Nos nihil contemnimus; sed in timore domini nos apparamus ad pugnam cominus decernendam cum instructissimis hostibus. Nam avemus intueri lucem atque doctrinam nostra opera comprobatam illis ad censuram submittere, quatenus pro verbo sunt iudicaturi, secus autem conantes refellere fortiter, etiam sanguine nostro, constitutum est, modo Christus conantibus aspiret, sine quo nihil efficiemus. Deus testis nos in his cogitationibus multos esse neque morari nos, quid vos, qui in magistratus consilii captetis, cum persuasum sit, cor principum in manu dei esse. Et tamen magistratus admonere esse

scimus nostrorum quoque partium. De his hactenus. Tuam rogo aut spem aut desperationem ad nos scribe. Vincentiam reiecit concilium pontifex Romanus. Delecti quidam libello edito pręluserunt, quo derogant pontifici summam auctoritatem[e)], reprobant exempla Romanensium, curialium avaritiam, nundinationes sacerdotiorum et id genus. Quo argumento plurimorum animos sibi devinciunt. Nos huic per Iohannem Sturmium respondere et ostendere, quid illorum consultationi desit, conabimur, nisi alię occupationes conantes averterint. Si quid huius edatur[f)], exemplum ad te mox mittetur. Bucerus se tibi commendat, item Iohannes Sturmius professor. Consul Matthęus Pfarrerus, quem Basileę vidisti, te salvere iubet in domino. Vale diutissime, vir animo meo singulariter suspiciende. Argentorati, 3. Martii, a contione[c)] populi, anno 1538.

V(uolfgangus) Capito tuus.

Si quid his literis quenquam offendere videtur, id premat Dilectio tua; nam sinceriter[a)] omnes vestros diligo in domino, quem huius testem habeo et invoco contra me, si mentiar.

Ornatissimo viro D. D. Io(a)chimo Vadiano, consuli Sangallensi, undecunque doctissimo prudentissimoque amico sibi in domino suspiciendo.

a) „sync-". — b) „imo". — c) „ci" für „ti". — d) „symmistas". — e) „aut-". — f) „ęd-".

[1]) Vgl. IV, Brief 513.

1003. II 387.

Martin Edelmann[1]) an Vadian.

Krummenau. (1538.) März 10.

Bericht über eine am 10. März abgehaltene Landsgemeinde.

Min früntlichen grůtz etc. Wyßent, das mir hand ain landtzgmaind haind kain auff 10. tag Mertz von wegen deß abtz von S. Gallen, och auß ainmůtung der 2 orten Zürich und Glaris, wiewol Glaris nitt vor ainer gmaind erschinen, aber Zürich mitt ainer erlichen bottschafft, namlich juncker Hans Edlibach, der alt her von Kiburg, genampt Lafater, und ain die Dochenburger lassen langen mitt früntlicher bitt und begeren, das sy den koffbrieff außen gebint, in hoffnung, es wurd frid und růb bringen und künftig můg[a)] und erbet vermitten. Wo aber das nitt geschech, deß sy sich gentzlich nitt verschechent, so wellentz unß nüntz

verhalten hain; sy werdent mitt niemant in kain recht stôn, weder mitt den eydgnoßen, nach mitt dem heren von S. Gallen, sonder deß koffs sich gentzlich einzichen. Als hatt man sich berathen mitt ainer volkumnen lantzgmaind, deren geschetz by 5000 man, und ain ainhelliger rath, das man hab brieff und sigel von 2 orten und och von 5 orten; by deinen welle man beliben und sich deren halten und darby yederman ainß rechten sin, wo es billich sig, er sig geistlich oder weltlich, und vor aim unbartigen rechten, und das alles geschechen mitt unerschrockelichem gmûtt etc. Nitt mer, dann gott sig mitt uns allen etc. Datum ain dem 10, tag Mertz etc.

Von mir *Marty Edelman*, zû *Krumenaw* im *Turtail*, uwer williger etc.

Dem hochgeachteten, glerten und wyßen burgenmaister, her Joachimen von Watt zû S. Gallen, sinem etc.

a) „u" mit Umlautzeichen und übergeschriebenem „o".

1) Vgl. oben, Brief 841. — Über diese Landsgemeinde s. Wegelin, Gesch. d. Landschaft Toggenburg II, 112.

IV 200

1004.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz 1538. März 12.

Bitte, sich für den Überbringer zu verwenden, der sich vom äbtischen Rechte frei machen will.

Salus et pax Christi. – Commendo paucis tibi, observande Vadiane, hunc bonum, simplicem et plane pium virum, ut tuo vel auxilio vel consilio eum adiuves; nam dignus est, cui bene succedat. Necessitatem suam ipse narrabit; nam cupit ab abbatis iure liberari et sunt, qui dicant, antiquo more satis liberatos, qui, quocunque velint, transmigrent, modo nullo ære alieno sint gravati, novicio[a]) autem more non esse liberos, nisi qui data pecunia sese redimant. Quicquid sit, obsequetur tuo consilio et tentabit, quam minimo possit, evadere; si omnino expendendum est aliquid, non gravabitur, modo liberetur ab onere maiore. Vale. Constantiæ, 12. Martii 1538.

T(uus) *Iohannes Zvick.*

Ornatissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, domino meo singulariter colendo.

a) „t" für „c".

1) Vgl. II, Brief 152.

1005. IV 201.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz, 1538, März 26.

Empfehlung des Überbringers, eines Predigers, der wegen des Wortes Gefangenschaft und Hunger erduldet hat und nun auch noch mit dem Aussatz behaftet ist.

Salus et pax Christi. — Qui has ad te fert, ornatissime Vadiane, ministrum egit multo tempore verbi dei, perpessus olim multas captivitates propter verbum, tandem etiam apud quosdam ex vestratibus extremam famis miseriam passus, ut est mundus ingratissimus. Nunc vero, ut parum absit a Iobbi afflictione, etiam lepræ apud nos adiudicatus est et, ne solus miser sit, etiam consortem charissimam lepra infectam habet. Hunc ergo pietati tuæ commendo. Nec opus est, ut necessitatem summam aut modum elemosinæ tibi describam; nam hæc ipse tu satis potes expendere. Cumprimis vero commendari afflictum illum per te vellem fratribus communibus, quos audio apud vos certo die convenire, ut illi quoque christianice complectantur destitutum alias omni humano auxilio. Vale. Ex Constantia, 26. Martii 1538.

Tuus *Iohannes Zvick.*

Ad hanc rem Dominicus inprimis idoneus est, qui iuvandis miseris solet esse studiosissimus, quem et cum Furtmüllero bene valere cupio.

Ornatissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, domino et fratri meo observandissimo.

[1]) Vgl. II, Brief 152. — Von dem unglücklichen Prediger ist offenbar auch in Brief 1011 die Rede.

1006. Staats-A. Zürich E. II. 342. 84.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1538. März 26.

Ankündigung eines Städtetags auf den 28. April über die an Luther zu erteilende Antwort.

Es wirt ein tag hie zů Zürych Quasimodo aller der stetten, so in der handlung mitt dem Luther sind — acht, man werde es üch zůschriben — zů radtschlagen, was man Luthern antwurten wölle. Gott wöll, das nitt grösser span und zwytracht werde. Es wil ettlichen die antwurt, so von minen herren gestellt was, nitt gfallen. Dann wir allwäg noch nitt gnůg ettlichen, alls insonders den Straßburgern, den sacramenten zůgäbend. Wir werdents aber nüt dister minder nitt erheben in

die glori des herren. Signa significant et testantur; non adferunt, quod significant, non exhibent vel verbi vel sua vel ministri virtute. Vale. Vellem te advenire etc. 26 Martii 1538.

H(einricus) Bullingerus tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, domino colendissimo.

[1]) Vgl. oben, Brief 730. — Der Anfang des Briefes fehlt, da die obere Hälfte des Blattes abgerissen ist.

Stadt-A. Strassburg.

1007.

Vadian[1]) an Wolfgang Capito.

St. Gallen. 1538. April 8.

Die Aussöhnung Bucers mit den Zürchern. Aussichten für die Einigung mit Luther über die Abendmahlslehre.

S. Accepi proxime Kalendas[a]) Apriles literas tuas, mi colendissime, in quibus petis significare velim, sperandumne an desperandum existimem cum Tigurinis ministris colloquium. Equidem ut paucis meam tibi mentem aperiam, non puto desperandum; sed ut nunc res habent utque sunt animati Tigurini, non arbitror ullo cum fructu futurum, ut hac a parte urgeantur et vos eam copiam dari vobis postuletis. Suspicarentur certe, id agere Bucerum nostrum, ut victoriam reportaret de his, quibus nihil accidere molestius posset, quam vel errorem in suorum præsentia confiteri vel paulo acerbius admoneri de veritate; sic enim nuper habitos Buceri labores, quibus fidem vestram, imo vero nostram Bernati ecclesiæ declaravit, interpretantur. Certe abscedere maluit Megander, quam verbis subscribere, quæ ipse cum scripturis et sano sensu minime pugnare confessus est. Ita tamen in animum induxit[b]), non cedendum esse Bucero ceu victoriam quærenti, qui pacem tamen solam et fratrum unanimitatem quæsierit. Agit ille nunc Tiguri, ad ministerium etiam accitus, et ita agit, ut ignem quendam alere etiamnum in cinere videatur, qui certo certius hoc magis excitaretur, quo vos enixius locum vobis colloquii dari peteretis. Provide consultius mihi videretur, omnem movere lapidem, quo simultas illa, quam literæ illæ D. Buceri proditorie susceptæ sparsæque peperêre, illorum animis eximatur; quod ut assequar, omni ope conor, idemque satagunt doctissimi viri ministri Basilienses et nostri maxime. Fieri[c]) enim nec debet nec potest offensio illa gravissima, quæ orbi posset de nostra dissensione testari, quum hactenus vestra inprimis

opera tantis periculis exempti simus, ut amorem privatum et eximia merita sileam, quorum, mihi crede, ne Tigurini quidem obliti sunt. Durate tantum in veteri illa erga nos benevolentia et nosmet, ut verbo Maronis utar, rebus servate secundis. De eucharistiæ negotio omnia mihi prospera polliceor nec dubito, quin D. Lutheri plenam candoris et benevolentiæ responsionem uno animo simus probaturi. Tiguri enim urbes convenient ad diem 28. Aprilis, hanc unam rem acturi, ut demum gratos nos et vestris et D. Lutheri officiis[d] exhibeamus. Non video enim, quid nos remorari amplius debeat, quominus sarta tecta concordia cohæreamus. Habet D. Lutherus suum loquendi modum; habet fortassis et metam, ut aliquo usque ei apud suos progredi nec amplius liceat. Emoriar autem, si non idem utrinque spectamus et sentimus. Suspecti nos illi fuimus ex dictionis libertate fortassis immodica (multa enim emendavit contentio) et vacua symbola in cena[e] statuere visi; contra ille nobis suspectus velut suffragaturus papisticæ lanienæ et crudidati. Verum hac nos ille plane iam liberavit et nos haud dubie illum, dum palam negamus vacua symbola. Offendit quidem illum verbum spiritualis præsentiæ, quod nostris tamen adlubescit, non quia spiritum credant esse corpus Christi in cena[e] exhibitum vel quod in cena[e] exhibetur et sumitur, sed quia non habent vocem aliam, qua carnalem cruditatem carnis et sanguinis Christi, quam papa tuetur a mystica illa veraque et efficaci cenæ[e] manducatione discernant. Fatentur enim dominum Iesum cum pane et vino apostolis non spiritum (hunc enim alibi inflavit, alibi etiam de cælo[f] misit), sed corpus suum verum, quod in cruce est oblatum, et verum sanguinem, qui in eadem est fusus, vescendum potandumque dedisse, eodem nos in cena[e] vere vesci, eodem vere potari; sed non crude adeo ut pontificii; non sensibili et carnali manducatione, quod et Lutherus confirmat. Tantum curemus, ne veritatem corporis et sanguinis in cena[e] spiritualis sumptionis assertione diluamus. Hac enim una causa vocem «spiritualiter» explodit, neque aliam nos habebamus, quo mysticus esus a carnali diversus exprimeretur. Verum et hos scrupos demit et diluit explicatio vestra domini Lutheri nomine facta, quæ me ita certificavit, ut non habeam profecto, quod desiderem. Verum hoc te oro oratumque per te velim Bucerum, summum amicum nostrum, susque deque ferre pluscula, bonique consulere velitis fratrum Tigurinorum studia, calidiora fortasse, quam par sit, enata tamen de veteri causæ turba. Meminisse oportet, homines esse nos et

agitari plerumque Satanæ technis circumspectissimos animos; perpetuo id enitendum, ut affectibus positis quam sincerissime[g] cohæreamus. Vestri erunt, vestri, inquam, fratres Tigurini; tantum hoc nobis date, ne commoveamini. Vale, domine colendissime, et salvum iube meo nomine D. Bucerum, pietatis ornamentum; consuli Pfarrero, amplissimo viro, me commenda; Pludentino fausta omnia precor. Sangalli, celeriter, VIII die Aprilis, anno MDXXXVIII.

Ioachimus Vadianus.

(Adresse fehlt.)

a) „Cal-". — b) „in" über der Zeile nachgetragen. — c) Zweifelhafte Lesart; eigentlich „Feni". — d) „t" für „c". — e) „œ" für „e". — f) „œ" für „æ". — g) „syn-".

[1]) Vgl. I, Register, unter «Vadianus». — Der «Epistola Vadiani ad D. Capitonem» überschriebene Brief ist als Copie von einer Hand des 16. Jahrhunderts in Varia eccl. XVI, S. 339, des jetzt im Strassburger Stadtarchiv untergebrachten St. Thomas-Archivs eingetragen. Die Copie stammt aus dem Nachlasse des Strassburger Predigers Christoph Söll, eines Schwiegersohnes von Bucer. Wir sind durch Hrn. Prof. Dr. Egli in Zürich auf den Brief aufmerksam gemacht worden und verdanken den Text und die vorstehende Auskunft der Güte des Hrn. Stadtarchivars Dr. Winckelmann.

IV 202.

1008.

Oswald Myconius[1]) an Vadian.

Basel. 1538. April 16.

Er freut sich, den Briefverkehr zwischen Schweizern und Fremden zu vermitteln, und versichert Vadian seiner Bereitwilligkeit, ihm zu dienen. Der Sohn des Zasius, Secretär beim Herzog von Savoien, berichtet über einen Prediger in Prag, der vom Abendmahl rede wie sie, und beim Volke grossen Zulauf habe. Der Tag von Braunschweig. Myconius beklagt die Abneigung vieler gegen Bucer und bittet Vadian, die Heftigkeit der Zürcher zu beschwichtigen.

S. Equidem eo loco sum, ut, etsi non aliter, tamen literis doctorum hominum sursum deorsum missitandis inservire queam. Mittunt Argentinenses ad nos, quę pertinent ad te et ad Tigurinos, immo[a]) et Parisienses et Saxones et reliqui. Hoc idem faciunt Tigurini, si quid est mittendum ad Argentinenses seu alios. Recte igitur et tu commendas tuas ad Capitonem; nam quas nuper is dedit ad te, per manus meas pariter sunt Sangallum usque promotę. Si hoc inservire est bonis viris et amicis, gaudeo, quod hac ratione possum aliquid. Tibi vero quam nihil tædeat[b]) gerere morem vel cum iactura, non arbitror te latere, unde non est, ut gravari me putare debeas ob tantillum officioli. Subeo lubens; tu me tantum hoc animo esse iudica. Rogavit tabellio præterea, si quid novi sit, ut tibi communicem. Dicam historiam mira-

bilem ni mavis fabulam. Pro historia tamen nobis relatum. Zasii defuncti filius, secretarius ducis Sabaudię, nuper a Ferdinando venit et consuli nostro sic nuntiavit[c]: esse Pragæ virum doctum, qui sese præsente contionatus[d] sit de eucharistia, qualiter nos hic soleamus, nullo plane discrimine. Quod quidem ubi rescierit Faber episcopus, mox contra in arce vel in aula clamasse etiam se audiente, et scripsisse, atque eam rem promanasse ad populum, qui motus concurrerit ad aliquot millia (quidam dicunt viginti) petieritque a rege Fabrum. Impetu vix tandem sedato impetrarit, ut ille collectis, quę scripsit in evangelium et eucharistiam, iussus sit propriis manibus in ignem coniicere. Insuper dum rex pro auxilio contra Turcam (nescio an hoc ante vel postea sit factum) rogarit auxilium a Boëmis, hos uno ore respondisse, tunc se morem gesturos, ubi Fabrum et episcopum Tridentinum eiecerit ex aula et e numero consiliariorum. Idem Zasius attulisse dicitur libellum de eucharistia, qualiter Pragensis ille docuerit, quem nondum tamen vidimus. Quid! annon hęc mira! Immo[a] quia tam mira, non credo, quamvis oculatum testem ille se dicat. Age si nihil aliud, habes tamen, quod tecum pariter ad tempus recogites. De comitiis Brunsvigensibus narrat ille idem, ingentem vim principum convenisse, neminem vero adversariorum admissum, ne legationem etiam Ferdinandi ad urbem propius quam ad duo milliaria. De conventu nostro quid dicam quidve sperem, nescio. Tantum est quorundam odium (quamvis odium esse nolint) adversus Bucerum. Propter hunc et ego tantum non abiicior. Gaudeo te tam sancte de Argentinensibus sentire. Illud constat, si venerint Tigurum, ut venient, concertationes magnas fore, quamobrem timeo, ne digressuri simus grandi cum pudore nostro et gaudio inimicorum. Deus, qui potest omnia, misericorditer concedat, ut adfectibus depositis confiteamur aliquando Christum recte et vere. Vale, domine mi, et Tigurinorum animos pro tua auctoritate[e] placare ne desinas. Basileę, 16. Aprilis, anno 38.

Oswaldus Myconius, tibi clientulus.

Clarissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi dignissimo, domino inprimis suspiciendo suo.

a) „imo". — b) „e" für „æ". — c) „nunc-". — d) „conc-". — e) „author-".

1) Vgl. I, Brief 105.

IV 203. 1009.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1538. April 26.

Der bevorstehende Tag in Zürich (vom 28. April) und die zu hoffende Beilegung des Streites zwischen den Zürchern und den Strassburgern, wozu Vadian das seinige beitragen möge.

Salus et pax Christi.

De vestro conventu nuper Tiguri certior factus sum; rogatus enim a bonis quibusdam sciscitari volui, in quonam potissimum constaret controversia illa inter Tigurinos et Argentoratenses. Sed istud vos quoque audietis. Fieri potest meo iudicio[a]), ut Tigurini quædam secus interpretentur, quam velint alii, rursus alii nimium urgere et torquere videntur sua. Non autem solum ad concordiæ rationem faciet, in ea consentire, quæ certa sunt et veritati consonantia, sed indulgere etiam et condonare fratribus, quæ per conscientiæ imbecillitatem non possunt recipere. Nam qui nimium emungit, elicit sanguinem, et satius esset, etiam ad erroris fratrum nonnumquam connivere, quam ingrato studio et invitis animis nescio quo rapere. Sed pro tua prudentia in illo conventu vestro moderaberis et observabis omnia. Sed cave semper, ornatissime Vadiane, ne animorum concordiam perdatis; videtur enim mihi ista non parum læsa. Christi pax vobiscum sit; ille conciliet vos suo spiritu in omnibus, quæ manifestam ecclesiæ ædificationem habent. De nostrorum adventu nescio quid fiat; forte semotis arbitris melius conveniet inter vos. Proinde etiam nostra ecclesia sese non satis accommodat[b]) ad conatus Argentinensium, horum quidem iudicio[a]). Quanquam apud nos nihil sit turbarum, preces frequentissimæ sunt pro unitate ecclesiæ, quam pro Christi gloria omnino promotam omnes cupiunt apud nos. Sed vale, nam vix potui istud respondere, quod hisce diebus me dedicarim medicis et purgationibus. Non cessabo orare deum cum omnibus bonis, ut ille ipse velit omnia apud vos sarta tecta. Amen. Ex Constantia, 26. Aprilis 1538.

Iohannes Zvick tuus.

Clarissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, Sangallensi reipublicæ ornamento, suo domino observando.

a) „t" für „c". — b) „accomod-".

1) Vgl. II, Brief 152.

1010. IV 205.

Wolfgang Capito[1]) an Vadian.

Basel. 1538. Anfang Mai.

Er entschuldigt sich, dass er sein Wort nicht eingelöst, weil seine Rückkehr sich verzögert habe.

S. Credebam nuper, Bucerum aditurum esse Allobroges propter Calvinum et Farellum restituendum, rectaque domum me petiturum, ex quo facultas reddendi non fuisset eius libelli, quem affini suo Dasypodius per nos mittebat; itaque pollicebar, eum tibi daturum me esse. Verum ratio voluntatis huius in diversum exiit, eoque ille per Winterthur, ubi agit is, cui libellus ille destinatus fuerat, iter faciendum suscepit. Quamobrem fidei meę satisfacere tum non licuit. Atqui iam d(omino) scriba, aditurus conventum legatorum, inter quos ex tuis forte aliquis futurus esse videtur, haud gravatim has literulas cum exemplo hic empto aut perferendas aut per alium quemcunque mittendas accepit. Quare felicis ingenii masculam feturam[a)], ut omnia soles, candide lege et stili ubertas tibi, viro doctissimo, haudquaquam displicebit. Dialecticam apud nos profitetur mira perspicuitate. Vale in domino, vir ornatissime, et mea opera pro voto utere; nam cupide tibi, quod probaretur, de meo pręstarem. Cuius literas, iudicii amplitudinem atque constantiam unice admiror. Iterum vale. Basilcę, . .[2]) Maii, anno 1538. *V(uolfgangus) Capito,* tuus.

Furtmullerum et Dominicum, homines vere pios, salvere iubeo.

Viro ornatissimo D. D. Ioachimo Vadiano, consuli reipublicæ Sangallensis, domino ac maiori suo in domino suspiciendo.

a) „fœt-".

1) Vgl. IV, Brief 513. — 2) Da der Tag zu Baden, zu dem der Stadtschreiber Heinrich Ryhiner abgereist war, mit dem 7. Mai begann, muss vorstehender Brief in den ersten Tagen des Monats geschrieben sein.

1011. IV 204.

Freiherr Georg von Hewen[1]) an Vadian.

(Tuttlingen.) 1538. Mai 9.

Bitte um Antwort auf ein Schreiben an Bürgermeister und Rat wegen Levinus Grübel.

Erenvester, fursichtiger und wiser her burgermaister, üch syg min frintlich wilig (dienst) zuvoran. Mir zwifelt nit, ir hab(t) deß schriben, so ich üch, her burgermaister unnd ratt, um wegen Levinus Grubel, darin ich in minem schriben begert hab ain antwort. Ist mir von üch, ainen ersamen rat, bißher kain antwort geworden. Ist ain üch min gantz frint-

lich und dienstlich pit, ir uf min gemelt schriben min antwort von üch, einem ersamen rat erlangen und mir die selbig züsenden. Das wil ich umb üch insonders als umb min lieben heren und frind fr(i)ntlichen verdienen. Datum am 9. Maii, anno 38.

Ewer gutter frind fryher *G(eorg) von Hewen*.

Dem erenvesten, fursichtigen und wisen Johaim *von* Watt, burger*maister* zu Sant Galen, mi*nem* lieben und gutten frind.

[1] Vgl. oben, Brief 868.

IV 208.

1012.

Johannes Zwick[1] an Vadian.

(Constanz.) 1538. Mai 29.

Er bestätigt den Empfang einer Geldsammlung und dankt Dominicus (Zili) und Fortmüller für ihre Bemühungen. Politische Nachrichten. Gerüchte über den Türkenkrieg.

Salus et pax Christi.

Pecunia pro Stephano[2]) mihi reddita est, collecta scilicet ab ecclesiis. Nunc ecclesiis Christus reddet illam, in die adventus sui celeberrimo cum centuplo fænore[a]. Nos hic biduo collegimus aureos plus viginti, a Tigurinis quoque fratribus nonnihil. Exspectamus[b] autem in dies, quando miser ille Stephanus cum uxore ad nos redeat; nam Thermas adiit. Tunc dabimus operam, ut benedictione illa sua sic fruatur, ut a publica illa mendicitate, quæ omnium miserrima condicio[c] est, liberetur. Dominico autem et Fortmüllero gratias ago pro sedulitate ista tam pia; sciunt autem, cui istęc[d] beneficia præstentur.

Novarum rerum nihil habeo, nisi quod Palatinus elector Wittenbergam scripsit pro evangelii ministro, cuius opera potissimum in aula sua velit uti, quodque a marchione electore vocatus est Philippus ad instituendam religionem. Denique rex Danorum nuper Brunsvigæ in fœdus[e] nostrorum receptus est. Utinam, utinam, ut crescimus numero, ita pietate quoque crescamus, ne nihil simus quam numerus! De Turcicis rebus scis, quæ circumferuntur. Christus nostri misereatur. Ex una parte impiissimus est mundus, ex alia ingratissimus, ut fieri nostro bono non possit, si non corripiatur a domino, atque utinam istud in emendationem! Amen. Vale, 29. Maii 1538.

T(uus) *Iohannes Zvick*.

Ingenii[f] et animi dexteritate claro D. D. Ioachimo Vadiano, domino meo observando. Zů Sant Gallen.

a) „fen-". — b) „exp-". — c) „t" für „c". — d) „isthęc". — e) „fęd-." — f) „Ingernii".

[1] Vgl. II, Brief 152. — [2]) Offenbar der Prediger von Brief 1005.

1013. IV 210.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1538. Juni 9.

Begleitschreiben zu einem Berichte über einen sonderbaren Vorfall.

Salus. Habes hic miram et stupendam merito historiam[a)], quam, cum non haberem aliud, quod scriberem, mittere ad te libuit. Non solum vero ex hac intelligimus, quam sit orandum illud: ne inducas nos in tentationem, sed quam sit glorificandus Christus noster, qui dei digito istiusmodi omnisque generis dęmonas eiicit. Sed heus tu, ornatissime vir, quantos putas etiamnum regnare in mundo istius farinæ spiritus? Væ[b)], quam communis, prodigiosa et insatiabilis est ista voracitas! Vale tu cum bonis omnibus, præcipue Furtmüllero et Dominico. 9. Iunii 1538.

Tuus per omnia *Iohannes Zvick.*

Clarissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, domino meo observando.

a) „hyst-". — b) „vach" oder eher „vach".

1) Vgl. II, Brief 152.

1014. IV 213.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1538. Juni 22.

Bericht über seine Unterhandlungen mit Georg Beli und dessen Übersidelung nach Alvaneu. Politische Nachrichten aus Italien.

Gratiam et vitæ innocentiam a domino. Literas Humanitatis tuæ accepi, eximie vir. Cum Belo locutus[a)] sum ante mensem; sed Reverentiæ tuæ significare non potui, tabellariorum inopia. Sed sic res habet. Tentavi primum hominem de reconcilianda uxore, ut animus eius mihi fieret[b)] notior. Inveni omnimodam duritiam[c)] ac obstinatiam. Deinde de conventu in aliquem certum locum; sed omnia, quasi a me proficesceretur[d)] hæc[e)] sollicitudo. Ad posteriorem petitionem placide respondit, se morem gesturum[f)] et a vobis posse constitui diem et locum. Sese venturum Maienfeldum aut in gratiam vestram Werdenbergam aut Benedurum, illicque amice de negotio vobiscum colloqui. Addebat et hoc: «Te rogo, ut mecum venias» (illud ego recusabam, eo quod mentem tuam ignorarem et fortassis importunus essem. Nihil enim, quam, quod tuæ gratissimum fuerit Humanitati hic et ubicunque locorum facturus sum). Consensit igitur

libens in hanc ut dixi conventionem. Aliud est, quod ad rem facere puto. Belus migraverat cum familia a Davasio ad Alvum Novum, ex loco scilicet evangelico in locum papisticum, quæ res satis incommoda erat ad impetrandum divortium. Sed ut ipse mihi retulit se remigraturum Davasium; caussam ex aliis audivi. Violavit quandam virginem. Ideo illi alio concedendum erit. — Rumores ex Italia ita sunt varii et inconstantes, ut certa et evidentia dare non possim. Aiunt quidam, pacem confectam inter Cæsarem et Gallum; quidam infitiantur[c]. Alii dicunt, treugas sive indutias[c] factas ad certos menses inter eos, et utrunque rediisse in locum suum. Alii dicunt, negotium adhuc tractari ac statim finitum iri. Veneti laborant, occupante Turca multa eorum. Aiunt Turcæ exercitum in mari Ligustico duas naves Cæsaris plenas dorigeris devastasse. Et huiusmodi plura, quæ[e] tamen tuis auribus indigna iudicavi. Vale, colendissime Vadiane. Ex Curia, decimo Kalendas Iulii 38.

Tibi deditissimus *Ioannes Comander*.

Præstantissimo iuxta et doctissimo viro domino doctori Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, domino ac amico suo primario.

a) „loquutus". — b) Ueber „esset". — c) „ci" für „ti" — d) „profiscisc-" — e) „e" für „æ". — f) „gess-".

[1]) Vgl. IV, Brief 468.

IV 214.

1015.

Albert von Salis[1]) an Vadian.

Davos. 1538. Juni 30.

Bitte um seine Beihilfe in Familien- und Geldangelegenheiten.

Min früntlich grütz und alles gůtz zůvor bereyt nach höchstem flyß und vermogen. Günstiger, herzlieber burgermeyster, ich han min sons schriben und meynung wol verstanden, und er gros lob und danck von üch und vom üwer brůder sayt und wie ir ghulfen hand, as ar (!) sin eygne vatter werend gsin. Des ich mit höchstem flyß und begeren danck, und wo ich könt und möcht, tag und nacht wet ich alzyt umb üch werdienen(!); und wenn sant Martis tag kond, so wil ich üch ein gůtz fesly musckottel schicken. Und drum, lieber herr burgermeyster, wil ich üch aber ein mal zum höchsten gbötten han, ir wellend helffen, das juncker Jocob und juncker Ambrosy zeme kömend und ein mal zhuß fayl bütend, das ich wüsse, ob mar (!) etwas darvon werde oder nit; den juncker Jacob hat gůt warte; er zyehet alle jar sin zins vom huß inne; den er frogte wenig,

ob ma zhuß werkouffte (!) oder nit. Drum wil ich üch zum höchsten gbeten han und gib üch volle gwallt, ir wellend so wol thůn, und mit juncker Jacob und mit juncker Ambrosy eins werden und inne dschuldt ze koufen geben, kokeb (!), was mar ußi wurdy. Es wer als zgwin; den ich wust wol, das ich ein verlorne schulda han (!) im hat. Und wer er selbs Sebastian Appenzeller zů mer komen und mich gbeten het, so het doch ich noch wol gwartet, bis im etwas ein glück angangen wer. Drum ist er so stoltz gsin, und hat nit welle zů mer innen, so han ich ouch welle um das min lüge, das ichs nit gar verlier. Drum wil ich üch gbeten han, ir wellind helffe und min sonn Růdolf, das er abfercket werde; kokeb, was im werde darvon, das er eim moge kon. Und wellend ir helfe, as üwer eygne sach were, das im zum minste a klein gelt werde, das er noch nit vergebe grite sye. Und was ir darvon mochtend bringen, das sis jetz nit gar wetends gen, so lond inne zil ein halb jar oder minder oder me; aber thůnt so wol und helfend, das im jetz a klein gelt darvon werde; den ein ander mal, wo ich könd und möcht, so wet ich üwer williger diener sin. Und jetz nüt anderst kan ich me schriben; den redend mit üwer brůder, ob er helfe wet; den ich han im sinn, ich well dis winter zwayhundert som win ußi schicken und öch etwa a hundert som kesten und das er mars helffte vertryben. Nüt anderst kan ich für jetzmals me schriben, den got spar üch ally im huß gesund etc. Datum zů Domas (!), am 30. tag Iunius, anno 1538.

Üwer williger diener *Albert von Salis*, etc.

Dem frommen, fürsichtigen, ersamen und wysen herr burgermeyster von Watt, burger zů Sant Gallen, minem gůten fründ und günner zů handen etc.

Zů Sant Gallen.

[1]) Von *Albrecht von Salis* ist nur dieser eine Brief in unserer Sammlung vorhanden.

1016.

IV 215.

Ammann Hans Vogler[1]) an Vadian.

Richenwiler (Reichenweier). 1538. Juli 7.

Der Verkauf seiner Güter zu Altstätten an das Spital. Vadians Haltung an dem Tag in Zürich. Politische und Privat-Nachrichten.

Min gantz früntlich dienst, was ich vermocht, wäry ich schuldig üch und üwern kindern. Min her, wissen unsser wolstandt, welchs mich von üwer hus hertzlich erfrewty zů vernemen. Erstlich hab ich aber pitt

an üch. Wolff Raitner hat vormals mitt üch gerett; wirt abermals mitt üch reden dess spittals halb, darin ich doch nitt beger, dann das dem spital in kunftig ziten wol ansten soll; dann ich glob warlich, ligt och am tag, das ich dem spital mine gůther zů Altstetten dermaß geben hett vor ziten: wann ers genomen, er sölty dess um thusent gulden disse stund genossen und mer losen. Doch so was die sach noch ruw. (!) Pitt üch abermals, inn, och mich zů bedencken.

Demnach bin ich disse mess zů Strasburg gewest; hab vor och jetz üwer bysin zu Zurych uff der convocation thrüwlich vernomen von allen, das ir uß gottes gnad die anfechtungen und hochstrāssy, so uns vor oft übel erschossen, vyl brechen haben helffen, dann wir ein pirgisch, heltz[a], stoltz, onerfar(en) volck sind der merthail und nit ansechen, das uns vyl fürsten und hern so wol mainen.

Uß Brunschwig acht ich wol haben ir vor alle ding, das der kung uß Tenmarck in Schmalkladischen (!) punt genomen. Item der kung uß Engeland drin begert; aber nochmals nit beschechen, ursach, das etlich den kaiser nit gern erzürnen. Ougspurg, sagt man.

Item küng Franckrich och darin begert; ime aber abgeschlagen. In stilly hat er och, sagt man mir, etlich gelt gen Strasburg ligen wellen, aber nit begert.

Item der Pfaltzgraff hat ein aignen predicanten by im, und etlich der sinen hat er erlopt, einen zů nemen, der wib und kinder hat, das er doch vor übel geschochen. Er hat ein dirnen by im, die hat das evangel(i)um und etlich prediger lieb. Alsso hat gott geschirr.

Item m(in) g(nädiger) fürst und her ist in Wirtemberg bim brůder. Disser min fürst hat warlich vyl yffer gottes. Er thript sin folck; der herr geb im merung.

Item her Hans Vogler, och M. G. F. cantzler sind by mir gewest. Last üch früntlich grůssen.

Maister Erasmus ist gen Zurych mit gnädigem urlob; M. G. H. hat ein andren, thuren, an sin statt.

Nemends für gůt und zürnen nit, das ich üch nit mer schrib; denn ich hab nit wil oder potschaft.

Wellend mir früntlich grussen vos, uxorem, puer et virgo. Demnach all hern und gsellen, b(urgermeister) Ransperg, Schayenwyler, Othmar Ferwer, Herman, Othmar, Nellen; fürnämlich och Am-

brosin Eigen et omnes socium, och jung Othmar, min gfater und üwer schwöster, och burgermeister Schlumpfen. Sind dem heren, unserm got befolt. Fragen an Wolff Raitner, so ir mir schriben weln, wer botschaft zů mir well. Actum zů Rychenwyler, yn yl, uff den 7. tag Iulii, anno 38.

David und Bartholome voran.

Ü(wer) w(illiger) *Johann Vogler*, schaffner zů *Rychenwyler*.

Wellend mir aim ersamen rath min underthänig dienst ansagen. Wil ir gůthat, wils gott, nimer vergessen.

Dem hochgelertthenn, erngeachttenn Joachim von Wadtt, doctor unnd burgermeister der statt zů Sanntt Gallen, minem gepiethennden herrenn.

a) Könnte auch „holtz" (= hölzern?) gelesen werden.

1) Vgl. oben, Brief 666.

1017. XI 38.

Jakob Bedrotus[1]) an Vadian.

(Auf der Fahrt von Lindau nach Fussach.) 1538. Juli 13.

Badereise nach Pfävers. Zustände in Strassburg. Tod des älteren Grafen von Hanau. Rückreise über Lindau.

S. D. Cum tardius ob ventum nonnihil adversum navis progrederetur Lindavio ad Fůssachum et forte fortuna adverterem, quendam in navi esse, qui Sangallum transiret, hasce tumultuarias atque adeo in navi scriptas ad te dare libuit, non tam ut fallerem tædium[a)], quam ut declararem argumento quali(c)unque meum erga te studium, qui tibi multis nominibus debere me plurimum fateor. Hęsi Lindavii, biduum pharmaco purgatorio me ad thermas Pfefers iussu medici pręparans. Hodie itaque, hoc est Sabbato, lacum traiicio, recta per Rhuccantios Fabarium profecturus. Nisi vero mihi Argentoratum esset ob certas causas properandum, te adiissem, securus itineris longioris. Apud nos, ne nescias, recte satis habent omnia. Pestis nulla vestigia supersunt; dysenteria grassatur magno et decrepitorum et infantum incommodo, mediæ et iustæ ætatis homines non tollit. Schola nova optimis auspiciis instituta procedit feliciter, auctore[b)] pręcipue Ioanne Sturmio, professore, de cuius eruditione gustum capere potes vel ex responsione ad consilium cardinalium, quam te legisse non dubito. Vir est ad docendas optimas disciplinas natus et factus. Ceterum quam rationem secuti simus hac in re, brevi intelliges ex libello, quem de instituendis scholis edet noster

Sturmius. Bucerus satis commode valeret, si ab insanis istis occupationibus nonnihil sibi temperaret. Verum quia semel ecclesiæ se totum consecravit, istius rationibus curandis immori destinavit, puppis et prora non tantum nostræ ecclesiæ, sed et aliarum, utcunque pleræque id minus agnoscant. Cum abirem, agebat animam filiolus ipsius, nondum duos menses natus. Sed et doctor Froschius maximo vitæ periculo laborabat, tum podagra, tum dysenteria; quem virum si fata[c] inviderint nostræ reipublicæ, ægerrime[a] similem reperiemus. Episcopus plus negotii nostris facessit modo[d] quam unquam antehac, adeo ut verear, patientiam nostrorum toties lęsam furorem tandem fieri. Comes ab Hanaw senior reliquit superos. De filio quid exspectandum[e] sit, nescio. Hoc tamen scio, nullam adhuc dedisse hunc significationem animi erga rempublicam Argentinensem æquioris. Ecce vero tibi litus[f] appellimus[g]; litteras igitur extendere non licuit. Ad Iacobi rursus ero Lindavii, quod ideo tibi indicare volui, ut, si quid amicis scribere velis, eo ad Thomam pastorem litteras mittere possis. In concordia tuenda quam diligenter plerique sint, forsan ipse nosti. Sed hi malo aliquando et suo et ecclesiarum discent, quam dedecuerit ipsos, adeo indulgere affectibus. Det dominus, ut aliquando non tantum et animo et verbis omnes testemur nos concordiæ vere studiosos. Tu, mi pręceptor ac domine in Christo observande, fac, quod facis, et hasce in navi vacillante scriptas boni consule. Ad Isenach proficiscuntur legati protestantium; ex Gallia redeunt milites. 13. Iulii.

Iacobus Bedrotus.

D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, domino et amico suo incomparabili. Sant Gallen.

a) „e" für „æ". — b) „autore". — c) Folgt „nobis" gestrichen. — d) Folgt „nostris" wiederholt. — e) „exp-". — f) „littus". — g) „appelimus".

¹) Vgl. IV, Brief 471, wo der vorstehende Brief übersehen wurde. — Das Jahresdatum ergibt sich aus der Erwähnung der 1538 eingerichteten Sturm'schen Schule in Strassburg und des am 15. Mai 1538 erfolgten Todes des älteren Grafen (Philipp III.) von Hanau.

IV 216a. 1018.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1538. Juli 23.

Hindernisse der projectierten Zusammenkunft mit Georg Beli. Politische Nachrichten. Ein Brief des Antonius Stuppa in Paris an Comander und Blasius.

Gratiam[a] et vitæ innocentiam a domino. Binas accepi literas a te, honorande vir: unas iam dudum scriptas, sed postremo[b] redditas per Seba-

stianum, scribam; alteras, quæ de negotio Belino sonant. Placet mihi, ut Curiæ conveniatis propter Gregorium Karolum, affinem vestrum; nam commodum puto, ut pręsto sit. Sed diem certum assignare non audeo, duabus causis. Prima: Gregorius pręfecturæ suæ adesse cogitur propter imminens bellum, quod Hispani quidam milites in Insubria palantes minantur, et irruptionem in Volturenam nostram timuimus nonnihil. Sed dum hoc malum iam deferbere inciperet, aliud ortum est (hęc secunda causa), Georgium Belum attingens; nam ille cum quibusdam sociis sui similibus insignia Austriana ac Cæsareana in Davas campanili impicta delevit altera die post pentecosten[c]. Fama illa ad Oenipontem illico pervolavit. Mittunt literas crebras, festinas et supra modum minaces, ut illi captivi teneantur et diris modis puniantur a tribus Fœderibus; quodsi animadversionem negligant, exspectent[d] extrema[e] mala. Sunt ad hoc coacti milites 6000 in regione Athesina, et iam hac ipsa hora, qua hęc scriberem, venit nuntius eques citissimus, sollicitans per literas, ut pergant et citissime in illos animadvertant. Unde in dubio stamus, quidnam hęc portendant mali, nec de his, quę tua Humanitas petit, nunc quidquam statui potest, quum duo illi iam negotiis implicati præ[f] omnibus aliis. Hæ turbæ quam primum sedatæ fuerint, certiora scribam. — De Venetis nihil certi habemus. Aiunt, Turcam sese recepisse ad sua nec quemquam nunc impetere. Niceæ factæ sunt indutiæ[a] ad decennium inter monarchas. Harum capita non dubito quin melius noverit tua Reverentia quam nos. Sed placuit, hisce literis hunc appendicem addere. Quidam ex nostris, Lutetiæ[a] agens causa studii, literas ad nos dedit in hanc formam: Anthonius Stuppa Ioanni Comandro et Blasio salutem dicit plurimam, nactus argumentum scribendi, quod vobis non ingratum putavi, mihi vero turpe futurum, si non scriberem: nempe quod rex cum suis Anglis tantum in evangelio Christi profecit, ut totum suum regnum Anglię vel suo sumptu Anglicis Bibliis refertum esse cupiat. In cuius rei testimonium nos et calcographum, cui negotium typis excudendi nescio quot Bibliorum millia datum est, novimus et correctores Anglicę linguę a rege missos huc vidimus, viros Græce[f] pariter et Latine doctos. Sunt præterea vobis significandæ[f] indutiæ[a] inter regem et Cæsarem factæ ad triennium vel (ut nonnulli volunt) ad decennium, cum Sabaudię dux cum christianissimo rege ducatum permutasse pro ducatu Borbonii, qui intra Galliam Narbone(n)sem et Bethicam situs est, feratur. In

colloquium convenerunt papa et rex Nissæ, quæ[f] urbs est maritima ducis Allobrogum. Ubi cum papa regi in vitium verteret, quod cum Anglis et nonnullis aliis populis (faceret), qui iam ab ipsius fide defecerunt, canes sæpius[f] appellitando, respondit rex: non debere mirari, quod canes circum se haberet et aleret; id ideo se facere, ne a circumvagantibus lupis ipse cum popello suo devoretur. Valete. Ex nostro museolo Parrhisiaco, Kalendis[g] Iulii 1538. — Hæc[f] libuit de verbo ad verbum assuere. Tu boni consule, quod aures tuas his obtundo et fortassis mansuetudine tua[h] nimium abutor. Vale, vir egregie[i]. Ex Rhaetorum[f] Curia, 23. Iulii, 1538.

Tuus totus *Ioannes Comander*.

Præstantissimo doctissimoque viro ac domino domino D. Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli, domino ac amico observando.

a) „ci" für „ti". — b) „ę" für „e". — c) „penthe-". — d) „exp-". — e) „extrema". — f) „e" für „æ". — g) „Cal-". — h) „tuam". — i) „-gię".

¹) Vgl. IV, Brief 468.

IV 216 b

1019.

Martin Frecht[1]) an Vadian.

Ulm. 1538. Juli 24.

Empfehlung des Überbringers, eines jungen Engländers von vornehmer Geburt. Freude über den glücklichen Abschluss der Einigung. Als deren Gegner nennt er Sebastian Franck und Kaspar Schwenkfeld. Bevorstehender Tag der Evangelischen in Eisenach. Streit zwischen dem Kurfürsten von Sachsen und dem Bischof von Mainz. Schmähungen Luthers auf letzteren. Ankauf der Grafschaft Kirchberg durch Ulm und der Grafschaft Burgau durch Augsburg.

Salutem in domino. Vadiane doctor et consul clarissime, quando iste iuvenis Anglus, nobilis genere et virtute, Tigurum repetiturus istac[a] transiturus erat, nolui hunc meis literis vacuum ad t(uam) D(ignitatem) dimittere. Quare pro eximia tua humanitate hoc rude meum scriptum benigne accipere velis. Gratulor inprimis ego vestris ecclesiis et politiis istum felicem[b] concordię successum, quem diligenter post Bucerum nostrum Bullingerus, vir optimus et doctissimus, ad me perscripsit, speroque illos etiam istuc, quod Lutherus rescribet, suo tempore nobis communicaturos et ineffabili gaudio atque pia voluptate perfusuros nos, qui opus habemus contra plerosque pæne[c] mastigas[d] certis et firmis testificationibus, quibus et nostram fidem et constantiam in domino declaremus omnibus pacis amatoribus. Neque enim desunt nobis hic, si diis placet, pneumatici homines, cane angueque peius odientes hanc sanctam concor-

diam, e quorum numero videntur præcipui[c] esse impurus ille Sebastianus Franck et quidam nobilis Chaspar Schwenckfeldius cum asseclis suis. Sed ne inferorum portę quidem adversus hanc concordiam prævalebunt[c]; tantum abest, ut illi prævaleant[c]. Francus aliquandiu hic ut civis vixit; sed certa est spes, illum brevi ius civitatis utpote proscribendum perditurum. Schwenckfeldius ut hospes hic versatus est, qui nunc abest; et solet ille perpetuo iactare se nostrum in ecclesia ministerium non impedire, sed promovere. Quam vero vere istuc iactitet, spero brevi diem revelaturum. Iam arbitror, T. D. ignotum non esse, ordines evangelicos hisce diebus in Isenaco Turingię comitia habituros, ad quę noster senatus suos etiam legatos ablegavit. In istis tractanda ignoro. Satan per suos ministros non cessat negotium[e] facessere evangelicis principibus et urbibus. Habet elector Saxo cum episcopo Moguntino super quibusdam iuribus in Hala Saxonię dissidium. Hoc vereor, ne sit Lutherus exasperaturus suo quodam scripto nunc nuper edito, in quo ita severissime tractat episcopum, ut severius meo iudicio[f] non potuerit. Vocat enim in illa scheda Wittenbergę impressa Lutherus Moguntinum episcopum scribam Hallensem et, verbo sit venia, merdosum episcopum, virum falsum et mendacem, cuius nequitias ipse Lutherus per prosopopœiam Stephani et Mauritii, tutelarium deorum ecclesiarum Madenburgensis et Halberstadensis, propediem toti orbi manifestare velit. Quo vero ista severitas sit evasura, dies docebit. Ceterum[g] senatus noster fertur emisse comitatum Kurchbergensem (!), quem Fuccherus nunc possidet, sicut et Augustani coemisse feruntur comitatum Burgow. Audio autem quibusdam condicionibus[f] emptum, quas timeo esse non adeo leves. Fuckerus aliquot annos restantes habet, a quorum effluxu nostri in possessionem venient. Utinam autem ita Christi regni, ut huius caduci mundi pomeria[h], proferantur! Novi præterea[c] tua D. dignum nihil novi. Per dei gratiam et publice et privatim hic bene vivimus; utinam digne evangelio Christi! Hęc satis ruditer licuit perscribere Dignitati tuę, quam Christus reipublicę tuę et ecclesię diu servet incolumem. Ea bene valeat, cui commendatus esse cupio pariter et ecclesię Sangallensis fidelibus Christi servis. Raptim. Ulmę, 24. Iulii 1538.

T. D. *Martinus Frechtus* observans.

Clarissimo doctori et consuli Sangallensi D. Ioachimo Vadiano, domino suo observandissimo.

a) isthac". — b) „fœl-". — c) „e" für „æ". — d) „y" für „i". — e) „c" für „t". — f) „t" für „c". — g) „cęt-". — h) „œ" für „e".

1) Vgl. oben, Brief 971.

IV 217.

1020.

Oswald Myconius[1]) an Vadian.

Basel. 1538. August 22.

Er bittet Vadian, sich auch ferner um die Einigung und um die Beilegung der Misstimmung zwischen den Zürchern und Strassburgern zu bemühen. Die Antwort Luthers und die Erklärung Bucers. Brief des Rhellicanus an Grynæus. Aufzählung von Büchern, nach denen Vadian gefragt hat.

S. Sollicitudinem sanctam istam de negotio[a)] concordię et de fratribus Argentinensibus vehementer amplectimur. Quęsumus autem per dominum, ut maneat semper; nam tu unus es, qui tua pręstantia et auctoritate[b)] valebis prohibere, ne simultatis novum exordium prorepat ulterius. Nos, Grynęus, inquam, et ego, iampridem interposueramus nostram operam, si quid malarum suspicionum e Tigurinis possemus de Bucero tollere; sed illud effecimus, ut ego prius amicitiam[a)] aliquorum perdiderim, quam illud reddiderimus effectum. Tu maior es, quam ut idem possit accidere; diligentiam igitur hactenus pręstitam per Christum rogo adaugeas, ne postrema primis reddantur infeliciora. Lutheri responsum nihil nos offendit; pręscivimus ex his, quę data sunt, tale futurum. Mirati sumus tamen, quę scripta dicat etiamnum sese offendere, et adhuc miramur. Scio, quod declaratio semper illi displicuit; quamvis enim diceret confessio, carnem et sanguinem domini in s(ancta) cena[c)] sumi, sustulit apud ipsum id tamen expositio et nuda signa reliquit, Christum ipsum totum non repręsentantia, nisi per fidelem contemplationem; quod quidem ille putat esse contra manifesta verba domini. Dum simpliciter confitemur, utrinque consentimus; mox, dum expositionem adiicimus, dilabimur. Quod adtinet ad fidem Argentinensium, adeo me nihil movet, ut mirer, quid sit, quod nos sic trahat in diversa iudicia. Quid enim sentit Lutherus de sacramentorum virtute, quod non palam exposuerit Bucerus! Statuere dixit perpetuo, quod verba elementis iuncta promittunt, atque id vere quidem; fide autem, quę statuta sunt, recipi. Hinc sequi, Christum in cena[c)] pręsentem esse et sumi, qualitercunque id fiat; nam Lutherum hoc tribuere domini omnipotentię. Quamobrem in proxima synodo, dum Bullingerus noster sic colligeret: «Christus est in uno loco, ergo non

est in cena[c] nisi effective; sedet in dextera patris, ergo in cena[c] per virtutem suam adest», — et adiungeret: «Nonne sic res habet?» respondebat Bucerus: «Verum, sed non satis, quia Christus dicit: hoc est corpus meum etc.». Hęc dico, non ut velim persuadere, sed ut demonstrem, quam illorum fides sit apud me integra. Adhuc nihil aliud ex illis audio, quam hanc: corpus Christi in cena[c] manducatur a fidelibus, esse ratam Luthero; quod enim adiungit in libello articulorum dimittendo Mantuam, si fuisset concilium: et ab infidelibus sumi, iamdudum exposuit Bucerus, in prima nempe declaratione Wittenbergensium articulorum. Offertur enim æque malis, quod dominus instituit, et sumitur etiam, sed non editur. Et si quando dicuntur etiam edere, edere pro sumere accipitur. Non igitur video, unde vel tantillum suspicionis de bonis illis viris queat apud me suboriri. Quid est ergo, virorum clarissime, quod oculos illorum facit tam claros, meos autem tam hebetes[d]? Ego non video, quod vident illi. Arbitror, immo[e] iurare sanctissime ausim, sincerissime[f] hactenus Bucerum et Capitonem egisse; tametsi, ut apud te libere dicam, Tiguri sint mihi visi timidius agere (diceret alius fortasse cautius) et aliquid concessisse, quod ego per me ipsum nunquam concessissem, nisi revocatis quibusdam, quę inter contendendum pinguius exciderant, ut ex quibus, quę postea sunt data, non obscure poterat intelligi, non fore ad palatum Lutheri. Hęc in sinum fidelissimum tuum. Atqui pluribus nugor apud te, qui ad talia non habes aures adsuetas. Quę commisisti, pro viribus egi. Dimisi hoc ipso die literas Argentinam, nec ego solus, sed una D. Grynęus, quem res mirifice perturbat, et eo magis, quod Rhellicanus his diebus ad eum scripsit de negotio[a] eodem adeo stupide, ut Argentinensibus nescio quod imperium in alienas ecclesias adscribere sit ausus, civitates quasdam Helvetię a Tigurinis, Bielensibus et Scaphusianis excludere, nos item adeo miseros esse notare, ut fucum et dolum non intelligamus. Charitate deficimus, domine mi; nam hęc non ita iudicat de fratribus. Equidem oro et obsecro te per dominum nostrum Iesum Christum, ne desinas hac in re auctoritate[b], qua vales, uti fortiter et constanter; nam hęc una spes, quę me iamdum sustinet, reliqua est. Quę superioribus literis pie commiseras de Scaphusianis, dum iam transegissem, scribit Bullingerus ad Grynęum, civitates omnes consensisse atque ideo, quę statuta erant et iam commissa scribæ. deleta sunt. — Libri, de quibus rogasti, sunt D. Ambrosius, opera Erasmi

in tomos digesta, Aristotelis opera omnia Latine et Græce, Tertullianus emendatus, Phavorini lexicon magnum, Gręcum totum, opera Pogii, Ludovici Vivis de anima libri tres, eiusdem de femina[g] christiana instituenda libri tres, Ptolemęi σύνταξις μεγάλη et in eundem Theonis commentaria, mirabile opus, Hippocrates[h] Gręce et Latine, similiter Aegineta emendatus a Torino Vitudurensi, et minuta quam plurima, de quibus arbitror te curare nihil. Ceterum[i] ut redeam, cave pro tua prudentia et auctoritate[b], ne per nostras ineptias scissi papistis occasionem demus illudendi magis evangelio, et quorundam ingenia et mores diligentius contemplator. Novi enim, qui specie bona multos hactenus fefellerunt. Ita fiet enim, ut non sis huc vel illuc inclinaturus usque ad perfectam veritatis rerum cognitionem; interea vero confecturus, quę ad integram concordiam recte pertinebunt. Vale per Christum cum uxore et liberis, Furtmüllero et fratribus reliquis. Basileę, 22. Augusti, anno 38. *Osvaldus Myconius* tuus.

Clarissimo prudentissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, domino perquam venerando suo.

a) „c" für „t". — b) „auth-". — c) „cœna". — d) „hęb-". — e) „imo". — f) „syne-". — g) „fœm-". — h) „Hipo-". — i) „cęt-".

1) Vgl. I, Brief 105.

IV 218.

1021.

Wolfgang Capito[1]) an Vadian.

Strassburg. 1538. August 26 (20?).

Er führt Klage über die misstrauische und unfreundliche Haltung der Zürcher in Sachen der Einigung und ihren unbegründeten Argwohn gegen Luther.

S. Fratres Tigurini tumultuantur ob literas Lutheri, quas nos putamus amicissime scriptas esse. Quid enim aliud potuisset homo ecclesiis plurimis prępositus? Verba eius haec[a)] sunt: «Dann ob ich etlich noch verdechtig hielte, uß irem schriben beweget, so hab ichs dem D. Bucero alles angezaiget. Dann so vil ich imer vertragen kan, will ich sie fur gut halten.» Quid est, quod suspicionem abalienati animi præ se fert? Contra, quo quidam in Lutherum animo, disputatio Tigurina satis declaravit, in qua tributum est Luthero, quod ille non sentit et nos diversum toties testati sumus de iudicio hominis et voluntate in universum. Lutherus non improbat Basiliensem confessionem, nisi ea aliud occultum celet, quod ex natura sermonis non intelligatur. Verum nostri articulos Witen-

bergenses pro piis atque cum confessione sua ferendis quam cautim, quam ægre agnoscunt! Accessit Basileç prolixa declaratio. Scriptum est plurimis exceptionibus, tanquam causa profana ex formula procuratorum ageretur; neque id satis, quin inquieti homines pleraque ia(m)num (?) sugillant[b] et a capite contentionem instaurant. Audivisti coram, quam strenue et prolixe actum, non posse ullo pacto concordiam constare inter nos et Lutherum, repetitis primis scriptis, ubi dimicatio adhuc fervebat æstu recentis læsionis, quæ mutua pugnantibus intercesserat. Dilemmate hoc ad nos quidam utitur: «Ubi sensus Lutheri, quem Tiguri fratres Argentinenses testificantur et nos probavimus? Si sentit ille de cena[c], quod Bucerus et Capito, quid quçritis? sin aliud sentit, cur isti suas cogitationes pro sententia Lutheri nobis obtruserunt?» Quid hic cogitandum, quam ut orem dominum, ne nos inducat in tentationem? Nam deus novit, quod planissime omnia exposuimus. Meministi dialogismi inter Tigurinos et Bucerum, quem abolendum decreverunt; nos maluissemus, ut in acta relatus ad posteros etiam transmitteretur.

Ex quo uno planissime liquet, quid de sensu Lutheri asseveremus. Ad ultimum per scribam ad caput causa renovata est: ut utrinque iterum accederemus ad confessionem Basiliensem, cum nostra actio huc urgebat, eandem esse et Lutheri, et pro iure ecclesiç ac necessistudine Christianorum, qui unum corpus esse debent, efflagitabamus, ut articulos Witenbergenses cum declaratione Buceri agnoscerent non pugnare cum sua confessione, aut causam ederent, cur secus ipsis videretur. Quç hçc calamitas, quç abalienatio a corpore Christi membrorum, ut tot millia non dico hominum, sed ecclesiarum non merentur, ut fratres eorum sententiam propius cognoscant et de veritate testimonium ferant! Tamen ita discessum est, ut illi vellent sua plane comprobata videri; sed aliorum sententiam sua indignam consideratione[d] existimabant, cum eam considerandam[d] recipere nullo pacto sustinuerint. Huc mihi ista repetuntur, quo mecum recognoscas, quam gravi tentatione laboretur. Suspicio est et suorum placitorum nimius amor, quibus malis vinculum ecclesiarum dissolvere student, non sincerum[d] studium pietatis. Tantum itineris et tot sumptus frustra nobis alioqui occupatis perierunt, et prçsentes suffugiunt amicam collationem. Absit, ut Turcç cedam suam fidem mecum quiete collaturo; quin avidius illi occurram, quam me ad colloquium provocare possit. Ea veri fiducia[e] et studium amplificandi Christi! Gaudeo vero,

tuam prudentiam, vir ornatissime, coram omnia audivisse, qui vidisti nostram patientiam et fidem. Nunc ad amici argumentum. Miror, si est, quod uspiam offendat, cur non ad nos id scribatur; nam quid Luthero suspicionis superesse queat, id ipse suis literis testatur Bucero totum se concredidisse. Alia dexteritas est inter civiles homines, quam inter nos, qui pœnitentię pręcones profitemur Si quis de mea fide in se dubitaret et ostenderet, a quo causam eius suspicionis adversus me possem perdiscere, quid prohiberet, quominus id ab eo cognoscerem, si quidem iuvaret cognosceret? At illi in angulis mussitant, se et alios inani suspicione implent, donec ulcus tandem rumpetur, quod fore valde timeo. Vis autem tu scire, mi domine ac patrone, quid sit illud, quod Lutherus suspicari queat? Dicam: primum privatę quorundam literę ad Witenbergam volarunt, parum amice aut etiam apposite ad confessionem sentientes. Deinde nostrorum scripta virtutem verbi et ministerii naturamque fidei non ita explanant, atque ædificatio[f] fidei requireret. In aliis enim rebus libentius occupantur, et quod unum esset agendum, id obiter attingunt. Neque sane ego velim onerare meam conscientiam cum stulta illa philosophia de absentia Christi in uno loco circumscriptivo, qui scio, hominem exaltatum a resurrectione propter coniunctionem verbi in unam individuam personam, servato etiam corporis malo, alium habere statum, quam vel Aristotelis ingenium assequatur. Neque deum et Christum aliter intelligo et pręsentem habeo, quam per verbum, quo se mihi sistit credenti in ipsum et ministros eius. Sunt ingenia quędam avida ad contentionem perpetuandem atque ad posteros cum multorum malo transmittendam, quibus oro ut dominus aperiat, quanto in discrimine versentur. Bucerus ait, se apologiam concordię tandem scripturum esse, si otium[g] sibi sumeret et faceret. Possent optimi fratres facile statuere, an eodem filo orsus telę huius pertextus sit necne. Utinam fratres Tigurini studium suum ad miseram ecclesiam converterent, quę nobis contendentibus velut sine pastore est! Ignoscat Christus nostrę vanitati, qui centesimam ovem amissam iuxta illius pręceptum non inquirimus, sed studemus interim existimationi nostrę. Est enim quidam, qui suis literis testatur, se vereri, ne Lutherus triumphet de nobis, quasi vir dei hoc speret. Decem aureos libenter numerarem, etsi re sum valde tenui, ut uno die coram tibi Lutherum audire contingeret. Diceres, hominem ab ambitione tam vana esse alienissimum. Perge igitur, quod facis, iratos animos

mitigare, donec dominus nos orantes respexerit. Hęc imbecilli valetudine et occupatus ad te, virum animo meo unice suspiciendum. Tu boni consule et nos, ut hactenus, tuos esse tibi persuadeas. Tibi autem uni scripsi sine iudicio et secure, quia ad integerrimum atque certissimum amicum, cuius prudentia ad ędificationem, satis scio, omnia convertet. Vale. Argentinæ[1], 26.[b] Augusti, anno 1538.

V(uolfgangus) Capito tuus.

Ornatissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi prudentissimo perinde atque doctissimo amico sibi unice suspiciendo.

a) „e" für „æ". — b) „sugg-". — c) „cœna" — d) „y" für „i". — e) „t" für „c". — f) „e" für „æ". — g) „c" für „t". — h) Oder „20"?

1) Vgl. IV, Brief 513.

1022. IV 221.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1538. September 12.

Die Zusammenkunft mit Georg Beli.

Gratiam et vitæ innocentiam a domino. Literas Humanitatis tuæ 14. Kalendas Decembres[a] datas accepi, colendissime Vadiane. Turbas, quas commoverat Belus, sedatæ sunt usque ad proxima comitia. Conveni hominem nuper. Ex ipso me[b] sciscitari conabar, quem diem ad conveniendum statuerem; at me dubium reliquit. Postea a Gregorio Karolo audivi, ipsum sedere Alvi Novi in thermis; sed domicilium rursus habet Davasii. Quam primum ipsum habuero obvium, expiscari ex ipso tentabo tempus et modum vel locum. Ex Insubria vel ex tota Italia nihil habemus novi; sed Mathias vester plura fortassis novit, ex Mediolano Ianuam veniens. Vale, vir eximie. Ex Rhætica[c] Curia, pridie Idus Septembres 1538.

Tibi deditus *Ioannes Comander.*

Clarissimo doctissimoque viro domino D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, domino amicoque suo primario.

a) Doch wohl für „Septembres" verschrieben? — b) Für „ipsomet" verschrieben?? — c) „e" für „æ".

1) Vgl. IV, Brief 468.

IV 222. 1023.

Oswald Myconius[1]) an Vadian.

Basel. 1538. September 12.

Er hat im Auftrage Vadians nach Strassburg geschrieben, worauf Vadian von Bucer Antwort und 2 Büchlein erhalten. Er missbilligt den Argwohn der Zürcher gegen Luther. Die Schrift Luthers gegen den Bischof von Mainz. Das Abendmahl in beiderlei Gestalt und die Priesterehe. Verhandlungen mit dem Stadtschreiber (Ryhiner). Grynæus.

S. Quæ ex superioribus literis erant Argentinam tuo rogatu scribenda, scripsi diligenter. Quid responderint, vel ideo non opus esse puto recenseam, quod Bucerus nobis hortantibus ipse Amplitudini tuæ longissima responderit epistola, cui quidem addidit libellos duos: commentarium Lutheri in ps(almos) LI et CXXX, quo certe doctius et magis pium nihil vidi unquam; deinde opusculum Sturmii de ludis literariis instituendis. Vix diligentius quicquam hactenus ea de re scriptum credo. Nam haec omnia ego ipse dimisi nudius tertius ad Bullingerum, ut ad te diligentia, qua solitus est, curaret perferri. Quæ proximis nunc literis accipio, protinus ab initio sic placent, ut magis placere non possint; non est enim adfectibus in negotiis[a] divinis agendum, sed charitate; hac etenim si caruerimus, periimus; nec aliter sunt abiiciendę contentiones, quæ quondam utrinque sunt profusæ. Agimus enim nunc de negotio[a] divino pro animo præsenti. Ad hunc igitur respiciendum et fides habenda est vicissim, ni velimus, quod deus aliquando nos corripiat non misericorditer. De Tigurinis fratribus et eorum offensione tempus est brevius, quam ut exacte quid scribere valeam. Illud tamen durum videtur, quod inter alia dicunt: ne quis urgeat obtrudatque, quod recipi non possit sine iactura veritatis. Ex capite videntur hæc esse leonino. Quis per dominum tale quid unquam a nobis petiit? Veritas verbi fide simplici adprehendendi[b] proposita nobis est hactenus, non autem ut illam deseramus. Quale igitur sit, quod dicunt, nescio. Desinant suspiciones, et desinet istud verbum absque dubio. Quicquid ab illis datum est, et a nobis datum. Iam vero nos nihil offendimur a scripto Lutheri, illi offenduntur. Quid subesse putabimus causæ, nisi quod adfectus illos turbant, nos non item? Atque hoc est, quod nuper monui, ut interposita auctoritate[c] tua sanctissima curares, si qua ratione possent oculi illorum reddi purgatiores in negotio[a] concordię. Docet præterea Lutherus nos loqui, sicut Christus locutus[d] est et patres, hos sequi certissimum existimans et maxime securum et conscientiis firmandis accommodum; id quod nos quidem negare

non possumus. Si hic stetissent quidam promissis in primo conventu, iam non esset concertatio. Ego, stultus fortassis, putaram penitus[e] agendum, prout conventum erat. Et quid inde? Qualibuscunque verbis antea sint usi, quibus ego successi, neminem scio, qui offendatur, nisi ex rabulis quidam et catabaptistarum discipulis sint, qui prius didicerant nuda signa porrigi in cena[e] mystica. Verum et hos docuimus privatim, ut nunc sint, nisi dissimulent, maxime contenti. Hęc, virorum sanctissime, apud te sic effundo, animo profecto simplici, ut videas, quidnam quosdam in tam pestifera contentione retineat. Libellum et ego audivi scriptum a Luthero contra episcopum Moguntinum. Verum eundem viri docti et pii sic tuentur, ut dicant, illum ad defensionem Christi sui læsi tam atrociter et tam longo tempore ferme frigere. Contra hunc igitur agit, qualiter contra papam, non putans aliter agere debere defensorem, immo[f] instauratorem regni Christi. Novi nunc tandem Lutheri animum; non fert aut ferre potest, si quis domini magnitudinem verbo seu facto conatur imminuere. Rumor est autem, Moguntinum et nescio quem alium episcopum legationem misisse Romam ad hos duos articulos impetrandos, ut liberum permittatur uti utraque specie in cena[e] et matrimonium sacerdotibus concedatur. Ex Turingia, Augusta, Friburgo per nobiles viros huc perlata sunt illa. Georgium, Saxonum ducem, aiunt iidem, suis parochis matrimonium concessisse. Hæc obiter. Conveni mox post literas tuas lectas scribam; dixi nomine tuo salutem et exposui, quæ in mandatis dedisti. Narravit omnia, illud adiiciens, se senatui nostro omnia sic explicavisse, ut nihil desit amplius, tum etiam negotium[a] commendasse atque illum recepisse, ut persuasum habeat, quod in ipso sit, rem feliciter eventuram. Agam deinceps quoque cum consule diligenter. D. Grynęus iampridem paravit librum, Ptolemęum una cum Theone ad te dimittendum. Hactenus defuerunt, qui ferrent. Missurus est postquam redierit Froschoërus ex nundinis. Duxit idem uxorem, quod bene vertat. Vale cum tuis felicissime et age patronum concordię propter Christum et sponsam Christi, ecclesiam. Resalutant te consul, scriba, Grynęus amicissime. Basileæ, 12. Septembris, anno 38.

Osvaldus Myconius, clientulus.

D. Ioachimo Vadiano, viro undecunque doctissimo, consuli Sangallensi prudentissimo, domino suo semper colendo.

a) „c" für „t". — b) „adpręh-". — c) „auth-". — d) „loquut-" — e) „æ" für „e". — f) „imo".

1) Vgl. I, Brief 105.

IV 293. 1024.

Ulrich Brätel[1]) an Vadian.

Stuttgart. 1538. September 27.

Als ehemaliger Schüler Vadians in Wien berichtet er über seine jetzige Stellung bei Herzog Ulrich von Würtemberg und übersendet Vadian eine kleine Composition mit der Bitte, dass ihm Vadian zum Andenken sein Büchlein über die Zusammenkunft der Könige senden möge.

Erwürdiger hochgelerter lieber herr, wann ewer E(rwirde) in glückhlicher wolfart, frisch unnd gesund wern, das solle mir alle zeit hoche freudt gepern. E. herr, nachdem ich vor 23 oder 24 jarn alß ain junger studennt zů Wienn sambt aim componisten seelig, Ludovicus Haydenhaimer genannt, auch Wentzeslao Philomatis, disen zwayen musicis, vil zů ewer Erwirdin collationweiß gewanndelt, auch unther E. E. zucht und joch tanquam rectori et præceptori meo gewesen; alß ich aber nachermalß kunig unnd furstenn der music nach gedienet, auch mit den selben nun lange zeit her vil verre lanndt pauen müessen, ich mich der music und composicion gar anhengig gemacht; also das ich yetzo seit der einkunfft m(eines) g(nädigen) h(erren) hertzog Ulrichs von Wirtemberg bey iren f(ürstlichen) g(naden) ain unverstendiger secretarius im consistorio neben dem setzen mich dienstlich enthallte. Und dieweil ich ain gelegenliche potschafft zů E. E. vorhanden gehabtt, ich alter kundschafft und der ertzaigten trew willen mich nit enthallten mögen, sonnder ain klain gesenglin meiner arbait E. E. uß schuldiger pflicht mittailen sollen und wellen, welhes ich E. E. hiemit zůsende, vleissig bithennde, solhes von mir gonstiger wolmaynung zů empfahen, alte geübte music mit disem newen stuckhlin widerum zů erfrischen, biß merers volget, auch mit mir vergueth nemen. Unnd wo es E. E. möglich, wollt ich geren noch zů gedechtnuß von E. E. das libell und büechlin, so E. E. de conventione[b)] regum, wie die zů Wienn obbestimbter zeit nach eingeritten, beschriben hath, haben; denn ich es sonnst nindert mer bekommen khan[c)]. Hierauff mein hochvleissig bith an E. E. gelannget: wo ir mir unther ains helffen mögen, ir wellen mich E. E. bevolh*en* sein lassen, auch sollich mein hertz und gmüeth zum trewlichisten gegen E. E. vernemen, mit wunschung aller glückhseligkaith. Datum Stůtgart, den XXVII. Septembris, anno etc. XXXVIII.

E. Erwurden williger diener *Hůldrichus Brätellius*[b)],
componista, auch wirtembergisch*en* eegerichts secretarius.

Dem erwürdigen und hochgelerten herrn doctor Joachim von Watt, burgermaisster zů S. Gallen in der aidgnoschafft, minem gonstigen herrn und fürderer zů hannden.

a) „rectori et" am Rande nachgetragen. — b) „c" für „t". — c) Würde an sich eher „Drät-" gelesen. – Für den Umlaut „ü", für übergeschriebenes „e" und für blosses u-Zeichen sind fast immer gleiche Haken verwendet.

1) Von dem Contrapunctisten *Ulrich Brätel* findet sich in unserer Sammlung nur dieser eine Brief vor. — 2) Es handelt sich offenbar um die «Oratio coram invictissimo Sigismundo, rege Poloniæ, in conventu Cæsaris et trium regum. Viennæ 1515».

1025. IV 227.

Johannes Oporin[1]) an Vadian.

(Basel.) 1538. November 12.

Die Pest in Basel. Übersendung von Büchern durch Grynæus und Oporin. Bitte, einen beigeschlossenen Brief durch St. Galler Kaufleute nach Bologna an einen Studierenden zu senden, der für Oporin Bücher von dort zu besorgen pflegt.

S. Si bene vales, doctissime Vadiane, est, quod tuo nostrumque omnium nomine valde gratulemur mutuo. Nos ita valemus hic, ut quolibet momento dominum ad se vocaturum nos exspectemus[a]), adeo incerta hic valetudine agitamur, adeo inclementer sævire in multos cœpit pestis. Verum hoc ex aliis potius intelliges. Missurus eram ad te Aristotelis opera, nuper a nobis Latine excusa omnia, si reperire potuissem, qui ferret; nam cui Ptolemæum[b]) hunc, quem Grynæus noster mittit, commisimus, gravare se maiore sarcina non potuit. Mittemus igitur, nacti commodum aliquem baiulum. Huic addemus etiam libellum Lodovici Vivis de anima et vita, doctissimum illum quidem lectuque dignissimum, quo non mediocriter puto oblectabere; quem enim nuper misi, non arbitror te accepisse, postquam nihil interea ad nos scripsisti. Iam vero quod ad te scribo, causa potissimum est, quod literas tuis inclusas per mercatores quosdam vestros tua opera mitti Bononiam cupio. Est enim illic studiosus quispiam, cui literę inscriptę sunt, qui curare ad nos optimos quosque libros iam aliquoties solet, isque se per vestros, qui Bononiæ agunt, longe optime curaturum est pollicitus vel ad te ipsum etiam missurum, per quem deinde mitti huc possint. Oro te igitur et obtestor, mi Vadiane, orat etiam D. Grynæus noster, ut ea in re nos iuvare velis. Nos vicissim operam tibi nostram omnem offerimus atque pollicemur. Vale, clarissime vir et Helvetiæ nostrę singulare ornamentum. 12. Novembris 1538. Tuus ex animo *Ioannes Oporinus*.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensium prudentissimo atque optimo, domino observandissimo suo. Sangalli.

a) „exp-". – b) „e" für „æ".

1) Vgl. oben, Brief 943.

IV 231. 1026.

Freiherr Georg von Hewen[1]) an Vadian.

(Tuttlingen.) 1538. November 30.

Jakob Grübel wird zur Behandlung der schwebenden Anstände nach St. Gallen kommen.

Min frünttlich unnd gůttwillig dinst sig euch zůfor. Lieber her doctor vonn Watt, ich gib euch frünttlicher mainung zů fernemenn, das ich deß willennß bin geweßenn, hinuff zů rittenn uff Sanntt Gallenn zů, unnd aber iettzmall gescheff fürgefallenn sind, das ich vonn m(inem) g(nädigen) h(ern) unnd heren herttzog Ulrich zů Wirttenberg iettzmall nitt abkomen kain zů dißer zitt. Uff solichs hab ich ewerm fetternn Jacob Grübell allen hanndell monttlich befolhen, mitt ewern ratt und hilff als hanndlen mitt Ludin Bettzen unnd jung Krista Fridboltt unnd mitt dem Knüpffell, der mir roß gelichen hatt. Unnd waiß fon notten ist, dem wellenn globenn gebenn unnd euch frünttlich gegenn mir bewißenn. Das will ich umb euch frünttlich verdinen, unnd als bald ich hinuff kom, will ich als lutter unnd zůfridenn stellenn. Hiemitt euch liebs unnd frünttlichen willenn zů erzaigen, bin ich ganttz gnagt (!). Dattum denn 30. tag Nofembris, anno 1538 etc.

Lieber her, ich pit üch, ir wellen minem vertruwen nach fruntlichen handlen. Nüwe ziettung ist hie by unß nit sonder, wie den ir von Grübel vernemen werden. Pit üch, so ir ettwas nüws in wisen hetten, mich och berichten. Das wil ich umb üch verdienen.

Fryher *G(eorg) von Hewen.*

Dem hochgelertten heren doctor Jochim vonn Watt, bürgermaister zů Sanntt Gallenn, minem lieben unnd gůtten fründ etc.

[1]) Vgl. oben, Brief 868. — Nur der zweite, kleinere Absatz des Briefs ist von dem Herrn *von Hewen* selbst geschrieben; der erste grössere von *Jakob Grübel.*

IV 232. 1027.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1538. December 5.

Er dankt Vadian für das Interesse an seinem Wohlergehen und berichtet von seinem Wohlbefinden, da die Pest vornehmlich jüngere Leute befalle. Er beklagt die argwöhnische Zurückhaltung der Zürcher gegen die Strassburger.

S. Te cum tuis bene valere, vir ornatissime, ex animo gaudemus. Quod vero tantopere nostrę causa salutis torqueris, immensi tui est erga

nos studii. Scias igitur, omnes nos, quos et quotquot inprimis valere tam anxie cupis, per dei gratiam adhuc incolumes esse, licet pestis interim grassetur. Iuventuti tamen præcipue[a] est immitis; ex adultis non admodum plures, quod ego sciam, hactenus invasit. Ex ordine senatorio duos abripuit nobis viros pios et bonos, tibi tamen, ut puto, ignotos. Domino Myconio, Grynæo[a], consuli etc. tuam pro nobis sollicitudinem[b] indicavi. Gratiam habent omnes tuę Humanitati et te suo nomine officiosissime salutari iusserunt. Alia præterea[a], quę scribam, inpræsentiarum[a] non habeo, nisi hoc unum, quod vellemus Tigurinos et alios quosdam, quos nosti, ad concordiam in re eucharistię esse propensiores et fratribus Argentinensibus ęquiores, quam videntur. Fratres omnes rogo, ut pro tua humanitate meo nomine salutes, quorum precibus et charitati cupimus esse quam commendatissimi. Vale et tu cum tuis et vive in Christo feliciter[c], vir observande. Basileę, V. Decembris, anno XXXVIII.

Marcus Bersius tuus.

Incomparabili viro D. doctori Ioachimo Vadiano, Santogallensi consuli dignissimo, domino suo inprimis observando.

a) „e" für „æ". — b) „solic-". — c) „fœl-".

[1]) Vgl. IV, Brief 508.

1028. IV 233.

Oswald Myconius[1]) an Vadian.

Basel. 1538. December 5.

Er ist voll Unruhe für die angestrebte Einigung der Kirche, namentlich im Hinblick auf die hartnäckige Haltung der Zürcher. Die Antwort Bucers auf eine Anfrage über die Lehre vom Abendmahl. Er bittet Vadian, in seinem Bemühen für die Aussöhnung der Streitenden fortzufahren.

S. Concordia cœpta non desinit me sollicitare, donec ad finem perducta fuerit felicem, quod videam, sine illa non constare ecclesiam Christi. Cum autem Tigurinorum animus talis sit, ut cedere de suo nesciat, immo[a] non possit, consilia subinde quęro, si, quod desidero, pro voto cadat aliquando. Nuper e doctis quidam adortus me quęrebat, an Bucerus ferre posset hanc: Christus in cena[b] carnaliter editur? Equidem ut pro aliis non libenter respondeo, ita quęstio erat horribilior, quam ut vel meo nomine pluribus responderem, quamvis non tacerem prorsus. Dixi inter alia: Scribam ad Bucerum, ut ex ore eius tibi satisfaciam. Scripsi. Respondit ille ad hunc modum, illa se non usurpare: Christi corpus editur

carnaliter, sed disputasse aliquando de intellectu Lutheri, dum usus sit his vocibus, Christum vere percipi et edi, cum corporaliter et carnaliter editur sacramentum; sicut Ioannes dicitur vidisse spiritum sanctum corporaliter, cum signum tantum eius viderit corporaliter. Subdit: Ad Christum in se nostrum «edere» non pertingere, semper docuit; sed communicationem idiomatum hic esse propter sacramentalem unionem, contendit. Postrema hęc, si recte intueor, videntur aliquid valere posse apud Tigurinos, si commode per aliquem, cui est auctoritas[c], ipsis proponerentur. Nam quid aliud dicit aut docet Lutherus, quam Christum, dum in se non editur, edi sic, ut Tigurini ferre queant? videlicet per fidem, ut ea potest edere Christum ad cibandam animam salubriter. Tu, qui potes pro singulari magnitudine tua quicquid volueris apud illos, si Lutheri mentem animis eorum infunderes, quid putas et quantam rem confectam? Q(uæstio): Proponunt adversarii contemptibilissime, quid causę sit, cur[d] sacramentarii pacem quęrant cum Luthero? et respondent: aliter non possunt canere cum gaudio: Hi in curribus et hi in equis, nos autem in nomine domini invocabimus[2]). Quare autem, inquiunt, non possunt coire in concordiam? R(esponsio): Deus non vult aliquid eis novi instituere, verum taliter ipsos retinere, qualiter patres, quorum doctrinam sequuntur, ut, cuius exsequuntur[e] cultum, eius sentiant et effectum. Qui legit, intelligat. Tali contemptu nos habent propter discordiam nostram; et profecto pluris sunt eiusmodi illusiones ad destruendam veritatem, quam omnes omnium papistarum serię disputationes. His non debebamus ansam dare, sed id agere, quod decet spiritum Christi. Quęso igitur tuam Amplitudinem, virorum maxime, ne conatum, quo usus es hactenus, laxare velis, sed intendere magis ac magis, ut quietem accipiat aliquando ecclesia circa dogmata. Si dein dominus persecutori[f] voluerit aliquid (ut timendum) contra nos permittere, nos careamus morsu recte et iuste punitorum. Fac, obsecro, quod te decet et quod præ ceteris[g] potes. Bucerus nondum rediit ex Saxonia. Vale cum tuis et fratribus symmystis[h] in domino. Basileę, 5. Decembris, anno 38.

Oswaldus Myconius, tibi devotus.

D. Ioachimo Vadiano, viro undecunque doctissimo prętantissimoque, consuli Sangallensi dignissimo, in domino percolendo suo.

a) „imo". — b) „cœna". — c) „author-". — d) „quur". — e) „exe-". — f) „persequut-". — g) „cęt-". — h) „symmistis".

1) Vgl. I, Brief 105. — 2) Psalm 19. 8.

1029. IV 234.

Ammann Hans Vogler[1]) an Vadian.

Richenwiler (Reichenweier). 1538. December 19.

Politische Nachrichten und Persönliches.

Min gantz frünttlich, willing dienst. Hochgelerter min herr und günner, wist unsser wolstandt, welch(en) wir von üch, üwer husfrowen und kindern von gott wünschend. Ich weiß üch nichtz zů schribenn. Der statt Minster halber sol der bischoff in grosser gfar sin. Item es sol der hertzog von Brunschwig knecht annemen, die sag ouch etlich fürsten. Mer zů Mentz haben etlich burger einen thumhern oder graffen erschlagen, einen wundt; wie man sagt, wol beschult. Man fersicht sich krieg; Herodes, Annas firen nit. Win und kern ist theur hie. Ich wünsch mich oft zů üch. Es ist umsunst. Wellend uns erstlich grůssen[a]) üwer lieben husfrowen, die mich in der warheit alzit früntlichen in minem ellend emphangen, das wil ich nit vergessen; dessglich üwer lieben tochter; sagend, ich hab ir ein man, wen ich komen; — och die maget, sonders och burgermeister Schlumpfen, Ambrosin, her Othmar Färwern, Schayenwyler, Herman, Othmar jung und alt, sonders üwer schwöster, David, Bartholome, den Nellen, daby alle brůder. Üch dem lieben gott befolt in sinenn ewigen schirm. Schriben mir wider. Actum zů Rychenwyler im Elsaß, uff den 19. tag Decembris, a. 38.

Ü(wer) w(illiger) *Johann Vogler*, schaffner zů *Rychenwyler*.

Dem hochgelertben, eerngeachten Joachim von Wadt, doctor und burgermeister der statt Sant Gallen, minem gepiethenden liebenn hernn.

a) „grüssen" irrtümlich wiederholt.

1) Vgl. oben, Brief 666.

1030. IV 237

Mathias (Oswalt)[1]) an Vadian.

(Wil.) 1538.

Übersendung von Medicinalien.

Mein gehormßan (!) und undertemig (!) willig dienst. Wirdiger und hochgelertter mein her doctür und lieber gefatter, heymit schick ich ewer Wirden electurum de suco rosarum ℥ II, mer pulvis diaturbit lax. ℥ II. Das hab auff 2. tag Mertz also freisch gemach(t). Ist seyn dosüs ʒ I pro una vice, das dyaturbit com prubarbera hat nit mügen in diees eyl so bald

gemach(t) werden. Ader (!) auff Zintag zůkunfftig[a] wil ich es ewer Erwirde schicken freysch und gůt etc., und den tax, waß ytliches cost. Domit got in langwiriger gesunthait pefullen. Adi 1538.

Mathis zu *Will.*

Dem wirdigen und hochgelertten heren doctur Jachaim von Wat, burgermaister zu S. G(allen), meinem lieben heren gefattere zů antwur(t)en.

a) „zw" mit übergesetztem Punkt.

1) Vgl. oben, Brief 769.

Staats-A. Zürich. E. II. 342. 101

1031.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1539. Januar 1.

Tod von Zwinglis Witwe. Politische Nachrichten aus Frankreich. Bucer wird in Strassburg zurückerwartet. Unruhiger Winter. Politische Nachrichten aus Basel und sonstige. Gedrückte Stimmung. Finanzangelegenheiten.

Gratiam et vitæ innocentiam a Domino. Recte valemus hic omnes. Deo gratia, nisi quod Zvinglii uxor ad aliquot septimanas graviter decubuit, tandem hisce diebus mirum quam feliciter migravit ad dominum. Scribunt ex Gallia boni viri, Cæsarem ad ver futurum transiturum Gallias in Germaniam Inferiorem, ducem Aurelianensem ducturum filiam Cæsaris et dominum futurum Mediolani, archiepiscopum Rotomagensem non ita pridem factum cardinalem[a], ut iam sint in Gallia cardinales numero 12. In Hispania similiter aget, ut omnes sibi devinciat. Filio suo dedit uxorem Florentinam viduam. — Bedrottus ad me 14. Decembris scribit: «Exspectamus[b] D. Bucerum in dies, qui ad Luterum et Cattorum principem ante mensem profectus est.» – Decem proximis annis nullam hiemem[c] fuisse putant ista magis inquietam; adeo enim passim agitantur consilia ac pra(c)ticę, in Lutheranos eruptura ad ver. Hodie quidem audio, in pago Ingwyler sub dicione[d] comitum a Bittsch conscribi militem ab iis imperatoribus, qui hactenus a Bavaro acceperunt pensiones annuas. Discursare sane incipiunt Cares. Quid futurum sit, dominus novit. Protasis fabulæ displicet. Iuliacensi ob Gelriam valde minantur Cæsareani. Ille vero, suorum fide et potentia fretus, nil metuit. Cum Lotharingio transiget forte; nam is nescio quid iuris ad Gelriam sibi vendicat. A Basilea scribit Myconius: «Myndenses pfapfi[e] petierunt nuper a camera Spirensi, ut dent sibi executores[f]

banni episcopos Coloniensem, Treverensem, Monasteriensem, Myndensem, ducem Brunschwicensem, Georgium Schenck, vicarium Cæsaris in Phrysia. Rumor deinde est, Ferdinandum, Polonum et Vaywodam Ung(ariæ) conventuros Viennæ, alibi Cæsarem, Gallum et papam, ut serio tractent de opprimendis Lutheranis. Anabaptistæ in Inferiore Germania regem excitarant iterum; sed prehensus[g] et capite truncatus dicitur.[1] Vide, mi Vadiane, quibus auspiciis[h] hic annus ingrediatur. Quid futurum sit, coniicere potes. Ego nihil omnino mihi, immo nobis metuo; solam ingratitudinem nostram metuo. Mori non est miserum; opprimi autem veritatem, idque propter merita nostra, et iugum Antichristi in colla nepotum, immo[i] liberorum nostrorum revocari, id demum longe miserrimum est. Dominus misereatur nostri et parcat nobis propter gloriam nominis sui. Vale, et si quid habes, communica, sicut fecisti hactenus.

Mitt dem h(errn) propst Brenwald hab ich der 10 gl. halb geredt den Urielen zů ververtigen. Der hat sinen son Hansen Jacoben zů der Rublin, die siner schwester dochter, gesand(t) zů höuschen. Hat sy geantwurt, sy hab nüt verheissen ze gäben, die kind zů ziehen, sunder wenn der knaben einer erwachs, ein stür an ein handtwerch ze lernen zů gäben. Darzů sye ietzund nitt in iro vermugen, ützid baar ze gäben. Die antwurt hat mir der propst, der mir auch die ersten, die ich üch zůschreib, ggäben. Da bin ich dero übel zůfriden xin und hab vermeindt, es sye ein uffzug, damitt hernach nüt uß der sach werde. Uff das hat der propst also mitt mir abgeredt: biß uff Galli werde iro yngon. Da sye er gůter hoffnung er wölle vermögen, das sy biß dann die 10 gl. leg. Darzů wil ich min flissigen dienst ouch nitt spaaren; wiewol mir ietzund bas gefallen hätt, sy hätte es ietzund gäben, damitt sy ouch dann ghein ynzüg thäte. Odi huiusmodi beneficia. Ich kan im aber nitt thůn. Wie man mir angipt, also schryb ich. Gott wölt, es were besser. Salutabis mihi fratres contionatores[k] et iuva hos, ne ludus aleæ et chartarum vincat et erumpat. Die unsern habends erst ernstlich abgestellt und straffend aber alle, die so gespillt etc. 1. Ianuarii 1539.

H(einricus) Bull(ingerus) tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, domino suo colendissimo.

a) „carpi-". — b) „exp-". — c) „hyem-". — d) „t" für „c". — e) Oder „pfaffi"? — f) „exequt-". — g) „præh-". — h) „t" für „c". — i) „imo". — k) „conc-".

[1]) Vgl. oben, Brief 730.

B 51.

1032.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1539. Januar 6.

Ueber die Berechtigung der Ehescheidung von Aussätzigen.

Gratiam et pacem a deo patre per Christum. Statueram semel atque iterum, præstantissime vir, de ea re ad te scribere, quam tu a me postulaveras et ego pollicitus eram. Verum hucusque distuli, partim occupationibus me alio distrahentibus, partim, quod super hac re, quid senatus noster statueret atque decerneret, exspectarem[a)], ut te simul utriusque redderem certiorem. Quandoquidem autem ea, quæ in deliberatione a nobis volutata, senatus consulto nondum sunt firmata — etiam[b)] quod cunctatores quidam sunt omnibus in rebus, tum quod maximæ quædam quottidie incidunt causæ, quibus hæ cedere (?) coguntur — scribam tibi, quæ de divortio leprosorum non nobis videntur, sed spiritui scripturæ et fidei analogice conformia, quod cuncti, qui contentiosi non sunt, facile deprehendent. Venit aliquando in quæstionem, quum iuxta leges nostras sanos a leprosis per divortium separaremus, qui fieret, ut præter seu (ut quidam aiebant) contra Christi expressam sententiam super hac re matrimonia dissiparemus; etenim Christus (sic loquuntur, qui litteram urgent) solam fornicationem causam permisit repudii. Coacti igitur fuimus, horum vel ignorantiam vel contentionem collatione scripturarum et fidei regula compescere. Quæ igitur a doctissimo et puri iudicii homine Hulderico Zvinglio super hac re disserta et disputata sunt, quantum adhuc teneo et quantum ruditate stili adsequi possum, hisce litteris tibi significabo.

Qui docent, Christum solam fornicationem excepisse[c)], ignorant Ebræorum[d)] morem, qui fere summam rei brevibus quibusdam verbis proponunt ac leviter attingunt. Huius rei exempla innumera sunt. Pauca depromemus. Quum Matheus Iohannis prædicationem dicit hanc fuisse: «O viperarum progenies, quis vobis etc.»[2]), quis non videt, Matheum quasi per epitomen summam tantum prædicationis Iohannis attigisse? Aut quomodo tam dure eos potuit alloqui, quibus non prius peccata ac impietates suas ob oculos posuerit? Sed postquam nihil eos movit divina præcursoris admonitio, nimirum tam vehementibus et minacibus verbis in eos detonat. Vehementiam ergo ac constantiam inflexibilem prophetæ ac evangelistæ Matheus indicare volens, satis putat, si summam præ-

dicationis ostendat, ex quibus cetera[e] facile colligi possint. Ad hunc modum Christus, quum in eam quæstionem incidisset: num ob quamvis levem causam uxorem repudiare liceret? respondit: ob fornicationem repudium fieri posse; ceterum[e], qui ex alia causa uxorem repudiaret et alteram duceret, adulterum esse. Hanc ergo litteram si quis pertinaciter urgere velit, ob nullam causam licere viro repudiare uxorem, nihil aliud faciet, quam is, qui Iohannem aut Christum nihil docuisse, quam quod litteris proditum est ab evangelistis, contenderit. Sed absit contentio, absit adfectus carnis, ut non solum litteram, sed et spiritum audiamus. Christus, sciens duritiam et perfidiam Iudęorum, qui ob quamvis levem causam matrimonia dirimere ausi essent, nimirum in hoc gentes secuti[f] (nam legimus in historiis, hunc morem Romanis fuisse, ut ob quamlibet levem causam aut maculam uxorem eiicerent), voluit eorum audaciam compescere, ad quæstionem nimirum eorum apte respondens, non licere ob quamvis causam dimittere uxorem, sed dumtaxat ob graves et intolerabiles[g]. Ex quibus exempli vice unam dumtaxat adducit, nempe adulterium aut stuprum; non quod hanc solam intelligere velit, ceteras[e] omnes excludere; sed ex infinitis aut multis unam suffecisse putans, alias aut pares aut graviores iudicio eorum relinquens. Nam quis omnes causas diserte in tam incertis casibus exprimeret? Simile quiddam habemus Deuteronomii 19., ubi Moses, differentiam inter homicidium voluntarium et involuntarium ostendere volens, sic dicit: «Qui percusserit (proximum) suum nesciens et qui antea nullum odium contra eum habuisse comprobatur, sed abiisse cum eo simpliciter in silvam ad ligna cędenda[h], et in succisione lignorum securis elabatur e manu ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit et occiderit, hic ad unam etc.» Hactenus verba legis. Vide, ut Moses involuntarium homicidium aut casuale, quod vocant, definiat: si quis in silvam cędendorum lignorum gratia cum amico perrexerit et ferrum elapsum eum tetigerit præter illius voluntatem, qui ferrum manu tenebat. Si quis iam contentiosus ex verbis legis huius evincere conabitur, nihil esse involuntarium homicidium quam id, de quo hic fit mentio: quis hunc non insanire et cum ipsa ratione pugnare clamabit? An non est involuntarium, si quis, avem lapillo deiicere volens, inscius amicum interfecerit? An non est involuntarium, si quis, tigna super tectum adaptans, cadere sinit et prætereuntem occidit? Sed hic non in silvam ivit, non ferro percussit, de quo in lege fit mentio. Facessant igitur huius-

modi contentiones, et agnoscamus, Mosen hic ex innumeris unum exempli vice posuisse, ex quo cetera[e] quique per se colligere posset. Hoc et Christus ipse fecit Mathei 19., ostendens, matrimonia non posse dirimi, nisi ob fornicationem aut certe graviores causas, ob leves omnino non permittens. Quis autem sanę mentis non dicet veneficium gravius esse adulterio? Iam quis non mallet cohabitare mulieri adultęre quam veneficę? «An[3]) igitur æquum videtur» (hæc sunt verba doctissimi Erasmi in cap. 7. ad Corinthios, ne tantum virum sua laude fraudemus), «ut maritus cum uxore flagitiis operta, quibus neque causam dedit, nec mederi possit, cogatur vivere, cum qua vivere non sit vivere, aut, si divertat, compellatur, omnem ętatem orbus, destitutus ac velut eviratus degere? Sit æquum ei, qui divortio causam dedit, adimi ius matrimonii iterandi: cur is plectitur, qui nihil omnio est commeritus, nisi quod parum feliciter[i] duxit uxorem? At quis unquam audivit fortunam puniri, si absit culpa, præsertim lege divina? Quid est hoc aliud, quam adflicto addere adflictionem, cui subventum oportuit? Nam quod spuriis aut nothis ad quosdam honores et commoda interclusus est aditus, primum humanis legibus interclusus est, non evangelicis; deinde sic visum est ulcisci parentum intemperantiam; postremo non sic interclusus est, quin sua virtute possint fortunam sarcire; quanquam non omnino simile est, non admitti ad dignitates et per omnem vitam cruciari et nulla sua culpa tantis obiici periculis. Si facit adulteram, qui sine legitima[k] causa repudiat uxorem, non facit adulteram, qui vetat inire matrimonium, cum eo sit habitu corporis, ut castitas non sit exigenda? . . . Quodsi res palam pugnat cum æquitate naturali, videndum est, an secus interpretanda sunt, quæ super hac re leguntur in evangelicis et apostolicis litteris. Liceat enim hic, quod in aliis sacrę scripturæ locis facere non veremur. Excutiamus, quando, quibus, qua occasione dictum sit, et fortassis veram germanamque sententiam deprehendemus. . . . Christus[4]) non gravatur, ob unam oviculam lustratis omnibus obambulare, quam humeris reducat, et nos gravabimur experiri, si qua tam multis pereuntibus succurri possit, præsertim quum Christus salutis sit auctor[l] et humanæ leges non aliter valere debeant, nisi quatenus ad salutem conducunt hominum. . . . Scio[5]), receptissimum esse inter Christianos, ubi semel coiit matrimonium, nullo pacto posse dirimi, nisi morte alterius, atque hanc sententiam veterum episcoporum constitutionibus et decretalium legum auctoritate esse confirmatam. Ceterum[e] si

semper hoc bonis viris cordi fuit, opinionem in melius commutare et leges ceu pharmaca convenit ad morborum habitum ac rationem adcommodare, consideremus[m)], an hic expediat idem fieri; et si expedit, an liceat, ut matrimonia quædam dirimantur, non temere, sed gravibus de causis, neque per quoslibet, sed per ecclesiæ præfectos aut iudices legitimos[k)], et ita dirimantur, ut liberum sit utrique, cui velit iungi, aut alteri certe, qui divortio non dederit causam. . . . Primum[e)] enim hoc est apostolicę pietatis, omnium saluti, quoad licet, consulere et infirmis etiam ecclesiæ membris sua cura succurrere. Videmus autem tot milia hominum infelici[n)] coniugio sibi cohærere[o)] cum exitio utriusque, qui fortasse disiuncti servari possent.» Hactenus Erasmi, viri illius incomparabilis, sententiam ac disputationem, ut vocat, recensuimus, in qua mihi videtur non solum ęquitatem, sed et divini spiritus mentem considerasse[m)] et quasi in tabula depinxisse. Nec mihi visa sunt hæc a nostro proposito aliena (tametsi leprosorum non meminit), quum non solum causas indicat, quibus matrimonia convelli possint, sed etiam, cur utrique aut saltem alteri liceat redire ad matrimonium. Volui ergo tibi, vir doctissime, et hæc exscribere, ut videres, et Erasmum nobiscum sentire; multa tamen omisimus, quę illic habet et docta et fortia. Nostris ergo legibus ob graves quasdam causas non temere nec impie (ut puto) matrimonia dirimimus contracta, ei parti, quæ causam nullam dedit, ius facientes ad coniugium redeundi; melius enim est nubere quam uri, et ad vitandam fornicationem quisque suam habeat, quæque suum. Immo[p)] non solum innocenti hoc permittimus, sed et nocenti, sed tum, quum videmus pœnitentiam et prioris vitæ immutationem. Durum enim et iniquum videtur esse, ut ad castitatem cogatur, qui castitatem servare non sit aptus. Sed iam illis respondebimus, qui dicunt, nos ex veteri Testamento adduxisse, quo nostra confirmaremus. Primum discant hi, multa esse, quæ litteris evangelicis non sunt prodita, quorum interpretationem ac discussionem, si in controversiam inciderint, ex veteribus scripturis petendam infitiari[q)] non possunt. Nam ubi cavetur, ne quis cum uxore patris aut filia filiæ rem non habeat? Quomodo autem Paulus potuit excommunicare fornicarium 1. Cor. 5., si veterem legem reiecisset?

Evangelistę et apostoli non scripserunt annales, sed per compendium ea tantum annotarunt, quæ ad cognitionem Christi, ad vitæ innocentiam eis facere videbantur. Ceterum[e)] cuique genti suis legibus vivere

permiserunt. Quomodo matrimonium contrahatur, quomodo coniunctum dirimatur, non scripserunt; nam hoc ad iudices nimirum pertinere arbitrati sunt. Nihil ergo ab evangelistis requirat pius, quam Christi vitam et mortem, deinde exemplar vitæ, quam prætulit. Nam quis petet ab evangelistis, qua pœna plectendi sint fures? Docuerunt, non esse furendum; quibus pœnis digni sunt (!), iudices sciunt. Hęc forte verbosius et obscurius, quam par erat, vir doctissime, scripsimus. Tuum erit, omnia candide interpretari; nam non fuit otium ista relegendi; quare et characteri[r] et stilo parce. Hæc infelicitas[n] mihi peculiaris est, ut non possim multa paucis complecti. Mitto tibi deinde hisce inclusis annotationes doctissimi viri Martini Buzeri, quas in evangelium Mathei conscripsit, in quibus et docte et copiose de leprosorum divortio disserit. Tu lege et mihi, dum integrum erit, remitte; nam exscribendi tempus omnino non habui. Tu vale, optime vir, et me ad omnia ut tuo utere. Iterum vale cum omnibus piis. Ex Tiguro, 6. Ianuarii 1539. *Leo Jud* tuus.

(Adresse fehlt.)

a) „exp-". — b) „ętiam". — c) „excœp-". — d) „Ebreorum". — e) „cęt-". — f) „sequuti". g) „intolle-". — h) „ced-". — i) „fœl-". — k) „legitt-". — l) „author". m) „consyd-". — n) „infœl-". o) „cober-". — p) „imo". — q) „c" für „t". — r) „car-".

1) Vgl. III., Brief 370. — Das gleiche Thema behandelt der Brief Leo Juds von 1. Dec. 1537; Nr. 978. — 2) Matth. III. 9. — 3) Gesamtausgabe der Werke des Erasmus in 10 Bänden. fol., Leyden 1703—06, Tomus VI, col. 695. — 4) Ib. col. 696. — 5) Ib. col. 692. — 6) Ibid. col. 693.

IV 241. 1033.

Johannes Oporin[1]) an Vadian.

Basel. 1539. Januar 10.

Übersendung von neugedruckten Schriften mit der Bitte, die Sendung nach Bologna zu besorgen. Die Scholien des Grynæus zum Briefe an die Römer. Die in Basel herrschende Pest. Die unter der Presse befindlichen Schriften des Ludwig Vives. Frage nach der Neuauflage des Pomponius Mela und Solinus.

S. Merito mihi equidem maior esse debebat amicitia tua, doctissime Vadiane, quam ut ea ad rem adeo condicione[a]) tua inferiorem temere abuterer. Verum quia non apparebat commodior potiundi tandem aliquando voto nostro via, omnino arripere quamlibet occasionem oportuit, tua etiam humanitate potissimum, quam condicione[a]) maiorem quoque existimabamus, fretos. Itaque bene habet, quod tam facilem ac præstandæ fidei tam liberalem te præbes; pro quo sane gratias tibi ingentes agimus et referendis dari nobis a te occasionem etiam atque etiam cupimus

Mitto hic Aristotelem, quem petis, a nobis quidem partim, partim etiam aliis (quod per temporis brevitatem et quorundam insidias divisa ita in diversos opera uti necesse fuit), uno tamen, ut vides, corpore editum, pro quo, quanquam te missurum pretium[b] polliceris, nihil tamen peto, quippe qui, longe de me præclarius mereri poteris, si rem illam cum cive illo tuo apud Bononiensem bibliopolam probe, quantum in te fuerit, curaris; quod non dubito fecisse te, quæ tua est et erga nos benevolentia et apud tuos magno tuo merito gratia et auctoritas[c]. Mitto etiam libellum Vivis de anima, dignum sane illum, qui a doctissimis etiam legatur; quem etiam antea ad te per Tigurinos missum non recepisse te, non parum certe dolet; quanquam eum tamen esse et te puto et librum ipsum, ut nihil minus habiturum gratię etiam nunc, deposita novitatis specie, credam. De Grynæi nostri in epistolam ad Romanos scholiis nihil habeo certi, quod scribere ad te possim. Collegit quidem vir ille iam annis aliquot non parum multa; sed ea Sybillę foliis etiam turbatiora adhuc iacent hactenus, ut saepe mihi cum eo expostulandi materia suppetat, quod ad concinnanda tandem illa animum adiicere tamdiu differat. Quodsi accedant plures subinde hortatores tales, qualis es tu, qui maiore apud eum auctoritate[c] valeant, forte ad colligenda aliquando in ordinem illa adducere ipsum queant, id quod sæpe hactenus, frustra tamen suapte instituit. Nunc Hermogenis rhetorica nobis summa cum diligentia exponit, ut de pestis qualibet apud nos interim sævientis ac ultro citroque in vicinos quosque grassantis periculo vel cogitare nobis per illius diligentiam ac nostram in eo audiendo sedulitatem non vacarit. Remittere tamen ea iam nonnihil cœpit divina benignitate. Utinam non sub vernum tempus rursum invadat, remittente se aeris vigore illo hiberno[d]! Sed fiat voluntas domini, clementissimi patris nostri, quem pro nobis tu quoque ora. Excudimus nunc Lodovici Vivis De linguę Latinę exercitio dialogos aliquot, eiusdem in Vergilii Bucolica expositionem allegoricam, item Græcorum aliquot auctorum[d] de agricultura collectanea, in libris 20 comprehensa. Prodibit etiam, spero, non ita multo post commentarius[e] quidam in Ecclesiasten doctissimus Martini Cellarii, qui de operibus dei quondam libellum edidit; nunc vero apud nos aliquamdiu egit et nostrę sese ecclesiæ et eruditione et vita sua mire approbat. Eum, ubi excusus fuerit, ad te mittam. De Mela tuo quidnam consilii ceperis[f], miror, quod eum te aliquando recognitum denuo editurum iamdudum insti-

tuisse audio, quemadmodum et in Solinum collectanea quædam. Certe si id facias, non possis de studiosis præclarius mereri. Sed hæc in præsentia. Dabis autem veniam ineptiori huic cavillationi meæ, qua me nimis forte familiarem tibi, tanto viro tantisque alioqui rebus occupato, ingero atque obtrudo. Vale. Basileę, 10. Ianuarii 1539.

Ioannes Oporinus, tuus ex animo.

Salutem meo nomine dici velim *Ioanni Kesslero,* veteri amico.

Doctissimo et clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, Sangallensium consuli dignissimo et amico colendissimo suo. Sangalli.

a) „t" für „c". — b) „c" für „t". — c) „aut-". — d) „hyb-". — e) „coment-". — f) „cœp-".

1) Vgl. oben, Brief 943.

IV 245.

1034.

Arlen Arnold Peraxylus[1]) an Vadian.

Bologna. 1539. Januar 15.

Bitte, die Büchersendung an Johannes Oporin in Basel zu übermitteln, da er keinen Boten nach Basel, wohl aber nach St. Gallen gefunden habe. Voraus erstatteter Dank für die Güte Vadians.

Mirabere fortasse, præstantissime Vadiane, quid causæ sit, quod ad te, de facie mihi incognitum, scribo. Id me audere partim tui facit nominis celebritas, partim Ioannis Oporini, hominis mihi amicissimi, integritas, cuius amicitia cum iam satis pridem uterer familiariter, factum est, ut nuper, cum in Germania fuissem, aliquot mecum convecta ex Italia eidem communicaverim exemplaria receperimque, me facturum idem etiam in posterum Bononiam reversus. Atque id ipsum dum maxime cupio, qui Basileam proficiscatur, inveni neminem; qui vero Sangallum, commodus mihi oblatus fuit. Quod cum animadverterem, nolui hanc occasionem prætermittere. Et quod scirem D. Vadianum tot animi dotibus, et iis quidem insignibus, tum omnibus etiam exteris cognitum, tum apud suos amplissima honorum dignitate prędítum ac amoris tandem vinculo, quod cum omnibus tum probis, tum doctis habet, Oporino coniunctissimum: itaque ob hęc omnia minime veritus sum interpellare eum, quem audio et humanissimum et omnibus amicis maxime expositum, ut hanc sarcinam Oporino transmitteret, a quo vicissim, quicquid pro vectura numerandum erit, bona fide persolvetur. Habes causam scriptionis meæ, quare nec culpam mihi deprecandam puto. Quodsi ego tanti

viri causa, hoc est in gratiam doctissimi Vadiani, hic aliquid facere possim et fieri velis, cognosces mihi nec studium nec benevolentiam unquam defuisse. Bene valebis, ornatissime vir. Bononiæ, 15. Ianuarii 1539.

T(uæ) D(ominationis) deditissimus omnique observantia addictissimus

Arlenius Arnoldus Peraxylus.

Ornatissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, consuli meritissimo, domino meo honorando.

Apud Sangallum.

1) Von Arlen Arnold *Peraxylus*, Buchhändler in Bologna, finden sich in unserer Sammlung vier Briefe aus den Jahren 1539—1543, der letzte in Bremen aufbewahrt.

1035. Staats-A Zürich. E. II. 347. 158.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1539. Januar 21.

Entschuldigung, dass er auf einen neulichen Brief Vadians nicht geantwortet hat. Zahlung von 10 Gulden durch eine Witwe. Tag in Baden.

Gratiam et pacem. Rogo te, plurimum observande mi Vadiane, ne ęgre feras, quod ad nuperas tuas literas nihil responderim. Adolescens enim ad vesperam, cum iam nox appeteret adeoque iam tenebræ lucem pellerent, tuas dedit; mane ante 7 abivit. Interea neque cum præposito neque cum vidua quicquam colloqui datum est; itaque nihil ad tua respondere licuit. Nunc vero assensum viduæ tibi nuntio[a)]. Numerabit illa ad diem Galli aureos decem; ita enim manu propria scheda ad me scripta præpositus Brenwald attestatur. Id te lateret, nolui, ne forte fraudi esset pupillo, quem tibi commendo. Vale. Senatus, opinor, diem comitiorum Badensium dixit; nam Röystium monui. Plura nunc non possum. Die präß presset mich[b)]. Gratias ago tibi pro egregio carmine. 21. Ianuarii 1539.

H(einricus) Bullingerus tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, domino suo colendissimo.

a) „c" für „t". — b) Am Rande nachgetragen.

1) Vgl. oben, Brief 730.

IV 246.

1036.

Peter Kunz[1]) an Vadian.

Bern. 1539. Januar 27.

Er beruft sich auf ihren früheren Verkehr in Zürich und dankt für den Brief, in welchem Vadian von dem Laster der Päderastie handelt. Darüber sind auch die Meinungen Capito's und der Basler eingeholt worden. Er beklagt sich über die Anschläge der Gegner, mit denen er sich im Einigungshandel verfeindet hat, und empfiehlt sich und die Berner Kirche dem Wohlwollen Vadians.

S. Tanto igitur promptius parces deprecanti, vir clarissime, quod ingratitudinis meæ (me) apud te ultro adcuso, ut cui alias certe gratias debueram longe studiosissimas, non modo pro suavi illa consuetudine tua, qua me pridem Tiguri adeo benigniter es amplexatus incognitum, verum etiam quod pro rerum maximarum et horrendi et admodum rari exempli eventu tam promptam declarasti humanitatem. Reddita est ergo nobis epistola illa tua, vir omnium consultissime, de nefandi[a)] illius παιδεραστοῦ prodigioso nimis facinore, in qua caussam istiusmodi admiranda quadam expendis prudentia, ita nimirum attemperans consilium, ut ne quam iacturam hinc suscipiat iudicantis integritas, nec itidem quiritandum habeat stolida improvidæ iuventutis ætas, plecti se quidem rigidius, quam hic commeruerit facti simplicitas. Rogavimus insuper Capitonem, virum, inquam, summa iurisprudentia adornatum, quidnam illi opus facto videretur; idem et fratres Basilienses rescripsere; diligenter et solerter utrique, fusius autem Capito. Expensis ergo omnium vestrum utrinque consiliis visum est D. Sebastiano[2]), seni prudentissimo, consilium Vadiani singulari quadam clementia prudentiaque perstrictum, id quod etiam reliqui libenter sumus exosculati omnes. Dispectis ergo tantorum virorum iudiciis, methodicam inde quandam congessimus sententiam[b)], magnifico offerentes senatui, qui et rescriptum nostrum usquedum penes se habet reconditum, ignorantes quidem nos, quid inde acturi sint illi. Scripsissem pręterea ad Humanitatem tuam singillatim omnia, cum quæ Capito, tum quæ etiam comportarunt Basilienses, si vel præ adversæ valetudinis licuisset iniuria, sive etiam ob reipublicæ occupationem in varias sollicitudines[c)] iam anxie distracto. Scribam autem non multis posthac diebus ista ac alia quædam fusius ad Dignitatem tuam, si forte nugas meas tuo candore dignas existimavero. Sunt namque illa, quæ vehementius in istac[d)] tristi rerum Erinny[e)] pectus premunt conturbatissi-

mum, non quod Sathan quicquam contra habeat in adperto, quippe qui ad veritatis confessionem stamus infracti, in medio nihilominus fraternarum versantes insidiarum periculo. Perpetuam namque sustinemus invidiam ab iis, quibus nuper in concordiæ caussa iuxta concepti odii furorem non potuit succedere. Vetus namque adhuc ferrum in igne est, catechismos[f] videlicet, quem ut indigestum relambit Butzerus, idque pro communi ecclesiarum concordia. Istoc[d] igitur vulnus sub pectore alunt iugiter ii, qui pulchrum admodum esse putant, digito monstrari et dicier: hic est. Ad Tigurinos quidam ex nostris scribit frequenter, sed tamen furtim, cautius inhibens tabellionibus, ne resciat Conzenus. Id autem quo fiat candore, quant*a* dexteritate, suspicantes quidem ignoramus D. Sebastianus ac *ego*. Gratias autem agimus domino, qui nos in conscientia pura custodit ambulantes, exspectantes[g] aliquando iudicium eius. Commendamus autem et nos ecclesiasque nostras, immo[h] et Ch*risti,* precibus tuis, ad cuius dexteritatem spe magna erigimur ipsi, ut qui harum rerum Mercurius quidam hacten*us* semper exstitisti[i] æquissimus. Dominus te nobis servet incolumem. Vale in domino Iesu. Saluta nomine nostro N. Furttmul*lerum,* dilectum in domino. Bernæ, 27. Ianuarii, anno 39. Salultat te m(agister) Symon Sultzerus, tui studiosissimus.

Petrus Conzenus, ad vota tua paratissimus.

D. D. Ioachimo Vadiano, viro undequaque[k] clarissimo, preceptori suo observandissimo.

Zů Sant Gallen.

a) „nephandi". — b) „setent-". — c) „solic-". — d) „isthac, -hoc". — e) „-ni". — f) „-chysmos". — g) „exp-". — h) „imo". — i) „ext-". — k) „undiq-".

1) Von *Peter Kunz,* Prediger in Bern (gest. 1544), finden sich fünf Briefe in unserer Sammlung aus den Jahren 1539—1543. — 2) *Sebastian Meyer,* Prediger in Bern.

1037. IV 248

Sebastian Meyer[1]) an Vadian.

Bern. 1539. Januar 27.

Der Gruss, den ihm der Bote von St. Gallen überbracht, gibt ihm den Anlass, Vadian seine Sorgen und Bekümmernisse mitzuteilen, dass es immer noch zu keiner rechten Einigung kommen will, während doch die unselige Streitsucht den Gegnern Freude macht und das Ansehen ihrer Kirche herabsetzt. Vadian möge auch in Zukunft mithelfen, um den bösen Argwohn und Streit zu beseitigen.

Salve plurimum in domino, clarissime et eruditissime consul. Tabellarius vestrę urbis nos tuo nomine salutavit, unde mihi ansa præbita[a] est

semel ad tuam Humanitatem scribendi ac animi dolores in sinum tuum velut amici ac viri dei effundendi. Spes erat post colloquium proxime Tiguri habitum, concordiam ecclesiarum super sacrę eucharistię negotio pulchre admodum coituram. Verum, ut video, non sinit hoc Sathan ille malignus, qui utique callet, quam nihil magis deceat vere Christianos, quam ut idem de Christo domino, de fidei articulis ac sacris symbolis sentiant eaque omnia ad sanum germanumque intellectum spiritus ipsius et scripturarum, atque id quam magnifice et auguste; contra vero quam nihil magis eosdem Christianos dedeceat ac suo, hoc est sathanico ingenio similes efficiat, quam proprium sensum sequi, dissentire, rixari ac perpetuo contendere. Et sumus plerique adeo stupidi, ut, vel videntes et experti et id cum pudefactione, adde et cum ingenti damno, videre nolimus, a Sathana nobis imponi, immo[b] agitari nos, quo nullum tandem contentionum vel modum vel finem faciendi in animum inducamus. Videntur mihi profecto fratres Tigurini, viri alioqui certe docti ac pii, qui suis scriptis ecclesiam iuvant et illustrant adversariosque papistas non tam prudenter quam potenter etiam revincunt, quos ego ob suas egregias dotes pariter et labores plurimum et veneror et amo: videntur, inquam, mihi nescio qua sinistra opinione laborare erga optimos illos viros Lutherum et Butzerum, certe, quantum ego iudicare possum, absque causa. Perpendunt enim hi boni viri, quantum damni evangelicis dederint ecclesiis frigidi illi modi loquendi circa eucharistię sacrę tractationem, quibus certe pii quique non offendi non potuerunt. Hinc sacrę cenę[c] contemptus haud modicus, hinc certamen implacabile, hinc gravissimo apud principes ac magistratus odio laborare cœpit[d] nostra religio et multis abominabilis facta est, qui alioqui haud longe aberant, ac longe graviora nobis esse formidanda, nisi arctius invicem pacatis animis coierimus; hoc quod illi, quemadmodum ego timeo, minus, quam oportebat[e], perpendunt. Ecquid est, quod multa bene scribimus et docemus, si ad dilectionem mutuam non omnia referamus atque hoc unum omnes in commune satagere studeamus, quo decedentes pacatiorem posteris nostris relinquamus ecclesiam? Iam ut Lutheri postremas literas interpretati sint, quo ulterius pro firmanda concordia colloquium detrectarent, tua novit prudentia, et tamen suo in hoc potiti sunt voto. Inde malevoli et concordię, quam non intelligunt, osores ex nostro agro animosiores redduntur nec cessant remoras et impedimenta obiicere, quominus plene coeat. Ad hęc quidam

etiam Lutheri libellum pro futuro concilio editum[f] eo interpretantur, quasi non possit nobis cum illorum ecclesiis esse concordia, nisi ei libello velimus per omnia subscribere; id quod nec Bernensis disputatio nec Basiliensis ferat confessio. Neque nobis curę est, quod hac nostra perpetua contentione nos ipsos papistis adversariis risum faciamus, illos in sua firmemus sententia, quod interim in ecclesias nostras grassentur anabaptistę[g], quod nostra imminuatur apud nostras ecclesias auctoritas et tandem quod gravissimam domini in nos iram acceleremus. Tu igitur, optime consul, si hic quidpiam pro tua possis prudentia — potes autem plurimum, præcipue erga Tigurinos fratres —, da operam, per Christum, te quęso, ut omni suspicione sinistra erga hos viros procul ab animis ablegata ad veram ac plenam aspirent concordiam; quod nisi omnes in commune[h] fecerimus, video nobis gravissimam dei iram de proximo imminere *et* nostras ecclesias pessum ituras, haud secus atque olim super consubstantialitatis contentione iusto dei iudicio[i] contigit. Ego nihil apud eos possum; unum hoc studeo, ne qua in re illos scienter offendam, paratus quidem eis pro eorum votis inservire, ubicunque potero. Vale in domino, optime consul, ac boni ea pro tua humanitate consule, quę obiter scribenti in calamum influxere. Fratribus, qui apud vos Christum docent, nostro nomine salutem precabere. Bernę Aventicorum, 27. Ianuarii, anno 39.

Tuę Dominationis servus *Sebastianus Meyer*.

Clarissimo iuxtaque eruditissimo D. D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, suo observandissimo in Christo.

a) „e" für „æ". — b) „imo". — c) „cęnę". — d) „cępit". — e) „opport-". — f) „ęd-". — g) „anabapstę". — h) „comune". — i) „t" für „c".

1) Von *Sebastian Meyer*, Prediger in Bern, liegen drei Briefe in unserer Sammlung vor aus den Jahren 1539 und 1540.

1038. IV 249.

Martin Frecht [1]) an Vadian.

Ulm. 1539. Januar 28.

Er entschuldigt die verspätete Antwort und berichtet über ein Gespräch, das zwischen Kaspar Schwenkfeld und den Predigern über die Natur Christi vor dem Rate in Ulm stattgefunden hat. Die Ulmer Prediger kommen — besonders im Herzogtum Würtemberg — in schlimmes Gerede. Das Urteil Bullingers und der Wittenberger hat Frecht brieflich erhalten. Die Schrift Luthers gegen den Erzbischof von Mainz und die Verteidigungsschrift des Anton Schenitz für seinen Bruder Johannes, der durch den Erzbischof den Tod erlitten hat. Bevorstehende evange-

lische Conferenz in Frankfurt a. M. Kriegsnachrichten aus Geldern, England und von den Türken. Graf Wilhelm von Fürstenberg macht den Evangelischen Hoffnung auf Rat und Hilfe. Die Ehe des Rechtsgelehrten Bitterlin.

S(alutem) in domino. D. clarissime idemque consul prudentissime, si minus pro t(uę) D(ominationis) voto nunc literis tuis respondero, non incurię aut contemptui tui, sed partim huius sęculi[a] difficultati, quando omnia fere in fluctuum morem ancipitia et fluctuantia sunt, partim vero occupationibus meis, quibus me nobiles quidam sectarii adobruunt, T. D. tribuere velit. Nam hisce diebus senatus noster in celebri consessu audivit nobilem illum Casparem Schwenckfeldium, suę fidei rationem reddentem de eo, quod hactenus inter nos controversum fuit: num caro Christi seu eius humanitas glorificata etiamnum sit creatura? Ille, ut olim hęreticus[a] Valentinus, suo quodam modo carnem Christi honorare volens, asserit, Christum ut hominem amplius non esse creaturam; damnat atque infamibus verbis onerat omnes, quotquot sibi non consentiunt. Ego vero per dei gratiam cum omnibus catholicis credo et confiteor, Christum in gloria ut verum hominem, ita et creaturam esse, non quidem vanitati subiectam, ut de ea loquitur apostolus Romanorum 8., sed quę sub deo sit quęve[a] acceperit non a se ipso, sed ab eo, qui dixit: ego sum et omnibus esse impartior suum, τὸ εἶναι. Senatus itaque nos patienter quidem audivit et a me scriptum apologeticum, contra Schwenckfeldii errores scriptum, sibi oblatum accepit noluitque ipse iudicare, sed ad quarundam scholarum et ecclesiarum iudicia[b] provocabit. Etenim Schwenckfeldius affirmat, ab hoc articulo pendere omnia in ecclesia Christi, scilicet cognitionem veram, sacramentorum rationem et totius ecclesię œconomiam. Ego in domino fortiter assero, ista impia opinione totum incarnationis dominicę mysterium et spem resurrectionis carnis nostrę non enervari, sed everti; nam si non est iuxta humanitatem Christus creatura, ergo nec homo, argumenta hominis sunt sophismata. Fatetur quidem, Christum in gloria verum esse hominem, sed pernegat, eum ut hominem esse creaturam. Ista obiecta ei sunt philosophica: quicquid est, vel creator vel creatura est. Gloria resurrectionis non abstulit naturam in Christo, qui, quod semel accepit, numquam dereliquit. Proinde communicationem idiomatων dicit vel a philosophis vel Nestorianis esse confictam; carnem Christi non esse localem, carere proportione, dimensione lineamentisque adfirmat.

et quod omnium est insolentissimum: adseverat, Christianos etiam non fore creaturas, ubi Christo similes erunt. Et quis huius hominis non tam in hac causa, quam aliis etiam multis, errores omnes recenseat! Dumtaxat istos nunc licuit delineare propterea, ut t(ua) etiam Dignitas omnium nostrum Christum hic prędicantium catholicam doctrinam et innocentiam orthodoxam cognitam haberet. Misere enim nos Ulmenses prędicatores, presertim in ducatu Wiertenpergensi, traducimur ut Ariani[c] et Nestoriani, quia Schwenckfeldicę opinioni resistimus. Olim ea de re D. Bullingero scripsi, qui satis diligenter et copiose respondit. Bucerus quoque noster, qui 29. Novembris ex Wittenperga ad me scripsit, inter cetera[d] sic scribit: Wittenpergenses de ista quęstione[a] iudicasse, nos de Christo homine recte loqui, impie vero Schwenckfeldium. Verum horum nunc satis. — De Lutheri scripto contra Moguntinum archiepiscopum nihil certi possum vel scribere vel mittere. Nam pręter[a] quandam schedam a Luthero pascę editam, cuius copiam hic mitto, interea nihil legere licuit, nisi quod quidam Antonius Schenitz pro fratre germano Ioanne Schenitz, malis artibus cardinalis Alberti ad crucem adacto, et ubi quatriduo cadaver suspensum pependisset, cruorem illud in innocentię argumentum sudasset, edidit apologeticum contra Moguntinum scriptum, in quo et Moguntini literas Ioanni Schenitz, suo intimo secretario, scriptas testimoniorum loco recenset. Scriptum est satis acre; at nullum, quod ego sciam, hic prostat venale; alioqui misissem. Saxo elector illum Antonium Schenitz fovet et defendit, cuius pręfata etiam apologia 1538 Wittenbergę a typographo Hans Lufft excusa fuit. Audio autem Moguntinum curasse, ut in nundinis Francofurdtiensibus fere omnia exemplaria coempta a Moguntinis sicque pressa fuerint; nam suis coloribus in ista apologia depictus est ille archiepiscopus. Interea vero nihil audivi, quicquam ea de re a Luthero esse editum. Forte illę legationes ad Lutherum olim missę, rogantes, ne aliquid contra Moguntinum scriberet, hoc effecerunt, ut calamum suum ipse retraxerit. Legatio prima fuit electoris Marchionis, altera principis Prutteni ad Lutherum. — Iam de fama vernorum motuum, quid certi scribam, non habeo; adeo hoc velox malum vires acquirit eundo. Tua D(ominatio) recte monet, ut, fiducia[b] et spe omni in deum coniecta, auxilium et consilium expetamus exspectemusque[e] ab illo, qui vir belli dicitur. Interea dii locum dei tenentes gnaviter et fortiter

incumbant, ne quid indignum Christi evangelio committatur. Fertur, ad unam atque alteram septimanam evangelicos proceres Francofurdtię ad Moenum coituros atque de rebus communibus consulturos. Dominus sanis consiliis suo spiritu adsit. — Iuliacensis et Clivensis dux iamiam in armis esse fertur, ut occupatum Gelrensem ducatum retineat, quem, ut aiunt, Gallus et Aquila libenter impeterent. Mussitant alii, Gallum, Cæsarem[a] et Scotię regem Anglorum regi arma inferre moliri. Quidam nonnisi Turcam ab Aquila impetendum spargunt, quando navales machinas bellicas Cæsar[a] multas feratur adparasse. Generosus ille Wilhelmus, comes a Furstenberg, evangelicis bonam spem facit, fore, ut si etiam illi coeuntes christianę religionis coryphęi aliquid contra Lutheranos tentare vellent, in tempore eis neque consilium neque auxilium defuturum. Quantumvis alii in equis et curribus, nos in nomine domini fidamus. — Hęc[a] satis ruditer et indiligenter ad T. D., literas rescribere licuit, quę T. D. boni consulere velit. Gratissimum est, quod de vestro in nos favore scribis. Itidem de omnium nostrum bona voluntate vobis sperandum est. Communis est causa, communibus itaque patrociniis opus. Si T. D. Gryneo nostro Basileam alioqui scriberet, obsecro, meo nomine salutem sibi ascribat et nuntiet, nostros recepisse in advocatum illum iureconsultum Bitterlinum, qui sponsus modo est. Duxit enim pauperem quandam patriciam[b]. Quod connubium spero illi quandoque impetraturum liberalius stipendium; etenim nonnisi annuos 120 aureos a nostris accipit. Bene valeat T. D. cum fratribus et dominis nostris charissimis, istic[f] Christum docentibus. Nostri symmystę[g] mecum unice cupiunt T. D. commendari. Illum Strölinum interea non licuit adire, sed salutem nuntiabo[h], quam haud dubie renuntiatam cupit. Raptim. Ulmę, 28. Ianuarii 1539.

T. D. obsequentissimus *Martinus Frechtus.*

Clarissimo viro D. D. Vadiano Sangallensi consuli, ut pientissimo, doctissimo, ita et prudentissimo domino et amico observandissimo.

a) „e" für „ę". — b) „t" für „c". — c) „Arr-". — d) „cęt-". — e) „exp-". — f) „isthic". — g) „symystę". — h) „c" für „t".

¹) Vgl. oben, Brief 791.

1039. IV 247.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1539. Januar 29.

Dank. Bitte um Aufschub für eine Zahlung des (Georg) Beli.

Gratiam et pacem a deo patre per Christum. Literas Humanitatis tuæ, vir eximie, cum ingenti animi mei voluptate accepi, maximam — ita me dii ament! – tum amicitiam, tum et munificentiam redolentes. Tanta quidem sunt et tot beneficia Reverentiæ tuæ in me collata, ut ad habendum gratias condignas non sim idoneus, nedum agendum aut referendum. Rumores ex Italia aliaque obmittam nunc, ad finem nundinarum de his scripturus ad te; nunc ad magis necessaria convertam calamum. Tempus adest, ut Belius secundum arbitrorum definitionem satisfacere teneatur et 227 aureos ad fideiussoris manus deponere; sed fefellit illum opinio sua, hoc, ut sequetur, modo. Voluit Belius mutuo accipere quingentos aureos a quodam Glaronensi, quos putabat certo posse adipisci, atque istuc misit Iohannem Tscharnerum, qui adferret; sed frustratus est. Alius quidam ipsum prævertit. At illi quingenti aurei adhuc depositi sunt Curiæ apud civem quendam ac illos adhuc obtinere sperat, sed non tam cito, ut literis decretoriis satisfacere queat, tamen intra mensis spatium unius. Quapropter rogamus atque obsecramus Reverentiam tuam consul Lucius Heimius, Iohannes Tscharner et ego pro dilatione tantum unius mensis et non plus, ut interim nullæ fiant expensæ per vos, ac intra hunc mensem se satisfacturum pollicitus est non ad manus fideiussoris, sed ad Sanctogallum usque, absque vestris expensis. Fac igitur, eximie vir, ut amicorum intercessio apud te et alios necessarios tuos valeat ac obtineat. Nos quoque deinceps semper habebis debitores ad quævis[a)] placita paratissimos. Ex Curia, quarto Kalendas Februarias 39.

Tuæ Humanitatis totus *Ioannes Comander*.

Spectatissimo viro ac domino domino D. Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli ac domino suo amicissimo.

a) „e" für „æ".

1) Vgl. IV. Brief 468.

IV 250.

1040.

Pelagius Amstein[1]) an Vadian.

(Trogen.) 1539. Februar 8.

Vadian wird um seine Verwendung gebeten, dass ein dem Spital gehöriger Weinberg dem Jakob Bomgarter zur Bebauung überlassen werde.

Salutem opto, præstantissime[a]) consul et undecunque[b]) in primis nostra ætate[a]) theologię doctissime doctor. Non est, ut alienis utar, ut sunt Ethnicorum, laudum coloribus; una laus est: te devotum et ascriptum vitę libro et non in confusione gentium. Iccirco negotium[c]) et rationem huius epistolę exordiar. Peto, ut cordi accedat. Est nobiscum Iacob Blûdi, alias Bomgarter, onustus novem pueris, qui, multa perpessus, sanus fide, libenter debita et census solvens, saltem ut labores perficiat, habeat. Petimus instantissime et nomine Christi etiam supplicamus vos, dominos Sancti Spiritus hospitalis fidos dispensatores, uti pauperum curatores extra et intra muros vestros, ut fidei domestico[d]) vineam, nunc a Michaele Burckhardt cultam, huic Iacob Bomgarter eius cultui submittatis, ut usum et utilitatem hospitalis et suæ[a]) familiæ[a]) suppetias subministret. Tuque, humanissime consul, fac, preces nostræ[a]), ego enim cum Ieorio Huppschli et aliis extensis manibus rogamus, sortientur suum effectum. Erit huic pauperi, quasi nova lux exoriatur cum Mardocheo. Spero hæc[a]) supplicatio plus constet[e]) in abdito nobis, qui frigidi calamo sumus. Valeat Integritas tua sana in diem usque adventus Christi. 8. die Februarii 39. *Pelagius Lithinus,* servus Iesu Christi.

Præstantissimo[a]) viro et venerabili consuli doctrinarumque omnium non pænitendo[a]) doctori Ioachim Vadiano, suo domino et patrono in Sangallen observando.

a) „e" für „æ". — b) „undic-". — c) „c" für „t". — d) So ganz deutlich! — e) „sonstet".

1) Vgl. II, Brief 312.

IV 252.

1041.

Jakob Grübel[1]) an Vadian.

Tuttlingen. 1539. Februar 14.

Bericht über Unterhandlungen zum Ankauf von Hafer und Korn, sowie über eine Sendung von Wildbret. Der Freiherr von Hewen bittet um Nachrichten. Ein Brief an Kaspar Ruck. Bevorstehender Besuch in St. Gallen.

Min frünttlich grûttz unnd waiß ich euch liebs unnd gûttz konnde bewyßenn. Lieber her vetter, ich gib euch frünttlicher manung zû fer-

nemen, das ich dem her Benedictenn Bůrgower die briff überanntt-wurtt hain, unnd bin mitt ym so witt zů red komenn, das er mir 1 maltter haber, Duttlinger meß, umb 1 guldin wolltt geben, deßglichen gůtt fesßenn das maltter umb 19 batzen, Duttlinger meß; ich glob aber, er gebs mir umb 18 battzen das malltter. Uff solichs hain ich all sachenn erfarenn unnd můste vonn ainem maltter 12 oder 13 krüttzer zů fürenn genn biß gen Zell, unnd must 1½ firttell feßenn zů dem maltter zů Duttlingen genn, dormitt eß ain malltter zů Zell im Unndersee würde. Unnd fintt man jettz zů Zell gůtt feßenn das maltter umb 19 unnd 20 battzenn. Kain ich nitt ynn ratt findenn, das ich ain durchgentten koff mitt ym treff, bis ich ewern willenn unnd manung erfar. Die hab ist sust gůtt, unnd sind jettz in den loffenn die bestenn koff. Eß wirtt sich süst bald ennderen. Unnd schribenn mir wider anttwurtt uffs erst her gen Duttlingen, waß ewer will sig; dain schwoger Kasper Ruck[a] wirtt m(inem) g(nädigen) herenn vonn stůnd ain ain bottenn wider her schücken.

Witther, lieber her vetter, m(in) g(nädiger) her latt euch fill gůttz sagen unnd hatt mir befolhenn, euch zů schriben, das das wilttbrett schon zů Simringenn litt. Uff solichs will sin gnad dem fogt 1 pottenn schückenn, das er das wilttbrett uff Uberlingen fergte, dormitt es euch by der kelltte zůkom. Ich bin der hoffnug, ich well ewers gespott ain ain ennd komenn. M. G. H. latt euch frünttlich bittenn: ob ettwaiß nüws forhanden by euch sig, das selbig sin Gnad zů berichtten in fertrůwen. Das will er umb euch ferdinen. Süst nüwer zittung by unnß ist nüttz sonnders, dain das sich iederman růst, unnd wartt man uff denn tag zů Franckfůrtt. Waiß der selbig bringen wirtt, hatt M. G. H. noch kain wißenn.

Witther, lieber her fetter, so gebenn schwager Kasper Ruckenn[a] denn bybondenn briff, unnd ob er nitt zů Sanntt Gallen wer, das er ym mitt gewißer bottschafft uffs fürderlichest zůgeschücktt werd. Das will M. G. H. umb euch früntlich ferdinen. Hiemitt sind gott befolhen. Ich hoff in kürttze selbst by euch sin; so will ich euch alles monttlichen berichtten. Dottom (!) Duttlingen, denn 14. tag Hornug, 1539 jar etc.

Jacob Grübell, ewer w(illiger) fetter.

Unnd ewern brieff welentt Kasper Rucken[a] gebenn, samptt der nüwen zittung, der wirttz mitt sim potten her schücken.

Dem hochgelertten, fürsichttigen, ersamen, wißenn Jochim vonn Watt, doctor, burgermaster zů Sanntt Gallen, minem liebenn herenn unnd vetternn zů anttwurtten.

Sanntt Gallenn.

a) Oder „Ruck"?

1) Vgl. IV, Brief 569.

IV 253.

1042.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1539. Februar 15.

Begleitschreiben zu einer Sendung von Büchern und Schriften durch den Bruder Vadians.

Gratiam et pacem a domino. Venit ad nos frater ille tuus, vir colendissime, qui ne vacuus ad te rediret, hasce illi dare volui, iunctis quibusdam duernionibus e libro nostro et commentariis[a)] in Apocalypsim. Plura e libro nostro per proximum nuntium[b)] dabo. Addetur huic liber De origine erroris circa cenam[c)] domini sacram et missam papisticam. Excusa sunt denique Biblia sacra, versio Munsteri, quibus præfigam præfationem de omnibus sacræ scripturæ libris eorumque dignitate et præstantia etc Dominus sit tecum; plura nunc non potui. 15. Februarii 1539.

H(einricus) Bullingerus tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, domino colendissimo.

a) „coment-". — b) „c" für „t". — c) „cœn-".

1) Vgl. oben, Brief 730.

IV 254.

1043.

(Bürgermeister und Rat von St. Gallen)[1]) an die 12 Orte der Eidgenossenschaft.

(St. Gallen.) 1539. Februar 20.

Dank für den Abschied vom 2. Februar und Bitte, die Boten für den nächsten Tag dahin zu instruieren, dass jener Abschied gegen allfällige Anfechtung von Seite Appenzells aufrecht erhalten werde.

Unser beraydtwillig dienst und was wir eeren, liebs und gůtz vermögend allzeyt zůvor. Edel, vest, from, fürsichtig, weiß, insonders gůt fründt und getrüwen lieben aydgnoßen, den abschayd besigelt ab iungst gehaltnem tag purificationis etc., zů Baden in Ergöw ußgangen und unser radtzbotschafft überantwort, habend wir seins inhaltz verstanden und üns dess mit sonderm dank und wolgefallen benůgen lassen. Demnach[a)] aber und wir darnëben bericht, das die von Appenzell ünsers schwëbenden

spans halb äben unrůbig, und sich villicht zůtragen möchte, das sy uff ietz künftigen tag, uff dem sy ir botschafft han werdend, in ünserem abwesen weytern anzug oder intrag ze thůn gesinnet sein möchtend etc., und aber wir üns gegen ünsern gůten fründen und trüwen lieben aydgnoßen, gemainer aydgnoschafft sandtbotten, dhains andern versechen könnend, dan das sy gedachten von Appenzell wider gemaynen bruch des rechten söllich inträg oder nüwerungen khainswegs zůlassen oder gestatten werdend, so ist nüt desterminder an üch als ünser vertruwt fründt und getrüw lieb aydgnoßen ünser gar trungelich pitt und begër, das ir umb der billikhait willen ewer ersam radtzbotschafft, so disem künfftigen tag in üwerm namen verträtten wirdt, in befelch gëben und anhenkhen wellind, das sy sampt andern ünsern lieben aydgnoßen an sonder ufmerkhen han und den von Appenzell (so ferr sy ützid der gstalt wider vermög der billikhait vorhettend) ires fürnemens nit gestatten noch zů ainiger vernüwerung zůlassen, sonder üns by vermög ußganges besigeltz abschaydtz handthaben und daran sein, das wir in das recht gegen den von Appenzell khomen und bracht werden mögind. Das begërend wir mit geflissnen diensten umb ü(wer) W(yshait) allzeyt willig ze beschulden. Datum den XX Februarii, anno 1539.

a) „nach" wiederholt.

1) Concept von Vadians Hand bis an das Datum, das von dem Stadtschreiber Augustin Fechter beigesetzt ist. — Das Schreiben bezieht sich auf den sogenannten Pannerhandel Vadians mit Appenzell und den Streit St. Gallens mit Appenzell über gewisse Zölle und Zinse; vgl. über den Tag vom 2. Februar 1539 Kesslers Sabbata, neue Ausgabe S. 492 f., und Eidg. Absch. IV. 1. c, S. 1058, e.

1044. IV 256.

Jakob Grübel[1]) an Vadian.

Tuttlingen. 1539. Februar 24.

Bitte um Antwort auf die Schreiben vom 14. Februar und weitere Mitteilungen über die Kornpreise. Rüstungen in Würtemberg. Christian Fridbolts Erben.

Min ganntz willig dinst sig euch zůfor. Lieber her unnd vetter, ich gib euch frünttlicher manung zů fernemen, das ich euch gschriben hain mitt am bottenn, haist der Lur[a]) fon Forstett, aim 14. tag Hornug[2]) unnd ain ynngeschloßnen briff ain Kasper Ruckenn[b]). Hoff ich, die briff sigend euch wordenn. Eß nimptt m(inen) g(nädigen) herenn fast wonnder, das schwag(er) Kasper Ruck[b]) mim herenn nitt die abgeschrifft vonn stund

ain mitt dem aygnenn pottenn zůgeschücktt hatt uff das schriben, so ym M. G. her gethûn hatt, unnd wißenn wir nitt, ob euch die briff wordenn sind oder nitt; dain Kasper Ruck[b)] sott vonn stund ain aygnen potten uff M. G. hern costen mitt dem briff geschücktt hain her genn Duttlingen; dain M. G. H. will die sach mitt dem vonn Sax ainfachen by zitt, ee annder loff ynnfallen, die forhannden sind. Ist M. G. her bitt ain euch, das ir darayn sigennd, das die abgeschrifft herkom. Ist min bitt ain euch, ir wellenn mich mitt dißem potten berichtten, ob euch die briff wordenn sigenn, die gebenn sind zů Duttlingen, uff 14. tag Hornug nëchst fergangen etc.

Witther, lieber her vetter, wie ich euch nechst geschribenn hain uff 14. tag Hornug des kornnß halbenn, hain ich mit dem her Beneditten gehandlett, och ym ewer briff geanttwurtt, unnd hatt euch ain maltter haber, Duttlinger meß, umb 1 guldin erlobtt, deßgelichen 1 maltter feßenn umb 19 battzenn, och Duttlinger meß. Non ist der haber fast gůtt, deßgelichenn die feßenn och trefflich gůtt. Non hab ich ym nechsten schriben die sach nitt rechtt ferstannden, wie ich euch dain geschribenn hain. Uff semlichs hattz die manung unnd denn rechttenn grund, das her Beneditt euch 1 maltter feßenn, Duttlinger meß, umb 19 battzen genn will, unnd fůrtt sich feßenn selber hinynn bis genn Zell, unnd gilltt 1 maltter feßenn gůtt ding 22 battzenn, och 21 battzen. Das ist der grund dorfonn. Witther will er euch 1 maltter haber umb 15 batzen genn. Das hatt ain sonderyg meß, unnd cost 1 maltter 3 battzen hininfůren; das meß kliner yst. Unnd gilltt der haber zů Zell 19 battzen, der best 20 batzen. Hie hand ir och denn grund vom haber. Uff semlichs duncktt mich allen umstenden unnd loff halben, ir nemen denn koff ain. Mochtt ich die feßen umb 18 battzen bekomen, wer gůtt; aber er yst nitt gůttwilig dorzů. Aber warlich, er ist ganttz gnaygt, euch das korn zů gebenn unnd 4 in 6 fl. ain euch nitt ainsechenn. Dormitt so schribenn mir unnd her Beneditten ewer manung, waiß ir thůn wellenn. Ich wettz euch ratten; doch fragen die korngrempler von Zell. Waiß zů thonn sig, das lonnd mich mitt dem potten wißen. — Süst nitt mer, dain der fürst latt im lannd die festina, schloßer unnd stett mitt profantt teglich fersechen, unnd rüst man sich. Doch wartt man uff denn tag fonn Franckfůrtt, waiß der bringt. So hain ich euch for fom wildbrett gschriben, das forhanden yst. Süst nitt mer; dain ist ettwaiß nüws for-

handen, so latt euch M. G. her bittenn, das ir im solichs zůschribenn. Witther Krista Fridbolltz erben halben wird ich allen beschaid bringen, so ich hinuff kom, darain sy zůfridenn sin werden. — Hiemitt sytt gott befolhen. M. G. H. latt euch vill gůttz sagen. Dattum Duttlingen, denn 24. tag Hornung, ym 1539. jar.

Jacob Grübell, e(wer) w(illiger) fetter.

Dem hochgelertten, fürsichttigen, *ersamen*, wißenn Jochim vonn Watt, doctor, bürgermaster zů Sanntt Gallen, minem liebenn herenn unnd vettern, zů anttwurtten.

a) Oder „Lür"? — b) Oder „Rück"?

1) Vgl. IV, Brief 569. — 2) Brief 1041.

1045. IV 257.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1539. Februar 28.

Die Zahlung des (Georg) Beli. Politische Nachrichten aus Italien.

Gratiam et vitæ innocentiam a domino. Literas Humanitatis tuæ accepi, colendissime vir, fideiussorem præmonui. Altera die Belinum cum haberem obvium, interrogabam de solutione. Respondebat, se iam numeratum ire pecuniam Gregorio Geringo etc. Hæc[a]) addebat: ut Reverentiæ tuæ pro sua persona magnas agerem gratias, ac seposita omni sollicitudine quietum fore in futurum; nam se capitulis per arbitros statutis satisfacturum. — Ex Italia penitus nihil audimus, nisi quod papa iam pridem bellum inceperat[b]) adversus ducis Urbini filios; sed eo quod in hibernis iam agunt, nihil rumoris habemus. Vale, vir candide. Ex Rhætorum[a]) Curia vetusta, pridie Kalendas Martias 39.

Tuus ex animo *Ioannes Comander.*

Præstantissimo doctissimoque viro D. doctori Ioachimo Vadiano, Sangallensi consuli, domino et amico suo primario.

a) „e" für „æ". — b) „incep-".

1) Vgl. IV, Brief 468.

1046. IV 258.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1539. März 7.

Die Zahlung des (Georg) Beli. Nichts Neues aus Italien.

Gratiam et misericordiam per Christum. Pecuniam undique corrasam Belinus tandem mittit, 227 florenos Rhenenses, valoris scilicet

Curiensis coronatos solatos pro viginti tribus ursigeris, ceteros pro sesqui floreno numerando; nam sic dantur et accipiuntur apud nos. Iohannes Tscharnerus et ego rati sumus a vobis sic accipiendos esse potius, quam in Marcellinos, qui frequentissimi apud nos sunt, commutarentur, quod minus in rem vestram esse putavimus. Rogamus igitur, ut hanc diligentiam nostram boni consulatis. Ioannes Tscharnerus pecuniam illam ad vos deferre voluerat; sed per Belinum impeditus suo hoc magno incommodo hoc facere non potuit. Reverentiam tuam memorem esse reor, quantas opes Belinus sibi multa iactantia adscripserit. At mihi videtur, quod frequentem solvere versuram cogatur. — Ex Italia penitus nihil auditur scitu dignum. Vale. Ex Rhætiæ[a] Curia, Nonis Martiis 39. Humanitati tuæ deditissimus *Ioannes Comander*.

Davidem fratrem ac Barptolomeum (!), affinem tuum, meo nomine salutari peto.

Clarissimo doctissimoque viro domino D. Ioachimo Vadiano Sangallensi consuli, domino ac amico suo plurimum observando.

a) „e" für „æ".

1) Vgl. IV, Brief 468.

Staats-A. Zürich. E. II. 342. 100.

1047.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

Zürich, 1539. März 7.

Bericht, was auf dem Tag zu Baden in dem Streit zwischen St. Gallen und Appenzell gegangen. Ein ungenannter Ehrenmann rät St. Gallen, sich unter gewissen Bedingungen auf einen gütlichen Entscheid einzulassen. Befürchtungen Bullingers für den schmalkaldischen Bund.

Gnad und frid von gott durch unsern herren Jesum. Hochgelerter, eerender und fürgeliepter herr, wüssend, das zů Baden üwerthalb nut besonders ussertthalb dem, das man üch zůschrypt, fürtragen ist, dann das üwere widersächer widerumb geäffret habend zwen artickel: namlich das inen der zoll beschwerlich uffgelegt sye und die güllt mitt pfand ynzeziehen etc.; wie ir baaß verstand und nitt nodt, mitt vil worten ze melden. Das hat man nun also ein red sin lassen etc. Wyter habends erzellt, was sy habind mit Büchelern verhandlet. Üwer red die paner und fendli beträffend ist nitt gedacht anders dann obiter. Sy hoffind nitt, das sich finden werde, das sy ye habind ire paner verloren. Und verston wol, näbendsyt geredt werden, sy syend des fendlis beckantlich und das

zů Prëgetz sye ein fendli, und nitt ein paner etc. Nun wäre eins gůten eerenfründts radt: diewyl ir nachpuren und sich wol ze vermůten, wo man uff dem rächtspruch und der rühy ligen, werde sich vil unwilles zůtragen, der sich in vil jaren nitt werde widerumb abässen, und bedüchte deßhalb den eerenman gůt und nütz sin, wenn ir beyd sachen, die gemein statt und üwer person beträffend[a] mitt dem paner und fendlinen, gůtlich liessend vertädingen; doch das ir üch immerdar der gůtickeyt wideritind, biß schidartickel gestellt, die üch traglich und angnäm. Wurdint vilicht die üwern widersächer nitt anemmen; so ir sy dann annämind, wer üwer sach aber besser etc. Lassend mich wüssen, was üwer gmůt und fürnemmen sye.

Des pundts halben, der sich täglich meeret, bin ich in sorgen und kumber. Mitt üch geredt: ich fürcht, es sye nitt alles purum putum und werdint ettwan angenommen, die nitt uffrächt. So schreckt mich unser exempel. Ye mee wir in unserm burgrächt wůchsend, ye schwecher wir wurdint. Ich besorg, sy vertruwind uff menschen krafft wie wir, und werde gott wie by uns erzeygen, das sin wort nitt in armis, sed in gratia et robore suo erhalten wirt. Mich erschreckend ouch unser groß sünd. Ich besorg, die rach sye vor der thür. Dominus misereatur nostri propter gloriam nominis sui. Ich weiß dißmols nüt besonders nüwer zytung; dancken üch früntlich umb üwer züschriben und bitt, ir wöllind mir fürohin wie bißhar zůschryben. Wo ich üch dann gedienen könde, wölt ich trüwlich thůn und der üwer sin. Datum Zürych, 7. Martii 1539.

Heinrych Bullinger der üwer.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, domino colendissimo.

Auf der Rückseite:

Hęreo et iam, doctissime Vadiane, num hac vitali adhuc[a] frueris aura an divis concesseris; nam memini, me ante annos plus minus quatuor in epistola quadam pręliminari, quam scribsit Leo Iu(dæ), legisse in hęc verba: «Et his diebus lumen Tygurinum Vadianus noster obiit». Theophrastus vero Paracelsus, quem Znoyme conveneram, michi de tua Excellencia diligentius[b] inquirenti *dixit*, anno abhinc tertio[b] tecum fuisse et per tempus con*stitisse* Tyguri. N*unc* Ambrosius quidam Hilarius *ad me scribit, cui* quidem commenda*ram, ut* de vita[c] *an morte tua percunc*taretur, te an*no su*periori edidi*sse magnæ ampl*itudinis volumen de sacramento. At[c] quum *se conferat ad* te Iohannes Winderlius, vetus ac fidus meus amicus, qui se istac profecturum[d] pollicebatur[e], non potui intermittere, quin ad te hoc quidquid est literarum darem, ut te et veteris amicitię commonefacerem[f] et certo scire possem, num meus et vere meus vivat Vadianus. Nam plane certus sum, modo vivas, te aliquid literarum ad tuum Boiemum missurum, quę[g] michi auro chariores esse debent et ob earum tum amorem, tum eruditionem[b] recondentur etiam[b] inter intimam et pręcipuam meam supellectilem. De mea conditione[b] et statu abunde[b] te Winderlius certiorem[b] reddet. Misissem, iuste michi tua credat Humanitas, cum his aliquid munusculi, modo certe scissem te hac frui vita. Mittam autem propediem ad Khoblerum Viennam, ubi certior[b] factus fuero. Cupio tibi cum tuis omnibus ex animo optime esse. Ex Gemnicio, natali solo, die 17. Iunii, anno MDXXXVIIII.

Tuus vetus amicus *Wolf(gangus) H(eiligmair)*, doctor.

Doctissimo philosopho ac medico, poetę laureato, domino doctori Ioachimo Vadiano Helvetio[b], amico et pręceptori suo observandissimo.

a) „aduc". — b) „ci" für „ti". — c) „tt" für „t". — d) „ę" für „e". — e) „polic-". — f) „comon-". — g) „e" für „ę". — h) „hab-".

¹) Vgl. I, Brief 65. — Dieser Brief des alten Freundes aus der Wiener Zeit, der hier noch einmal auftaucht, ist in einem traurigen Zustande und weist grosse Lücken auf. Die sieben anderen Briefe Heiligmaiers stammen aus den Jahren 1516—19.

IV 278.

1064.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1539. Juni 30.

Die Meinung Vadians über den bevorstehenden Tag in Nürnberg. Thomas von Löwen, zur Zeit in Constanz, erbietet sich Vadian als Überbringer eines Schreibens nach Wittenberg.

Salus et pax Christi.

Placuit audire sententiam tuam de conventu Norinbergæ celebrando: ut ergo nostri inter sese bene cohęreant, ut adversarii et instituantur et moveantur, ut nostri cum Christi iniuria nichil dent, ut verbum dei et illius veritas humanis sive iudicum sive arbitrorum sententiis non subiiciatur, hoc vero felix et faustum sit. Sed hic inter sese pugnant spes et metus: caussæ spei sunt plausibiles, si obtineant; caussæ metus sunt verisimiles, quas dominus avertat. Hinc non desinamus invocare deum, ut suo favore potius quam nostris consiliis evangelii veritatem provehat. Amen.

Thomas Lovaniensis ille, qui tibi notus, hęret apud me iam aliquot mensibus et iubet te multis modis salutare et pro humanitate præstita gratias agere. Nunc autem parat se, ut Wittenbergam proficiscatur. Quod si quid isto scripturus es, habebis certum tabellionem, modo literas habeat ad diem Dominicum. Vale.

Quod in literis tuis ægre admodum me fratrem appellas, molestum est certe, gratissimum vero, si, cum talis tibi sim, talem me appelles. Iterum vale. Ultima Iunii 1539.

Tuus ex animo *Iohannes Zvick.*

Præstantissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, reipublicæ Sangallensis consuli benemeritissimo, domino meo et fratri observando.

¹) Vgl. II, Brief 152.

1065. B 70.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1539. Juli 2.

Übersendung einer Schrift Luthers. Ambrosius (Blaurer) ist glücklich einer feindlichen Verfolgung entgangen. Rückberufung der Studenten aus lutheranischen Städten.

Salus. Lutheri librum[2]) ex Augusta mihi Ambrosii servus adtulit, quem tibi hic dono mitto. Quodsi donum hoc ex materiæ dignitate ęstimaveris, certe magnum donum est; si ex chartis, deceret maius quiddam donare. Donatum vero ea lege volo, ut et Dominico atque Furtmullero et reliquis fratribus communices; sunt enim hæc scripta plana et sine spinis. Vale, ornatissime vir, et nostram ecclesiam ama. Iussit multas salutes tibi scribere consul noster Thomas nec minores Cůnradus frater.

Ambrosius noster hostium manus evasit hoc itinere, sed ita, ut intelligat, non nisi domini monitu et favore evasisse; nam persecuti sunt eum equites quidam, sed gratia domini frustra. — Proinde rex Romanus in quibusdam locis, idque etiam in Rüdlingen, ubi aliquando parochum[a]) egi, mandato publico iubet revocare omnes pueros, quos studii causa in Lutheranis urbibus habeant. Ego enim parentes quosdam permovi, ut filios Argentoratum miserint; nunc coguntur revocare, nisi gravissima sint passuri. Et hi[b]) nunc sunt, qui altera manu panem nobis, altera saxum ferunt. Utinam intelligere vere possemus, nichil illos agere in mediis blanditiis, nisi ut nos perdant! Vale. 6. Nonas Iulii 1539.

Totus tuus *Iohannes Zwick.*

Prudentissimo reipublicæ Sangallensis consuli Ioachimo Vadiano, doctori omnibus modis venerando.

a) „parr-". — b) „hii".

1) Vgl. I, Brief 152. — 2) Gemeint ist wohl die Schrift: Von den Conciliis und Kirchen.

1066. IV 280.

Johannes Oporin[1]) an Vadian.

Basel. 1539. Juli 10.

Bitte, das beiliegende Schreiben dem Otmar Ferber zur Beförderung nach Bologna zu übergeben.

S. Literas hasce, doctissime Vadiane, quæso te Ottomaro Tinctori vestro in Italiam curandas meo nomine tradas, et ne molestum ei

sit, quod tantum subinde negotii facesso, meo quoque nomine ores. Libenter dabo, quicquid tandem numerandum fuerit pro istac mearum rerum Bononiam curandarum molestia, ne forte minus recte alioqui curata non ita multum referre arbitretur. Certe non parum nostra interest, ut, quo destinatę sunt hæ, primo quoque tempore et bona fide curentur. Vale, doctissime Vadiane, et nos tibi ut hactenus commendatos habe. Basileę, 10. Iulii 1539. Salutant te officiosissime Grynæus, Myconius, Bersius, alii.

Tuus ex animo *Ioannes Oporinus.*

Salutem meo nomine dicas Ioanni Besslero, veteri amico.

Prudentissimo atque optimo viro D. Ioachimo Vadiano, Sangallensium consuli dignissimo, domino et amico observandissimo suo [2]).

Sangalli.

[1]) Vgl. oben, Brief 943. — [2]) Folgt von anderer (Kinder- ?) Hand: Hab den poten in eren.

IV 282.

1067.

Laurenz Torrentinus [1]) an Vadian.

Bologna. 1539. Juli 13.

Sendung eines Bücherpakets durch Otmar Ferber mit der Bitte, es spätestens bis Ende August nach Basel zu befördern. Dank im voraus mit Erbietung zu Gegendiensten.

Doctissime ac humanissime vir, salvus sis.

Quamvis nullum mihi tecum antehac arctius amicitię vinculum fuerit, sed tuorum tantum scriptorum celebritate te noverim, non sum veritus, in pręsentia has ad te scribere teque enixe admodum rogare, ut fasciculum hunc librorum, quem tibi mercatores Ottomar Ferber [a]) reddituri sunt, quamprimum Basileam ad D. Ioannem Oporinum, communem amicum, transmittas, ut ibi omnino sit ante finem Augusti, hoc est antequam bibliopolæ inde discedant, ituri ad proximam feriam Francforti. Eodem enim tempore Arnoldus Arlenius, socius meus, qui hunc fasciculum est dispensaturus, ibidem erit. Quod si, quæ tua est humanitas, diligenter curaveris, me tibi atque Arnoldum in perpetuum devinxeris, sique aliquid tua causa in his partibus a nobis fieri aut aliquod vel impressum vel manu scriptum exemplar ad te transmitti voles, dabis operam, ut id sciamus, intelligesque profecto, qui te plus nobis diligat

observetque esse neminem. Vale et me ama. Bononiæ, die XIII. Iulii, MDXXXIX.

Tuę Excellentię deditissimus *Laurentius Torrentinus*, bibliopola *Germanus*.

Doctissimo humanissimoque viro domino Ioachimo Vadiano, Sangalli senatori meritissimo.

Sangalli Cito. Cito. Cito. Cito.

a) Der Name ist nachträglich in die offen gelassene Stelle eingesetzt worden, ohne Zweifel weil Torrentinus, als er den Brief schrieb, noch nicht wusste, durch welche Kaufleute er die Bücher schicken werde und zunächst eine sog. „Geselłschaft" im Sinne hatte, wie Arlenius unten — Nr. 1082 — die Schlapritzi erwähnt. So erklärt sich das auffallende „mercatores Ottomar Ferber".

1) Von *Laurens Torrentinus*, Buchhändler in Bologna, liegen in unserer Sammlung 7 Briefe aus den Jahren 1539—1546.

1068. IV 285.

Johannes Vogler[1]) an Vadian.

Mömpelgard. 1539. August 9.

Empfehlung des Überbringers. Dr. Kaspar Kolb. Vogler wünscht zu vernehmen, wie sich St. Gallen mit Appenzell abgefunden hat. Abreise des Grafen Georg. Nachrichten verschiedener Art, insbesondere von einem Predigermönch in Colmar, dem falschen (burgundischen) Propheten und von der Bedrängnis der Evangelischen in Breisach.

S. D. Min fürgeliepter, getrüwer herr unnd vatter, wissend min wolstand und gsunthait, dem lieben trüwen gott und vatter sey lob. Desselben glichenn mir ain hertzlich fröd von üch sampt euwern geliepten ze hören. Unßer gott und vatter verlich üch langwirige, sälige zitt bey inen und ainer loblichen statt ze leben. Dißer jüngling hatt mich gebetten, inn zů üch ze fürderenn, das er mit üch in kundtschafft und erkantnus käme. So gros begird hatt er zů üch empfangen, diewil er under mir in minem hus bey den andern knaben m(ines) g(nädigen) f(ürsten) wonet, von mir gehört etc. Er ist nit ongschickt uff den instrumentis musicalibus, och des gsangs. Möcht wol liden, er hett Hanßen Widenhůber mügen hören. M. G. F. hatt im erlopt in sin vatterland gen Chur, sich fürderlich wider herab ze verfůgen. Ich möcht och wol liden, das ich nun 1 tag by üch sin möcht. Mich wundert, ob D. Caspar Kolb zů üch komen sey oder wo er umb züch. Er hatt 1 jar nit mer dan 12 gulden dienstgeltt gehept, den tisch und zway klaid. Vermaint, M. G. F. soltt im den soldt gebessert habenn. Das woltt s(in) f(ürstlich) G(nad) nit thůn. Also

von uns abgschaiden, vil schuld verlaßen. Fragt im M. G. H. nichts nach. Ich woltte och gern hören, wie m(ine) herren mit den von Aptzell verainigt wären. M. G. F. graf Jörg ist fast ylentz verritten in postswis mit 15 ringen pfärden, zwen tross; die ainspannigen und schwären geul laßen ston. Hoff zů gott, fröd ze haben an ire zůkunft; dann sin Gnad gantz mit fröden abgschaiden. Was der 5.*Augusti. S. G. hatt verlangen, üch ze sechen und hören. Gott verlich im gelück. Es ist by üns ain red geweßen, der kunig von Franckrich hab 20,000 aidgnoßen begert ins Mailand; möcht etwas bedütten. Hertzog Ůlrichs secretarius ainer schribtt mir, als er jüngst in gschäfften zů Augspurg gwest, die sag, der kunig von Engenland sey abgefallen, martire und zwing die priester von eewiber, widerum zů der mess; villicht die ursach sin, das k. Mt. sin tochter zur ee neme. Wir könnens aber bey uns nit globen. Schribt och, das 300 oder mer pfarren in Saxen ledig seyen; konnen kaine prediger überkomen. Ich vernim och, der lieb, trüw diener gotz Ambrosius Blarer schaffe vil gůtz zů Augspurg. Zů Baßel ist der span undern predigern, der grados (!) zů promoviern, och abgelaint; also das die oberkait darinn hatt handlen můßen und nachgeben. Welche gradum annemen wellen, nit verhindern; sol frey sin; welchers begert, sol im geben werden. Zů Colmar ist ain gwaltiger Predigermünch, der Christum trülich prediget. Ich hab in gehörtt zů Rappoltzschwir. Der gantz rath handthapt in. Hatt drümal zů Enßheim vorm regiment prediget; ist zwaymal vertriben worden des evangeliums halb und offenlich geredt: werd er noch 1 mal vertriben, so well er die kutten an ain boum hencken. Also wirbt der rath gen Rom umb ain dispensation; kompt bald. Ist im von predicanten geraten worden, gůtter hoffnung, Schletstatt und ander stett och hernach komen. – Der hailig falsch prophett ist gfangen gelegen; wais nie, wohin verwißen; sin armen bettel (etwas by 7 oder 8 tusent francken) hinder im gelaßen. Sin leben ist zů Strasburg getruckt ußgangen. Jörg Kell uff dem spittal zů Altstetten hats; so irs vor nit haben, finden irs vertütscht by im. 2 tag vor dato dis brifs hatt M. G. F. ain predicanten in Savoy geschickt nach predicanten in die landtschafften. S. G. versicht alle flecken und grosse dörffer mit getrüwen schůlmaistren. Wan yenen ainer bey üch wäre, den welt ich fürderen in ain schön, rich dorff, ½ mil von Colmar. Baschon Rugkensperger hatt 1 jar ob 50 gulden gehabt; hatt

gelept, das er geurlopt, und yetz by aim bapstischen edelman ain huß-knecht worden zů Rapperschwil. Ist altag voll wins schier. Woltt, wan der Gebettinger onschuldig von M. G. H. erfunden wurde, wolt im bessers dann 60 guldin verschaffen. Ich was umb Margarethe zů Brysach. Da hort ich jamer vom gmainen mann. Si haben Iohannis műßen schweren, an kain lutherische predig nimermer zů gon (dann glich enet der Rinprug ists mins G. F.; da ist ain pfar als witt von der statt, als ans Linsenbůl; ist al Sontag ain gros volk hinuß geloffen); zům andern alle Lutherischen uß dem rath und empter entsetzen und kainer kain kind ze schůl und handtwerck thon, da man lutrisch sey; wo sy darby sind, bin aiden haim berůffen. Haben kain zůflucht mer, dann gen Colmar; loffens ist zwo mil. Was daruß wirt werden, wirt man, ob got wil, bald innen. Verzich mir euwer Lieb; ich kan nit anderst; min hertz ist üwer. Hiemit wellend mich üch bevolhen haben. Der ewig gott erhaltt euch, bekrefftig tag sin werck in üch angefangen. Amen. Grůßen mir alle herren und brůder. Es last üch min hußfrow alle seer grußen. Der herr sey mit uns allen. Amen. Datum zů Mümpelgart, 9. Augusti, anno 39.

E(wer) alzit williger *Johans Vogler*,
F. G. von *Wirtenberg* diener und caplan etc.

Dem hochgelerten, erßamen und wyß hern Joachim von Watt, doctor, burgermaister zů S. Gallen, minem lieben hern und fründ.

[1]) Vgl. IV, Brief 528, und oben, Brief 799.

1069. IV 287.

Johannes Oporin[1]) an Vadian.

Basel. 1539. August 26.

Er verdankt die rasche Zusendung der Bücher aus Bologna und wird gern auch in Zukunft den vom Überbringer geforderten hohen Preis bezahlen, wenn die Zusendung rasch erfolgt. Er sendet den gewünschten Aristoteles für einen Freund Vadians zu einem ermässigten Preise. Der Streit unter den Brüdern ist — wenn auch nicht ganz beigelegt — doch gemildert. Die Grüsse Vadians sollen gelegentlich bestellt werden. Myconius ist ins Bad gegangen.

S. Recte fecisti, doctissime Vadiane, magnoque adeo officio me tibi denuo devinxisti missis ita repente libris illis Bononia allatis. Quamquam enim, ad nos quod attinet, non ita necesse erat festinare, tamen, quia in dies Arlenium ipsum exspecto[a]), malo omnino, libros ante quam post ipsius adventum ad me missos esse. Forte enim operæ pretium[b])

quoque erit non leve, ut illos apud me reperiat. Conveni cum baiulo et dedi florenos duos. Tantum enim petiit neque voluit minus accipere, quod etiam vacuo tantundem a vobis numerari solere, cum huc aliquis mitteretur, plane affirmaret. Sed quales tamen cunque expensæ sunt, non piget fecisse neque etiam deinceps pigebit, modo ita probe semper, ut hactenus, curentur ad me quæcunque et in tempore; et sane, quo minus etiam illis graver, facit, quod ad literarum tuarum calcem addis, quicquid Bononiam curandum in posterum misero, sine magno sumptu ac gratuita etiam vectura te nobis curaturum. Atque pro eo vicissim etiam me meamque operam omnem tibi polliceor, mi Vadiane, adnitorque pro virili, ne pro tam multis in me subinde collatis a te officiis unquam ingratum experiare. Mitto Aristotelem, de quo scribis, quem quia amico petere te significas, numerare eum tibi florenos duos cum floreni quadrante iubebis; aliis autem carius quoque venditur, nempe florenis duobus cum dimidio. De libris, quos ad proximum Septembrem edituri sumus, arbitror me etiam antea ad te scripsisse, ut si quos inde ad te mitti velles, in tempore significares. Facies igitur hoc ipsum, cum libuerit, et tuo in nos quoque iure libere, quemadmodum facere etiam nos vides, utere. — Contentio inter fratres sopita nonnihil est; sed emicant subinde novæ veluti scintillæ, ut periculum sit, a captiosioribus[c] quibusdam aliquando magnum incommodum datum iri. Curabo autem diligenter, ut, quibuscunque salutem adscribis, per occasionem intelligant. Iam enim statim curare non licuit, cum crastino abire properet tabellarius. Resalutare autem iussit Grynæus diligentissime, cui soli legere admonitionem tuam licuit. Myconius nuper ad Thermas abiit. Orabimus dominum, ut offensiones omnes tollat ex ecclesia sua et nos ad voluntatem suam servet. Amen. Vale, doctissime Vadiane, meque redamare, quamvis longe imparem, quæso, ut cœpisti, perge. Basileę, 7. Kalendas[d] Septembris 1539.

Tuus ex animo *Ioannes Oporinus.*

Salutabis meo nomine Ioannem Keslerum.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, Sangallensium consuli dignissimo et amico observandissimo suo.

Sangalli.

a) „exp-". — b) „c" für „t". — c) „capitos-". — d) „Cal-".

[1]) Vgl. oben, Brief 943.

1070. IV 288.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1539. August 26.

Er kündigt die Übersendung mehrerer Exemplare einer neugedruckten Schrift Vadians an. Bericht über die Beseitigung der Bilder und Altäre und Einrichtung von Schulen im Gebiete des Fürsten Georg und Gerücht über den Abfall des Königs von England vom Evangelium.

Gratiam et pacem a domino. Impressus est liber tuus, Vadiane doctissime, quemadmodum vides; nam exemplaria aliquot mittit typographus[2]). Ego vero pro laboribus et inscriptione maximas ago gratias. Credo enim felicem me esse, qui ingentis boni per te auctor[a]) fuerim studiosis. Dominus rependat tibi; tanta enim in me beneficia[b]) effundis, ut ipse remunerare non possim. Interim totus tuus ero. Curabitur res tua Badenæ. Alioqui quod scribam, non habeo, nisi quod Voglerus nunc e Rychevilla scribit, principem Georgium superioribus diebus idola et aras missatorias in comitatu suo prorsus sustulisse et scholas aliquot instituisse etc.; ob quæ ego gratias domino agendas censeo. Ad hæc fama est, regem Anglorum defecisse ab evangelio et rediisse ad vomitum, idque propter connubium nescio quod propterque affinitatem cum Cæsare Carlo initam. Dominus faxit, ne vera attulerit rumor. Exspecto[c]) ego literas et adolescentem ex Anglia. Is ubi appulerit, perscribam rem omnem. Tu bene vale cum tuis. 26. Augusti, anno 1539.

Bullingerus tuus.

D. Ioachimo Vadiano suo, domino colendissimo.

a) „author". — b) „t" für „c". — c) „Exp-".

1) Vgl. oben, Brief 730. — 2) Gemeint ist die von Bullinger im Juli 1539 bei Froschauer herausgegebene «Orthodoxa et erudita D. Ioachimi Vadiani epistola, qua hanc explicat quæstionem: an corpus Christi propter coniunctionem cum verbo inseparabilem alienas a corpore conditiones sibi sumat. Accesserunt huic D. Vigilii, martyris et episcopi Tridentini, libri V etc.»

1071. IV 290.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1539. August 30.

Er sendet Schriften, die ihm zum Lesen gegeben worden sind, weil er glaubt, dass es Vadian erwünscht sei, davon Kenntnis zu nehmen.

S. Casu in illos libellos incidi, qui mutuo dati michi sunt, donec perlegerem. Cum igitur epistolam eiusdem argumenti scripseris, putavi me tibi rem gratam facturum, si ea lege ad te mitterem, qui (!) michi con-

tigerunt. Fuisset istud fortassis maiore fructu factum, si ante editionem[a] epistolæ tuæ contigisset. Novarum rerum nichil habemus, excepto quod in hac scheda ex Augusta ad nos missa continetur. Vale. 30. Augusti 1539. T(uus) *Iohannes Zvick.*

Clarissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, reipublicæ Sangallensis ornamento, domino et patrono meo singulari.

a) „ędit-".

¹) Vgl. II, Brief 152.

IV 220.

1072.

Bernhart Magnoald[1]) an Vadian.

Burg. 1539. September 9.

Er entschuldigt sich, dass er die gewünschten mittelalterlichen Chroniken bisher nicht habe schicken können und sendet dafür als Geschenk eine Münze mit dem Bilde Karls des Kahlen. Er bittet um Zusendung der Chronik oder Geschichte Vadians, die wohl bald erscheinen werde.

S. P. Velocius, quam asparagi coquuntur, conatus sum ad te literas dare, pręceptor ornatissime, quas tu ut non boni consulas (quæ[a]) tua humanitas est), nequaquam dubito. In tuis ad me literis exemplaria expetis (iam enim familiarius tecum loquor) ad te mitti vel medię ætatis chronicorum, quippe quę[a]) magno usui ad tuum institutum possent esse tibi; quod quam cupide fecissem, si fieri potuisset, vix dici potest. Obstitit tamen hactenus vel sinistrum fatum vel quorundam stupidissimorum monachorum arrogantia[b]), inscitia[b]), protervitas et insolentia[b]). At ut cognoscas adfectum ad te meum, insignis pręceptor, munusculi vice ad te (his inclusum literis) misi numisma hoc Caroli Calvi imperatoris imaginem adfabre repręsentantem (!), non dubitans, quin a paupere clientulo, magnifice patrone, grato accipias animo. Legisti enim iamdudum apud Plinium in magnę[a]) historię prologo, rusticos multasque gentes diis lacte molaque tantum salsa litare, quum non habeant tura[c]), et id fortassis his gratius[b]) est. Cupidissime exspecto[d]) chronicam seu historiam tuam, quam non dubito quin in brevi emissurus sis[2]). Imparti tuum Magnoaldum exemplari, per Musas precor[e]), simul et apologia ad Ioannem Camertem[3]), communem pręceptorem nostrum, edita[e]). In literis ad me missis humanissime admones, ut tibi rescribam, pollicens te haud lente ad mea responsurum. Spero te temporis aliquantulum a gravissimis negotiis[b]) suffuraturum tuis, quo id in effectum deducas. Vale et Ioannem Kess-

lerum (licet facie ignotum), trilinguis eruditionis[b] Sangalli moderatorem, meo nomine plurima imperties salute, obnixe rogo. Iterum vale. Ex Burck, quinto Idus[f] Septembres, anno a Christo nato MDXXXVIIII.

Tuus *Bernhardinus Magnoaldus, Vinda.*

Ornatissimo ac eruditissimo viro Ioachimo Vadiano, medicinę doctori et poetę laureato, domino ac pręceptori suo colendissimo.

a) „e" für „ę". — b) „c" für „t". — c) „thura". — d) „exp-". — e) „ę" für „e". — f) „Ydus".

1) Vgl. oben, Brief 976. — 2) Weder eine Chronik, noch eine Geschichte Vadians ist bei seinen Lebzeiten im Druck erschienen. — 3) Die der 2. Auflage des Pomponius Mela (1521) beigegebene Auseinandersetzung Vadians mit Camers; vgl. die Einleitung der «Antilogia» von Camers (1522).

1073. IV 295.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1539. October 8.

Er verdankt einen Brief Vadians und die Erlaubnis zu dessen Verwendung. Der Anhang Schwenkfelds. Dank für die Aufnahme seiner Frau in St. Gallen. Einnahme Neograds durch die Türken.

Salus et pax Christi.

Pro literis tuis non possum satis agere gratiarum; sed res ipsa aget gratias, quandoquidem summas merentur, qui hoc pacto ecclesiam iuvant. Quam vero arrideant istæ Dignitatis tuæ literę, non facile dixerim. Videris enim michi acutissime tetigisse et scopum et ingenium et rationes novę istius sectæ; cumprimis vero placet, quod in prioribus literis permittis, ut posteriores istæ tuæ per me etiam aliis usui esse possint. Perquam necessarium enim michi videtur, præmonere omnes et dehortari ab his tam nocentissimis studiis. Communicabo igitur illam inprimis Ambrosio, communi amico et fratri nostro[2]). Schwenckfeldius enim cum Binderlino quodam nuper Augustam advolavit; quo animo, nescitur etiamnum. Habet autem undique suos Męcenates[a]), quos mira sanctitate vitæ multisque eloquentiæ præstigiis dementat mire, ut sciam, valde me rem gratam consobrino meo facturum missa illa tua dignissima epistola. Sed quid, si boni quique edendam[b]) putarent, idque communi ecclesiæ et studiosorum bono?

Uxorem neglectam abs te non est quod conquueraris, cum plus quam decenter illam exceperis. Præceperam quoque ei, ut quam posset fieri lateret, ne quid negotii faceret cuivis. Audio tamen, nichil minus factum esse, atque hęc una causa est, quominus ego amicos et ecclesias invisem (!).

Sed tu in domino Christo bene vale. Novi nichil habeo; certum tamen est, Novum Castrum valde magna sanguinis effusione devictum a Turca. Datum Constantiæ, 8. Octobris 1539.

T(uus) *Iohannes Zvick.*

Eximia pietate et prudentia ornatissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, domino meo ac fratri sincerissimo[c]. S. Galli.

a) „Mecęnates". — b) „ęd-". — c) „sync-".

[1]) Vgl. II, Brief 152. — [2]) Es handelt sich dabei wohl um die 1540 (August) bei Froschauer gedruckte « D. Ioachimi Vadiani . . . ad D. Ioan. Zviccium epistola etc. Accessit antilogia ad . . . . dom. Gasparis Schuenckfeldii argumenta ».

IV 298. 1074.

Freiherr Georg von Hewen[1]) an Vadian.

(Tuttlingen.) 1539. October 30.

Der Anstand mit den Erben Christian Fridbolts.

Erenvester, fürsichtiger, lieber her und fründ, üch sig min früntlich, wilig dienst zůvoran. Myr zwifelt nit, ir tragen gut wisen, wie Cristen Frydpolt seligen erben und ich in span sind, och was ich mich bißher gegen üch und den erben erpotten und bewilig(t) hab. Nun vernim ich von Jacob Grubel, das die erben zů Rapenschwil by Hanß Juncker erben gewesen. Haben die selben erben Cristen erben angezaigt, das sy mir den harnest wider geben welen. Und uf solchs haben deß Cristen erben den gerichtswaibel welen schicken und mir zů dem haft verkünden lasen. Nun bin ich alweg urpüttig gewesen, mich gůttlich mit den erben zu vertragen; wo aber die gůtlichait nit verfacht, welle ich inen deß rechten nit vor sin. Ist herin an üch, als ain min lieben heren und fründ, min früntlich pit, ir welen zwischen mir und den gemelten erben an guttlichen tag ainsetzen. Wo aber die gůtligkait nit verfacht, glich daruf von üch, ainem ersamen, wisen rat, an rechtlichen (!) spruch geschehen sol, doch vor nestkünftig sant Niclaß tag nit, und mir solche tagsatzung by ziett anzagen laßen. Und thon mich hiemit üch befelchen. Nüwe zietung was ich noch kain grund zůzeschriben. Jacob wirt üch, was hie landleufig ist, anzagen. Datum aim 30. des Octobers, anno 39 etc.

Fryher *G(eorg) von Hewen.*

Dem errenvesten und fürsichtigen, hochglerten Johaim von Wat, doctor, burgermaister zu Sant Galen, minem lieben heren und fründ zu handen.

[1]) Vgl. oben, Brief 868.

1075. IV 299.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1539. November 4.

Er bittet Vadian um seine Verwendung bei dem Vater des Überbringers, damit dieser die Mittel erhalte, den Studien nachzugehen.

Salus et pax Christi.

Quid præsentium lator a parente sit petiturus, ipse narrabit; tu vero pro insigni tua humanitate eum iuvare digneris. Parens, ut audio, mallet filium forte Marti deditum et armis; filius autem mavult sapere et habet apud nos occasiones, modo pater illi aliqua pecuniæ summula non desit. Ea in re igitur diligentem intercessorem te velim. Rescripturus quoque ad priores meas literas habes hunc tabellionem. Vale. 4. Novembris 1539.

T(uus) *Iohannes Zvick.*

Ornatissimo prudentissimoque viro D. D. Ioachimo Vadiano, domino meo et tanquam fratri charissimo.

Sangalli.

1) Vgl. II, Brief 152.

1076. IV 300.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constans. 1539. November 5.

Er bittet Vadian, seinen Brief gegen Schwenkfeld zu veröffentlichen, damit dessen Anhang nicht noch grösser werde.

S. Exspectandum[a]) putas, donec Schwenckfeldius effuderit, quod veneni alit in animo; id quod ego quoque sentirem, nisi intelligerem, bonos quosvis, quamquam simpliciores, editis[b]) præludiis istis mire inescari. Operæ pretium igitur esset, etiam præludiis quibusdam monere bonos et simul occasionem quoque dare ipsi Schwenckfeldio, ut exspueret[a]), quod gerit in sinu. Causa vero, cur per te istud vellem fieri, hæc est: primum, quod intelligam, te habere in promptu, quicquid ad discutiendam istam opinionem poterit facere; deinde quod tu in nullo sis ecclesiæ ministerio, quantum ad cathedram adtinet, ille vero iam non paucis annis exspectarit[a]) occasionem tractandi nos, ut ille quidem putat, pro merito. Mitto igitur epistolam tuam revidendam, in qua paucula subduxi calamo, quæ omissa[c]) vellem. Utuntur enim me familiariter Schwenckfeldiani quidam ob senecionem illum Wilhelmum a Zel-

liis, qui mecum est et quem venerantur, quod illi Schwenckfeldius valde charus sit. Nollem igitur illos scire, quæ ad me scriberent tuta non esse, quamquam interim me cogit publica ecclesiæ charitas, ne omnino celem, quæ nocitura bonis intelligo; et mallem certe, sic institui argumentum epistolę tuæ, quasi tecum ego cœperim[d] de hac opinione conferre et tu meis potius quam alienis rationibus sive argumentis respondeas. Remissam vero epistolam (qua plane carere nolo, mi frater) nemini indicavero, nisi Frechto et Ambrosio. Quid illi de ea sint iudicaturi, tu scies, priusquam quicquam statuatur.

Tu vero ne diutius æquo me frustraveris, et servet te Christus. Constantiæ, 5. Novembris 1539.

T(uus) *Iohannes Zvick.*

Integerrimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, patrono singulari. Sangalli.

a) „exp-". — b) „æd-". — c) „ommissa". — d) „cep-".

1) Vgl. II, Brief 152.

Staats-A. Zürich. E. II. 342. 98.

1077.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1539. November 5.

Dank für Briefe und erfreuliche Aussicht auf Bücher. Bedauern über die kriegerischen Erfolge Barbarossas. Eine Zahlung der Witwe Kubli. Die Pest in Worms und Basel. Tagsatzung in Baden. Empfehlung des Überbringers, eines Franzosen.

Gratiam et vitæ innocentiam a domino. Pensasti binis literis, iisque copiosissimis, vir clarissime, quod hactenus deesse querebar[a]). Dominus sit merces tua; tot enim me beneficiis[b]) etiam oneras, ut nunquam sim remunerando. Pollicitus es commentarios locupletiores a te factos in Melam, qua re mirum quam exhileraveris. Plus autem alii duo, quos nosti, libri delectant, tametsi nondum visi; tam enim adlubescit argumentum; præterea novi ingenium felix et quanta cum eruditione id sis tractaturus. Dominus augeat tibi spiritum suum. Indolui vehementer lecta Barbarossæ in re militari felicitate; sed video principum nostrorum ignaviam et impietatem talia mereri; immo[c]) cogor, atrociora aliquando, vereor, audire. Vidua illa Kublia hos, quos vides, aureos decem numeravit in Urielis pueri sumptus. Aegre illos extorsi nec semel desperavi; tandem accepi. A Wormatia scribit hisce diebus Leonhartus Fonteius, contionator[d]), pestem graviter sævire[e]) in cives et sublatos esse e senatu tyrannos

aliquot, itaque usum se esse occasione oblata et suadentibus multis piis parasse cœnam domini ecclesiæ, quæ ipsam miro applausu exceperit. Rogat itaque in literis, Deum oremus, ut, quod cœpit, confirmet et afflictorum gravissima peste misereatur. Basileæ quoque cœpit illa incrudescere, ceu questus[a] est datis ad me literis Grynæus. Vereor, Myconii uxorem iam excessisse. Fugierunt (!) ad nos studiosi aliquot, præsertim Grynæi convictores. Quamdiu dominus id teli non in nos quoque vibraverit, ipse novit. Res alioqui nostræ bene habent, gratia domino. Comitiæ celebrabuntur feriis Martini Badenæ; quod nosti, reor. Commendo tibi hunc Gallum, virum optimum et exploratum; civis nostri filiam duxit Ottmari Schrybers. Tu me ama, ut soles, et frequenter literis interpellabis, quæso. Vale et cacographiam boni consule; excidit valetudinario etc. 5. Novembris 1539.

Bullingerus tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, domino suo colendissimo.

a) „æ" für „e". — b) „t" für „c". — c) „imo". — d) „conc-". — e) „e" für „æ".

1) Vgl. oben, Brief 730.

1078. IV 301.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1539. November 21.

Er teilt Vadian die brieflich geäusserten Urteile des Martin Frecht und Ambrosius (Blaurer) über Vadians Brief gegen Schwenckfeld mit und ermuntert ihn, in seinem Wirken fortzufahren unter Berufung auf eine Stelle bei Erasmus. Mitteilung einiger Pasquille gegen Papst Paul III.

Salus. Pollicitatio fænoris[a]) exspectationem[b]) facit michi tolerabiliorem[c]); quam vero Frechtus quoque epistolam tuam exspectet[b]), intelliges ex literis optimi viri, in quibus sic scribit:

« De epistola doctissimi et prudentissimi Sangallensium consulis D. Vadiani revisa et excudenda ita volo, ut tua me charitas petentem audiat, ut, si unquam ea eguerim, nunc maxime opus habeam præsertim tam doctissimi et pro sana doctrina solliciti admodum excubitoris providentia. Opinor enim, fere neminem tangi zelo illo, quo in istum nobilem sectarium opus esset istis præsertim, quos exedit zelus domus dei; adeo frigide et ignaviter agitur hac tempestate, qua oportebat mire dissipatam ecclesiam Christi ędificare, hoc est gladio una manu propellere turbatores ędificii Christi et altera manu retinere socios in officio[d]) etc.»

Ambrosius vero noster sic scribit: «Vadiani epistola omnino operę pretium video, ut divulgetur, nec refert, sed commodat, etiam tibi hanc esse inscriptam. Easdem quoque hic cogitationes tecum habeo, satius esse, Vadianum quam alium quemquam verbi ministrum cum Sch(wenckfeldio) committere.»

Perge igitur, ex bonorum virorum sententia iuvare ecclesiam. Habes etiam Erasmum adstipulatorem in præsenti articulo. Nuper enim, explicaturus articulum de ascensione Christi et sessione ad dexteram, incidi in explanationem symboli Erasmi, in qua katechumenus quęrit, an non Christus secundum humanam naturam æqualis sit patri? et respondet catechista: qui posset creatura par esse creatori? Quod indicare libuit ob non contemnendam huius viri auctoritatem[e]. Ceterum[f] indicem illum, de quo scribis, non invenio, nec in tota urbe nostra Ambrosius habetur Basileæ excusus, adeoque non possum te de genuinis libris Ambrosii certiorem facere.

Adscripsi tibi istuc[g] Pasquilli quędam, ex quibus Romanam penuriam[h] intelligis. Vale, et servet te Christus. Constantiæ, 21. Novembris 1539. T(uus) *Iohannes Zvick.*

Roma Paulo[2]).

Sub medico[3]) satis ægra fui, quoque præda[i] leonis[3]);
Nunc mea dilaceras viscera Paule lupus.
Non es, Paule, mihi numen, ceu ROMA putabam;
Sed lupus es, quoniam subtrahis ore cibum.

Pasquillus.

Cur sit tanta fames et tanta penuria rerum,
Dicam, si verum dicere, Paule, licet.
Non facit hoc annus, non inclementia cæli[k]
Nec minus ingrati stella maligna senis.
Qui non explentur, dum vis saturare, nepotes:
Hinc est (si nescis) protinus orta fames.

Aliud.

Papa Medusinum caput est, coma turba nepotum.
Perseu, cæde[l] caput: cęsaries periit.

Aliud.

«Dic, ut ex lapidibus istis panes fiant», — erant autem duo lapides Romę prope hanc schedam alligati. Glis quoque funiculo erat alligatus.

iuxta quem scriptum: «Paule, Paule, cur me persequeris?» Ex una etiam parte erant duo exigui panes alligati cum hac inscriptione: «Hic est panis superabundantiæ.»

Clarissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, Sangallensium consuli prudentissimo, domino velut fratri charo.

a) „fœn-". — b) „exp-". — c) „toll-". — d) „t" für „c". — e) „aut-". — f) „cæt-". — g) „isthuc". — h) „pemuriam". — i) „e" für „æ". — k) „cœli". — l) „cede".

1) Vgl. II, Brief 152. — 2) Papst Paul III. 1534—1549. — 3) Der Medicäer Leo X.

1079. IV 303.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1539. December 2.

Er übersendet Vadian eine neue Schrift Schwenkfelds mit der Bitte, sie nach dem Lesen ungesäumt zurückzuschicken. Sein Zusammenleben mit Wilhelm von Zell.

Salus. Non possum quicquam latere te, Vadiane charissime, eorum, quæ ad vindicandam gloriam Christi facere videntur. Hinc novum libellum Schwenckfeldii communico tibi, non ut tuam opinionem, immo[a]) nostram, discas ex illo firmare, sed magis, ut penitius illius hominis argumenta intelligas. Scripseram ego Wilhelmo a Zelliis quædam, cum adhuc esset Memmingæ; ea communicavit Schwenckfeldio, quæ occasio libellum istum peperit, quemadmodum ex epistola præliminari intelliges. Nunc vero Zellius, piissimus senecio, mecum est et vita apud me ex insigni charitate urbis nostræ defungi statuit. Is iam michi libellum consentiente Schwenckfeldio reddidit, ea vero lege, ut lectum restituam. Sic, utcunque in magno periculo sim, si ille ad te datum sciret, tu tamen ea fide es apud me et sic me urget opinio illa, ecclesiæ denique unitas, ut non potuerim apud me continere. Proximo autem quovis tabellione remittas; incertus enim sum, qua hora sit commensalis ille meus repetiturus. Deinde in epistola tua, quam exspecto[b]), ne quid sic misceas, unde intelligere posset Schwenckfeldius, a me tibi libellum transmissum. Urgendus autem meo iudicio[c]) videtur Schwenckfeldius, quod verum hominem, qualem fatetur Christum, a creatura distinguit, qualem negat Christum; deinde quod non multum abesse videtur a sententia eorum, qui negant, Christum ex ipso virginis semine natum, utcunque neque virginem neque virginis semen creaturam fuisse negari potest. Sed valeat Humanitas tua in sancto spiritu diutissime. Epistola tua de lacu nostro[2]) reddita est. Ego autem cuperem, re magis quam verbis

gratias tibi agere. Iterum vale. Ex Constantia, quarto Nonas Decembris 1539. T(uus) *Iohannes Zvic.*

Prudentissimo reipublicæ Sangallensium consuli D. D. Ioachimo Vadiano, patrono meo singulari.

a) „imo". — b) „exp-". — c) „t" für „c".

[1]) Vgl. II, Brief 152. — [2]) Etwa ein erster Entwurf des später als Kapitel 9 des fünften Buchs in Stumpfs Chronik übergegangenen Tractats: «Von dem Oberbodensee»?

1080.

Landammann und Rat zu Appenzell[1]) an Vadian.

IV 302. *(Appenzell.) 1539. December 3.*

Sie müssen dem eingeleiteten Rechte den Lauf lassen.

Unnser früntlich, wilig dienst und waß wir eren und gûtz vermogen, ale zit zûvor. Fromer[a)], ersamer und wiser glie(b)ter her, üwer schriben haben wir verstanden, und in ü(wer) e(rsam) W(ishait) beger, ain antwart (!) by disem boten zû schicken, so konen wir nit witer zûschriben, dan daß wir unsren boten in befelch geben, daß recht zû bruchen und zû folfüeren; dan daß formall von großen raiten und gmainden veranlaset ist, konen wir mit disem rat nüt umbkeren. Darnach mogen ir üch dester baß wisen zû halten; dan unserß beger nit witer raichen soll, dan waß zû recht darumb erkent und gesprochen wirt. Datum uff Mitwuchen nach sant Andraß tag, anno domini XXXIX. jar.

Landtaman und rat zû *Appennzell.*

a) „frower".

[1]) Das Schreiben betrifft jedenfalls den sogenannten Pannerhandel, über den die 12 Orte ihren rechtlichen Spruch unter dem 10. December erliessen.

Dem fromen, fürsichtigen, ersamen und wisen Joachim thocter von Watt, altburgermaister der statt zû Sant Gallenn.

IV 305. ## 1081.

Ammann Hans Vogler[1]) an Vadian.

Richenwiler (Reichenweier). 1539. December 8.

Entschuldigung seines seltenen Schreibens. Bitte um Empfehlungen an Amerbach und Hedio für einen ungenannten St. Galler. Verschiedene Nachrichten.

Min gantz frünttlich, willig dienst, was ich vermocht, willig, och vor gott um alle gûthat, mir onvergessen, schuldig. Der her sy ewig üwer, der üwer und gantzer statt S(ant) G(allen) lon. Amen. Daß ich üch nitt oft schriben, pitt nitt verargen, ursach ich weiß üwer konschaft aller zithung

(acht wol, ir wist die zusamenkomung schon von den Schmalkaldischen). Waß es geben, well(en) wir warten, dem hernn stil halten; dann es (!) wirt nitt schlaffen. Dess aber sindt ir gwiss, das ich üch in minem hertzen und vor andern offt tragen zum lob gottes, der üch erhalten.

Ittem min ghaimniß und ernstlich pitt an üch, ir welt in stille mir vertruwen und zwo fürderniß stellen für einen gûten, erlichen bürger zu Sant Gallen, üch lieb und wol bekant, dem ich, so vyl mir müglich, einen dienst thun, so ich mag, und üch uß ursach dismals sinen namen nitt sagen bis kurtzer ziten; last aber üch nit grusen. Stellen ir aber die fürschrift uff 2 personen, namlich uff doctor Amerbach zu Bassel und doctor Casper Hedion zu Straßburg, jedem besonder, keim vom andren sagen, wie disse byligende copy hierin lutet, doch mitt verbeßrung üwer, aber die sum(m)a alsso. So wil ich dann, so ir mir die selben fürschriftenbrieff, och coppygen davon, alles mir überantwurten, wil ich mitt gottes hilff nach gepür handlen. Ich waiß aber üch wol so geschickt, daß ir mich mercken. Doch in üwer hertz still bhalten und nitt laigk(en)[a]; dann ich ja einem kindt von S. Gallen gern dienen wellt.

Hieruff hoff ich zu minem gott, noch kurtz[b] üch sampt üwer lieben husfrow, tochter und magt mit froden sechen, die ir uns hertzlich grussen,

Min husfrowen ist lang im pett glegen, der mûter halben. Haben artzny geprucht by doctor Sebastien zu Collmar, ein lieber man; sicht üch glich; reden oft von üch. Hoff zu gott dem hern, die statt Collmar solle Christum annemen. Ein münch, der hell wort gottes lert.

Der win gilt im Elsas das fuder 8--9 gulden, kornn zimlich thür.

Straßburg stirpst (!) es ein wenig, alsso zu Bassel.

Ich wünschen warlich üwern und minen purstgsellen ein guten trunck; oft[c] nit den besten. Welt, das ir 2 oder 3 amer (?) hetten, die uch onversert hinuf komen möchten; welt ich allweg geben; die fürlut aber lasten nicht gantz. Pitt, ir welt mir sy alle, wie sy in der Schniderstuben im stübly gseßen, grûssen; vorab aber Othmar und die schwester, Bartlin, Daviden und andre alle üch bekant; sonderß mir ainem ersamen rat min underthangen dienst zu sagen, wo ich der stat dienen kont. Üch dem hernn ewig bevelhen.

Actum Rychenwyler im Elsaß, uff den 8. Decembriß, anno 39.

Ü(wer) gantz w(illiger) *Johann Vogler*,
schaffner zü *Rychenwyler*.

Dem hochgelerthenn, eernngeachten Joachim Vadiano, doctor und burgermeister der statt Santt Gallenn, minem gepietenden lieben hern zu aignen handen.

a) = „leichen", foppen? — b) = „nach kurtzem". — c) Ergänze: „band oft . . . ."

1) Vgl. oben, Brief 666.

IV 304.

1082.

Arnold Arlen[1]) an Vadian.

Bologna. 1539. December 13.

Er bittet Vadian, auch die beiliegende Sendung Bücher, die er durch die Schlappritzi erhalte, an Johannes Oporin in Basel zu befördern. Lob Vadians und Entschuldigungen.

Quod alias nonnumquam, ornatissime Vadiane, idem et nunc erit mihi repetendum: Ioannem Oporimum, virum humanissimum arctaque quadam amicitia iam satis pridem mihi coniunctum, pro necessitudinis inter nos iure interdum a me petere libros aliquot aut manu scriptos aut librariorum formulis expressos; quod ipsum ut libenter in tanti gratiam amici facere, ita me neminem hic ex mercatoribus habere scripsi, qui Basileam merces mitteret, qui vero Augustam in Vindelicis, Norimbergam, Francfordiam, Sangallum plurimos. Quod cum ita sit, hanc elegit viam, nihil non sibi de humanitate D. Vadiani pollicens. Hanc itaque mitto sarcinam per Slabritios vestros, rogans, ut, quod antea sępe pręstitisti beneficium, id iam quoque in te claudi non sentiat Oporinus noster. Pretium, quod pro vectura dabis, bona fide rependet. Hæc non ut diffidens scribo, sed quod summopere cupiam hominis integerrimi studia, quo id possim modo, et promovere et iuvare. Ad hæc næ ego plane ineptus essem, qui D. Vadianum non noverim, etiamsi de facie non viderim, cum tot præclaris iam editis (auribus tuis nequaquam hoc do, sed vera pronuntio[a]) et geographicis commentariis, aphorismis theologicis, epistolis aliisque, quæ nostras etiam hic bibliothecas exornant, copiose declararit, quantum laboris ad omnes cum studiosos, tum pios iuvandum subierit, nedum interiores amicos. Quod ut semper libenter fecisti facisque, ita nos singulari beneficio adstrictos habes habebisque in posterum. Ac bene vale. Bononiæ, Eidibus Decembris 1539.

T(uæ) H(umanitati) deditissimus *Arlenius Arnoldus Peraxylus.*

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, senatori prudentissimo ac patrono honorando. Apud Sangallum.

Arlenius Arnoldus.

Sebastianus Gryphius[b]).

a) „c“ für „t“. — b) Diese zwei Namen von anderer Hand.

1) Vgl. oben, Brief 1034.

1083. IV 308.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1539. December 19.

Er bittet Vadian, in einem Streite zwischen dem Zunftmeister (?) Ulrich von Wengen in Constanz und dem Drechsler Beda in St. Gallen zu vermitteln.

Salus. Est negotii aliquid inter Huldericum a Wengen, tribunum ex nostris, et Bedam quendam, tornarium ex vestris, quemadmodum vel ex tabellario præsente vel fatre tuo intelliges. Quodsi in componendo isto aliquid potes, ne graveris pro tua humanitate laboris aliquid impendere, sed ita, ut finis fiat liti. Pudet me certe interpellare toties tuam bonitatem, ut tandem abuti illa videri possim; sed sic cogunt me charitatis officia[a]). Opto autem erga te quoque officiosum[a]) esse, immo[b]) officiosissimum[a]). Vale. Ex Constantia, 19. Decembris 1539.

T(uus) *Iohannes Zvick.*

Ornatissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, Sangallensium reipublicæ consuli, patrono meo singulari.

a) „t“ für „c“. — b) „imo“.

1) Vgl. II, Brief 152. — Vgl. unten Brief 1085.

1084. IV 310.

Benedict Burgauer[1]) an Vadian.

Tuttlingen. 1539. December 26.

Bitte um Auskunft über die Absetzung des Erasmus (Ritter). Politisches. Kornpreise. Bitte, sich eventuell beim Rate für ihn zu verwenden und ihm mitzuteilen, wer für das kommende Jahr zum Bürgermeister gewählt sei.

In deo et domino nostro æternam salutem. Desiderio maximo in dies scripta tua exspecto[a]), colendissime Vadiane. Referunt, qui abs te veniunt, commode non potuisse scribere ob occupationes tuas aut eorum, qui ad nos properant. Oro, si vacat, de Erasmo scribere, quomodo aut quamobrem ablegatus sit a functione sua et quo statuerit ministerium posse exercere. Haud dubio a tribuno plebis In Hag omnia in comitiis Badensibus percipere potuisti; a secretis eius fuit singularisque eius Mæcenas. Demum quid ab electore Brandenburgensi certi scias, rogo, me certiorem facias. Audio, Cæsarem in profectu Pa-

risius (!) convenire velle cum Gallorum rege, procul dubio parum de religionis nostræ pace tractaturi. At cor regum in manu domini. Nihil apud nos novi, præterquam frumenta incipiunt multo pretio non posse emi. Si empta a me servasses et non plus æquo prudentia tua timuisset, ultra 70 florenos ad præsens lucrari potuisses. At avenam vendidisse, speltas reservasse audio. Sunt qui arbitrantur, ante pascatis festum 1 maltrum non posse hic in Tuttlingen posse tribus florenis persolvere posse. Verum domini est, annum caristiæ in annum benedictionis convertere posse. Alterum, quod iniunxi: tu cum Ůlrico Hohrütiner, senatore, pro commodo et honore meis apud senatum in eventum laborabitis. Responsionem, cum commodum fuerit, exspectabo[a], meique sis memor, ut confido. Saluta nomine meo coniugem tuam et filiam cum Barbara famula. Ex Tuttlingen, 26. Decembris, anno 1539.

B(enedictus) Burgower tuus.

Scire desidero, quis in consulem futuri anni sit electus, etc.

Amplissimo doctissimo D. doctori Ioachimo Vadiano, consuli Sangallensi, domino et amico colendissimo.

a) „exp-". — Durchwegs „e" für „æ", „c" und „t" sind nicht mit Sicherheit zu unterscheiden.

1) Vgl. I, Brief 22.

IV 312.

1085.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1539. December 29.

Der Streit zwischen Meister Ulrich (von Wengen) und (dem Drechsler) Beda.

Günstiger, lieber herr doctor, uff üwer schriben hab ich mit[a] maister Ůlrichen ghandlet, und entlich begert er, das ynn der Beda quittieren welle nach lut hie ingelegter quittantz, und sinem knaben die klaidle schicken; so will er yn hinwiderumhe och glicher gstalt quittieren und mir die selbig quittantz überantwurten. Hierinn wellind ir und üwer brůder das best thain, damit die sach zů friden kome. Die quittantz mögend ir mir zůschicken, so will ich sy nit von handen geben, bis das ich maister Ůlrichs och hab. Gelts halb hab ich gar nichts könden noch mögen an ym ghaben. Sorgen och übel, wo Beda die quittantz nit schickte, er wurde selbs hinuff und etwas anfachen, das besser vermitten. Hiemit syend ir der gnad gottes befolchen. Datum 29. Decembris 1539.

E(wer) E(rwird) williger *Iohannes Zwick*.

Dem erwurdigen herr Joachim von Watt, doctor und burgermaister zu Sangallen, minem gantz günstigen herren.

a) „mit“ irrtümlich wiederholt.

1) Vgl. II, Brief 152, und zum Inhalt den Brief 1083.

1086. IV 314.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1540. Januar 2.

Er sendet eine Geldsumme mit der Bitte, sie seinem Schwiegervater als auf Pfingsten rückzahlbares Darlehen zu übermitteln und sich den Empfang vor Zeugen bestätigen zu lassen, um allfällige spätere Händel zu vermeiden.

Gratiam et pacem a domino per Iesum Christum, servatorem nostrum.

Quod te in tuis negotiis[a)] sæpe interturbo, vir doctissime, molestusque adeo sum, boni consules, spero, quum audies, qua causa id fiat. Scripsit nuper ad me socer meus, qui mihi merito charus est, ut mutuo ei darem sex aureos, reddendos ad festum pentecostes. Non potui interim respondere ei, unde fortassis invitum suspicabitur me ad hanc rem. Sed non factum est hoc negligentia, sed consilio et quod non commodus occurreret nuntius[a)]. Nihil enim, quod in mea est facultate, illi negaverim, cui omnia debeo. Mitto ergo tibi quatuor coronatos hos cum Alexio Knobloch, ut tu eos nomine meo illi des utendos ad constitutum tempus, quod ipse pręstituit; ea vero condicione[b)] des, ut coram te et, si videtur, alio bono viro quopiam vel eo, cui pecuniam hanc dedi et qui perfert, adhibito fateatur, sese illos a me accepisse mutuo. Dicas fortasse: non fidis bono seni? Maxime fido et plane scio, si vixerit, non fallere fidem. At mortuus interim si fuerit — scis tu, doctissime vir, quam miris artibus homines quidam utantur — fortasse filius aut heredes[c)] alii dicturi essent post obitum, vel nihil me dedisse ei vel donasse. Caveo ergo hisce tranquillitati et meę et illorum, ne cogar pro meis rebus inimicitias aut lites recipere et simul pecuniam et quietem perdere. Volo ergo te testem huius rei adhibere, ne quispiam mihi negotium[a)] facessat. Curta nimis alioqui est supellex[d)] nec opus, ut quispiam aliquid accidat. Tu vale, doctissime vir, et hac in re mihi gratificare. Habebis me posthac pro voto obsequentissimum. Ex Tiguro, secunda die Ianuarii 1540.

Leo Iud, tibi deditissimus.

Doctissimo ac integerrimo viro D. Ioachimo Vadiano, amico et patrono inprimis colendo.

a) „c“ für „t“. — b) „t“ für „c“. — c) „hęr-“. — d) „supp-“.

1) Vgl. III, Brief 370.

IV 315.

1087.

Johannes Oporin[1]) an Vadian.

Basel. 1540. Januar 2.

Er bezeugt seine Freude, dass Vadian die Absicht habe, den Pomponius Mela neu herauszugeben; er wünscht, dass diesem noch der Solinus beigefügt werde, und sendet die Scholien des Olivarius zu Mela. Er verspricht, allen Fleiss auf die Ausgabe zu verwenden, wenn Vadian sie ihm anvertraue. Dringende Bitte, die Büchersendung des Arlen ihm ohne Verzug zuzusenden. Umtriebe gegen Grynæus und ihn.

S. Libenter equidem audio, quod scribis, te ad recognoscenda tua in Melam commentaria adiecisse animum, quo emendatiora aliquando edantur, et dudum id certe, ut faceres, cupiebam; id quod scire etiam potes aut meminisse potius, quam te sedulo ad id tandem aliquando præstandum, cum hic ante biennium esses, hortatus fuerim. Itaque addebam etiam alterum illum, Solinum nempe, uti per otium[a)] in ipsum quoque aliquid annotationum nobis ederes, a quo non ita multum abhorrere te intelligere mihi videbar. Verum quia hactenus forte non licuit ob graviora quædam[b] negotia, si deinceps liceat, etiam atque etiam adhuc a te summis precibus contenderim, ut, a Melę recognitione liberius otium[a)] nactus, horas aliquot Solino quoque impendere ne graveris, magnam hercle gratiam non apud me solum, sed omnem etiam studiosorum posteritatem initurus. Mitto interim scholia illa Olivarii in Melam, quę an digna tamen sint, in quibus perlegendis occupere, ipse facile æstimabis. Audio tamen, eadem illa scholia, ab ipso Olivario iam denuo recognita, nunc quidem Lutetiæ recudi cum luculenta accessione; itaque exspecto[c], uti et ad me, quamprimum absoluta fuerint, mittantur. Accepta igitur uti etiam ad te quamprimum mittantur, curabo sedulo. Quod reliquum est: valde me oblectavit, cum commentariorum tuorum in Melam excudendorum spem mihi facere videris atque, uti morem in hisce tibi geram, confidere te ais. Faxo igitur, clarissime vir doctissimeque ac humanissime mi Vadiane, si nos illorum editione dignatus fueris, ut voluisse nos tibi gratificari liquido intelligas. Superest, ut te etiam vehementer exorem de fasce quodam librorum, quem Arlenius noster ex Bononia nuper se per vestros mercatores ad me mittendos (!) curasse iam denuo scripsit. Quodsi maior fuerit, quam ut portari commode ab aliquo baiulo ad nos possit, quæso te, ne graveris, de alio nobis circumspiciendo, qui advehat, curare. Scio maiorem te et esse et mihi quoque existimandum, quam a

quo huiuscemodi nugas petere æquum sit; sed quando nemo apud vos alius est, a quo tale quid petere ausim, et ita te hactenus officiosum ac benevolum erga nos declarasti, non dubito, subinde familiaritate istac tua, quamlibet etiam improbe, abuti. Vale, clarissime vir et amicorum princeps. Basileę, postridie Kalendarum[d] Ianuarii 1540.

Ioannes Oporinus, tuus ex animo.

Turbam illam, qua nos hic a nihili homuncionibus ob rem nihili vexamur, de doctoratus et magisterii gradu Grynæo[b] et mihi atque aliis quibusdam etiam invitis obtrudendo aut lectionibus publicis, nisi pareamus, arcendo, audivisse te vel a Tigurinis iam puto. Vereor certe, ut Grynæus una cum aliis bonis aliquot alio migraturus sit, si ita pergat cacodæmon vexare nos et novas subinde tragœdias excitare. Sed vereor quoque, rem literariam nihilo tamen melius apud nostros habituram, etiamsi Grynæum meque et quosdam alios improbi quidam pepulerint hinc. Dominus nos liberet a tentatione graviori aut vires, quominus succumbamus, laborantibus suppeditet. Amen.

Quodsi offeratur mihi tolerabilis etiam condicio[e] alibi, quales aliquot hactenus non semel recusavi, non equidem dubitarim, quemvis etiam locum præferre patrię. Sed hæc in sinum tuum, optimi amici ac prudentissimi viri, effundere libuit. Quæso, ignosce ac bene vale dominumque pro nobis ora.

Clarissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, Sangallensium consuli dignissimo, amico et domino perquam colendo suo.

a) „c" für „t". — b) „e" für „æ". — c) „exp-". — d) „Cal-". — e) „t" für „c".

1) Vgl. oben, Brief 943.

1088.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian. IV 316.

Zürich. 1540. Januar 2.

Bullinger berichtet, dass er mit seiner Schrift über die Ehe beschäftigt sei und zwar in deutscher Sprache, weil für die Deutschen bestimmt. Er gibt den Hauptinhalt der Schrift an und versichert, dass er niemandes Namen offen oder verdeckt berühren werde. Er wolle aufbauen, nicht zerstören. Er erinnert Vadian an seine literarischen Aufgaben und an die Mitteilung von Nachrichten, nachdem er nun vor den Appenzellern Ruhe habe.

Gratiam et pacem a domino. Ego in præsenti quod scribam nihil habeo, nisi quod pro virili et, quantum permittunt negotia publica et privata, in libello nostro de matrimoniis instituto pergo. Video, me et vires

meas rei tantæ et tam copiosæ impares esse. Attamen, quod dominus dedit, aliis quoque communicabo, qui, meo exemplo excitati, feliciora et absolutiora propediem dabunt. Germanice Germanis scribam. Si videbitur opus dignum et quod aliis quoque gentibus communicetur, sunt multi viri docti, qui vertere poterunt. Ego negotiis ita distrahor et ingenii corporisque imbecillitate ita impedior, ut non, quod liberet alioqui, liceat; et fortassis bene recteque sic mecum agitur, ne nimis sim officiosus.

De divortio et causis eius in præsentiarum nihil scribam. Excrescet enim hic liber plus, quam velim. Dissero autem de origine et institutione matrimonii; hinc quid sit coniugium; quid requiratur ad constitutionem iusti matrimonii; quæ causæ coniugii, qui effectus; quam item laudabiles sint nuptiæ, quam turpis et fœda scortatio ac adulterium; quam nullo iure vel divino vel humano papa ministris ecclesiæ coniugio interdixerit. Rursus disputo de deligenda coniuge, de nuptiis sanctis rite celebrandis, de primo coniugum convictu, de coniugali amore; quomodo amicitia et concordia servari et augeri possint inter coniuges; quæ officia[a] coniugum de educatione[b] liberorum etc. Institutionem enim matrimonii Germanis nostris parare studeo, Latine doctis scripsit Erasmus, Vives et alii viri docti; Germanice pauca sunt edita[b], quæ nostris admodum sint usui futura. Fortassis et mea non adeo proderunt. Quod reliquum est: securus[c] sis, volo; neminem traducam, nullius nomen attingam vel palam vel tecte. Cupio enim ædificare, non diruere. Video autem, dentatis chartis non admodum ecclesiam Christi ædificari. Sed ubi sunt libri tui de antiquis collegiis et monasteriis Germaniæ? ubi commentarii in Melam? Qui fit, ut rerum novarum ad me perscribas nihil, cum omnia mirificis plena sint rumoribus? Absolutus es ab amicis tuis Apptcellanis; non habes, quod prætexas; sis ergo in scribendo impiger. Salvum te esse iubet Roystius et Lavaterus, symmystæ[d] item. Vale, mei memor; nam te ex animo et sincere[e] amo, vir colendissime. Tiguri, 2. Ianuarii 1540.

H(einricus) Bullingerus tuus.

D. Ioachimo Vadiano, domino suo colendissimo charissimoque.

a) [illegible] — b) [illegible] — c) [illegible] — d) [illegible] „symmystæ". — e) [illegible] „sync-".

1) Vgl. oben, Brief 730.

1089. IV 318.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1540. Januar 3.

Der Abt von Reichenau. Keine Nachrichten vom Reichstag. Glückwunsch zum neuen Jahre.

Novi nichil est, nisi quod abbas Augię cedit episcopo, hosti nostro[2]). Ex comitiis nostrorum nichil scio. Dicuntur legati nostri alium diem condictum, qui quid proditurus sit, dominus novit. Credo nos tandem intellecturos, omnia humana fœdera pro regno Christi sive tuendo sive ampliando esse vanissima. Vale, ornatissime vir, et illucescat tibi hic annus auspiciis felicissimis[a]). Ex Constantia, 3. Ianuarii MDXL.

T(uus) *Iohannes Zvick.*

Adresse fehlt.

a) „fęl-".

1) Vgl. II. Brief 152. — 2) Vgl. dazu Eidg. Absch. IV. 1. c, S. 1165. k, S. 1177. n.

1090. IV 319.

Bürgermeister und Rat der Stadt St. Gallen an Appenzell und den Landvogt im Rheintal[1]).

St. Gallen. 1540. Januar 10.

Massregeln gegen fremde Geldsorten.

Unser früntlich, willig dienst und was wir eeren, liebs und gůtz vermögend, allzeyt zůvor. Fromm, fursichtig, weyß, insonders gůt fründ und getrüwen lieben nachpern, üch ist unverborgen, wie ettlicher verschiner jaren an vilen ordten und enden ain große zal klinß geltz gemöntzett und geschlagen worden, welliches geltz gar ain grosser schwal, besonder Kempter, Isner, Churer und Spörnlin pfeni(n)g, der ursach das die selben ain vilen ordten verbotten worden sind, in üwer und ander umligend landtschafft und zůvor in unser statt und gericht gfürt und bracht worden sind und, als wir glöuplich bericht empfangen, durch aygennützig und geltsüchtig lüt anderschwo ufgewechslett und mit gůtem gwön hufenwyß über See und Rin harbracht werden, dadurch aber gemainer nutz und gůte werschafft nit wenig beschwärdt und gehindert worden. Und wiewol wir ain lange zeyt gedachten klainßgeltz halben etwas gedult tragen, der hoffnung, die sach solte sich in ettlich weg geringert han, so wil doch söllicher überschwal ie lenger ie schwärer und verdächtlicher werden und in ünser statt dermassen zůnemen, das wir

in on merklichen schaden weyter nit tragen noch gedulden könnend. Hieharum wir, söllichen fürzekhommen und damit die ünsern, ouch üwern und ander umligend nachpern vor trûg und mengellwerch verhût werden mögind, habend wir üns endtschlossen, obgenandt pfening gleychermaß, wie an vil ordten gschechen, zû verrûffen und die in ünser statt und gerichten ußzegeben oder iemandtz für wërschaff(t) ufzeladen oder ze nemen zûzemûten niemand ze gestatten, bey der bûß, so wir daruf gesetzt habend. Daruf nun üns für gût hat ansechen wellen, üch als unsern gûten fründen und getrüwen lieben nachpern söllich ünser fürnemen, zû dem wir uss eehafften ursachen getrungen worden etc., nit zû verhalten, mitt sonderm pitt und begern: wellet die üwern allenhalb söllicher sach verstendigen, damit sy sich diser pfeningen halb ze richten und iren schaden zû verhûtten wissind. Hiemit gott dem herren alzeyt befolhen. Geben zû S. Gallen, Samstags den zechenden tag Jenner, im XV^c und viertzigosten jar.

Burgermaister und rath der statt zû *S. Gallen.*

Copey der pfening halb an Appenzell und landtvogt im Ryntal, uff 10. tag Jenner im 1540.

[1]) Entwurf, bezw. Copie von Vadians Hand.

IV 320.

1091.

Bernhart Magnoald[1]) an Vadian.

Burg. 1540. Januar 18.

Er entschuldigt sich, dass er Vadian mit Zuschriften belästige, und erkundigt sich, ob Vadian den durch Stephan Kessler übersandten Brief mit der Münze Kaiser Karls des Kahlen erhalten habe, ob Vadians Chronik noch in Arbeit sei und was er sonst herauszugeben beabsichtige. Vadians Apologie an ihren gemeinsamen Lehrer Johannes Camers habe er nirgends in den Buchhandlungen vorgefunden. Bitte um baldige Antwort.

S. P. Etsi[a]) non sim nescius, ornatissime vir, te multis et arduis negotiis[b]) distringi et implicari in dies ob idque ineptum me plane et intempestivum interpellatorem a quovis iudicari non immerito posse, quod te occupatissimum molestare haud veritus sim, attamen e diverso audacem me fecit tuus candor, humanitas et animi moderatio[c]) egregia. Hæc[d]) quippe me coegere, has (licet barbaras et illiteratas) literas ad te denuo dare, maxima spe roboratus, ausum hunc temerarium te in meliorem partem interpretaturum[e]). Causa autem scribendi hæc[d]) est. Transactis aliquibus mensibus scripsi ad te per Stephanum, fratrem Kess-

leri tui, cartulęque[f] introclusi numisma vetus, nempe Caroli Calvi[g] imperatoris imagine decoratum[2]. Cupio nunc certior[c] fieri, literę et numisma tibi redditum sit necne et quomodo numisma tibi arriserit; pręterea edideris[h] chronica tua an adhuc sub incude ferveant, quidve (absque hæc[d]) in bonis literis moliaris. Cupidissime enim exspecto[i] tua opera. Tuam apologiam ad Ioannem Camertem[3], communem pręceptorem nostrum, neque Basileę neque Augustę apud bibliopolas adsequi potui in hunc usque diem. Porro si quid novi habes, mihi haud dedigneris impartire, per superos oro. Promisisti mihi, insignis vir, in alteris tuis literis ad me datis, si sæpius[d] ad te scripserim, te ad meas haud lente responsurum. Rogo per Musas, ut in effectum nunc deducas. Quidquid[k] enim ad me miseris per hunc tabellarium, tute ad me perveniet. Vale ad Nestoreos[l] annos, patrone et pręceptor optime, meque clientulum tuum commendatum habeto. Ex Burck, XV. Kalendas Februarii, anno MDXXXX.

Tuus ad obsequia paratissimus
Bernhardinus Magnoaldus, parœcianus[m] in *Burck*.

Votum secundet, qui potest, nostrum deus
Rebusque lassis adsit.

Doctissimo ornatissimoque viro Ioachimo Vadiano, medicinę doctori et poetę laureato, domino ac pręceptori suo observandissimo. Gen Sant Gallen.

a) „Etsy". — b) „-cys". — c) „c" für „t". — d) „e" für „æ". — e) „interprę-". — f) „carth-". — g) „Calvvi". — h) „ędid-". — i) „exp-". — k) „quitq-". — l) „-ços". — m) „paręc-".

1) Vgl. oben, Brief 976. — 2) S. oben, Brief 1072. — 3) Ebenda, Anm. 3.

1092. IV 321.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constanz. 1540. Januar 22.

Begleitschreiben zu einer an Vadian gesandten Schrift und einem Brief, um deren baldige Rücksendung er bittet. Keine Antwort von Ulrich von Wengen.

S. Iterum summa fide libellum et literas mitto, ut ex his quoque intelligas, quibus firmetur contraria opinio; sed cave, ne in tuis literis, quas paras, quicquam misceas, unde intelligere quis possit, hæc omnia communicata tibi a me, sed quasi meis literis et argumentis respondeas; nam hoc ferre possum. Proinde lectum libellum remitte; nam remittendus erit amico meo. Vincit me publica ecclesiæ charitas, deinde veritatis

quoque studium, ne quid te celem. Vale, ornatissime vir, et commenda me Christo. Constantiæ, 22. Ianuarii 1540.

T(uus) *Iohannes Zvick.*

Quod Ulricum a Wengen adtinet, non possum quicquam ab illo impetrare; nichil etiamnum respondit. Meditatur nescio quid, nec ego cogere illum possum ad obtemperandum meo consilio.

Ornatissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, Sangallensi, domino et amico singulari.

[1]) Vgl. II, Brief 152.

IV 323.

1093.

Sebastian Grübel[1]) an Vadian.

Schaffhausen 1540. Januar 28.

Vadians Handel mit den Appenzellern und Grübels Handel mit dem Abt (von St. Gallen), dessen sich Vadian annehmen möge. Bitte, sein St. Galler Bürgerrecht zu verlängern. Simprecht (Vogt). Schwenkfeld.

Salutem in domino. Sonders lieber herr vetter, wist mich ainen brieff von uch empfangen, darin, wie vor ouch, bericht üwers handels gegen den Appenzeller. Das ich mit fröden empfangen; dann woll zû achtend, das unssere widerwertigen üch gern ainen stoß hettend gen. Gott latt aber die sinen nit. Des handels aber halb, so ich gegen herren abt hab, ist gar nit min will oder manung, lassen ersitzen; dan ich des über nacht aber müste gewarttet sin. Ist hieruff min gantz früntlich bitt und beger ain üch, so es yenen gelegen welte sin, uch personlich für herren abt verfügen, antwortt begeren. Möchtend ir, ob er unschlißig (wie dan woll achtend, künde er mir etwas widerwillens bewissen, er werde es nit sparen), möchtend ir in mit früntlikait bewegen. Doch gebend die brieff noch rödel nit von üweren handen; lassends ouch nit lässen, biß all ding übery sind, wie ich dan zûletzt mit uch verabschaidet hab, und lassend uch sach angelegen sin, wie dan min vertruwen zu üch stadt.

Für ander des burgrechtz halb, wie dan üch vormals anzaigt, ist ouch min bitt ain üch, won ain grosser ratt werde, das anzebringen; namlich, wie mine jaren zûkunfftig uß werdent sin, min bitt, mich burger lassen bliben für und für. Bin ich urbüttig, was ich von pflicht wegen schuldig ze thûnd, ainer oberkait oder zunfft alweg ußzerichten; wie dan herr Pauly Fonwiller und ander mer gehalten werdent. Wellend ouch

zum bisstand (!) zů üch nemen underburgenmaister Hans Riner, Hai(n)-rich Rittzen als mine gefründten, ouch mine brůder, welche anhamsch werent; dan ich der hoffnung, mine(n) herren kain uneer, sonder alle eer inzelegend und inen in vill weg wol als nützlich hie sin, als were ich ietzen seßhafft zů Sant Gallen. Das wellind ir bester (!) form fürbringen, dan ichs künde melden. Wo dan mine herren in mittler zitt min nottwendig würdent sin, wil ich alweg wie ain redlicher birger (!) thon. — Unßer Sinpertus hatt Donstag verschinen ain kůpurgatz selbs ingnomen. Habend uns sinen gar verwegen kain; doch verhoff ich zů gott besserung. Er hat ob 100 sedes kain und ob 70 vomitus, und habend die sedes noch nit nachgelassen, ouch hittzen gar by im uberhand genomen. Er ist ain ruher mensch; latt im nünt ratten. Er hatt ingenomen 36 korner palma Christi genampt, wir haissends wunderstöck; hatz im Bock[2]) gelessen etc. Error Schwenckfeldii durrat (!) uns übel; wir furchtend aber, es werdent sich noch vil mer irsall erheben. By uns ist nünt nüws. Hortend ir etwas, lond uns wissen. Datum Schaffhusen, 28. Ianuarii, anno 1540.

Sebastianus Grubelius tuus.

Dem hochgelerten, fürsichtigen und wissen D. Ioachim von Watt, burgenmaster zů Sant Gallen, minem insonders lieben herren und vettern zů handen.

[1]) Vgl. oben, Brief 704. — [2]) Hieronymus Bock veröffentlichte 1539 das «New Kreutterbuch».

1094. IV 324.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1540. Januar 28.

Der Abt von Reichenau. Gerücht über ein Bündnis mit den Schweizern. Für den März sei ein Tag vorgesehen wegen des Augsburger Bekenntnisses und wegen der Einräumungen an die Gegenpartei. Ulrich von Wengen.

Salus et pax Christi.

De episcopo nostro nichil est certi apud me, nisi quod abbas Augię cedit[2]). An autem et quando episcopus vel canonici illam sint possessuri, nescimus; exspectamus[a]) tamen, quid sit tentaturus. Fama fuit aliquandiu, nostros fœdus cum Helvetiis ituros, quæ res quibusdam non fuit plausibilis admodum, nec sine causa; nunc vero silent omnia. Ceterum[b]) ad Martium celebrabuntur comitia a nostris, in quibus consultandum est, an Augustana confessio etiamnum probetur nobis et quibus scripturis firmari queat; deinde quantum in quibusdam externis negotiis, cumprimis

vero bonorum ecclesiasticorum quæstione cedendum sit parti adversariæ; imperatorem enim in hoc esse, ut religionis contentiones, quantum fieri potest, componat. Hic nobis multa sapientia opus est, mi Vadiane, quam multis precibus nobis impetrare tuoque iudicio[c] iuvare nos velis, siquidem lubrica[d] nobis multa videntur esse in huiusmodi conatibus. Vale. 28. Ianuarii 1540.

T(uus) *Iohannes Zvick.*

Ůlricus a Wengen nichil respondet.

Multis virtutibus ornatissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, Sangallensi, domino meo tanquam fratri amantissimo.

a) „exp-". — b) „Cræt-". — c) „t" für „c". — d) „lubicra".

1) Vgl. II, Brief 152. — 2) Vgl. oben, Brief 1089.

IV 325 u. 326.

1095.

Sebastian Meyer[1]) an Vadian.

Bern. 1540. Januar 29.

Er dankt für den einlässlichen Brief Vadians und klagt mit beweglichen Worten über das Widerstreben der Zürcher gegen die angestrebte Einigung. Er führt zahlreiche Bibelstellen an, um ihre Haltung zu widerlegen, und verurteilt die unbesonnene Haltung mancher gegen die kirchlichen Überlieferungen. Er bittet Vadian, in seinem Bemühen für die Ausgleichung nicht abzulassen. Sein Commentar zur Apokalypse, der von Bullinger an Vadian gesandt worden ist. Er bestreitet einen Brief im Sinne des Origenes geschrieben zu haben, und glaubt, dass diese Nachrede aus Umtrieben der Gegner entstanden sei. Wenn er in irgend etwas fehle, möge ihn Vadian zurechtweisen.

Gratiam et pacem a domino.

Tam non est, clarissime ac doctissime consul, quod tuam Excellentiam vel tarditatis vel negligentię insimulem, ut multo magis demirer, vel nunc tandem tibi licuisse, prę multis iisdemque valde arduis cum publicis, tum privatis negotiis, quibus te perpetuo occupatum probe novi pręter[a]) studium literarium et amicorum res curandas, tam pia, erudita et bene longa epistola respondere. Proinde si quid etiam in mora a te peccatum esset, id omne plus quam abunde hac ipsa tua epistola sartum[b] foret, quę satis tempestive venit, ex quo semel venit. Quod Tigurinos attinet, scio equidem, tuam Pręstantiam una cum multis aliis piis ac bonis viris impense admodum dolere (quis enim vel micam habens christianę pietatis non anxie doleat?), viros alioqui pios, eruditos et ecclesię dei in multis valde utiles adeo impotenti ac pertinaci laborare odio præsertim[a]) adversus eos fratres, qui et de christiana republica et de illis ipsis

optime meriti sunt? Quis deinde ęquo feret animo, quod et a nobis nonnihil propter eosdem fratres, quibus sciunt nos favere, abhorreant neque ullam nobiscum consuetudinem habeant, quos cum propter ecclesiarum vicinitatem, tum propter sacrum ministerium, quo utrique fungimur, addam et propter nostri sęculi[a] malignitatem, denique et propter communes adversarios tam multos, tam astutos, tam potentes et, quod omnium pessimum, tam malitiosos[c], ut vel Satanam malitia[c] vincant, oportebat[d] esse quam coniunctissimos? Nunc ferendum utcunque erat, quod nullam nobiscum habeant consuetudinem, modo nihil turbarum ecclesię nostrę ab illis nobis foret exspectandum[e]. Cavemus tamen interim modis omnibus (quando nobis sartam[b] cum eis concordiam sperare non licet), ne quam eis adversum nos iuste indignandi occasionem prębeamus, nisi forte hoc offendat, quod de eucharistię sacro quantum possumus auguste, graviter ac omnino pro dignitate, quemadmodum res exigit, ad extollendam Christi servatoris cum maiestatem, tum incredibilem erga nos miseros dignationem, pro contione publica iuxta scripturę sanctę ac veteris ecclesię pariter et orthodoxorum patrum omniumque sanioris doctrinę ecclesiarum loquendi modos doceamus. Verum et hoc ipsum una cum multis aliis domino committamus oportet[d]. Aut cuius denique pacis amantis animum non divexet, hoc illos potuisse efficere et apud suos et apud nostros, ne post ultimum Lutheri responsum, sępius[a] sollicitantibus Basiliensibus, conventus pro firmanda (utcunque cœpta[f]) concordia haberetur? ut interim dissimulem, quod Lutheri tam prudens tamque pium ac prorsus christianum scriptum usque adeo maligne, quemadmodum tua Pręstantia non ignorat, interpretari potuerint; iam quod perpetuo non cessent inculcare suum »significat, repręsentat[a], ob oculos ponit, refricat, testatur« et similia quędam, quibus omnes suos libros refarciunt[g], in hunc tandem finem, ut mundo persuadeant, Christum a sua ecclesia ac sacra cena[h] quam longissime abesse neque aliud hac cæremonia[i] quam pręteriti facti recordationem quandam et gratiarum actionem fieri. Atque ad hoc cum scripturas sanctas, tum sanctorum patrum aliorumque bonorum virorum scripta detorquent, quo simplicioribus fucum faciant, quasi etiam et illi in hac sint sententia. Illud vero, quod principale est in hac sacra actione: nimirum una cum symbolis rite ad Christi institutum prębitis[a] et perceptis verum corpus Christi et sanguinem porrigi, tradi et exhiberi, percipi et manducari iuxta certissimam domini

ipsius pollicitationem, et in summa Christum suis tantum non pręsentissimum[a] ac omnino intimum esse, nemo vel ab eis audit aut in eorum scriptis usquam legit, ut nulli dubium esse possit, quin superstitiose[k] ab huiusmodi vocibus tamquam summo piaculo caveant. Ex eo vero, quod scriptura testatur, Christum in dextera patris consedisse, ipsum certo et finito loco alligant, nosque magis oportere[d] mente ad illum in cęlestia conscendere, quam ut ipse queat nobis, dum hic in terris agimus, præsens[a] adesse; quasi vero numquam de Christo scriptum legerint: «Si ascendero in cęlum, tu illic es», et quę sequuntur; et apud Esaiam: «Cęlum mihi sedes est et terra scabellum pedum meorum», atque plura alia in hanc sententiam, Christum ubique esse præsentem, quemadmodum auctor epistolæ Hebr(ę-orum) illud ps. 102 de sempiterna eius existentia exponit: «Et tu in principio, domine, terram fundasti» etc., quæ sequuntur. Et quamquam hoc probe quidem cavent, ne naturas in Christo confundamus adeoque iam non sinamus, illas esse id quod sunt, unde sequetur, ut prorsus non sint: num tamen hic ęque caveant, ne, naturę postquam semel in una persona coniunctę sunt, vel loco vel tempore aut etiam operatione separemus, tuum inprimis aliorumque rerum theologicarum peritorum esto iudicium[l]. Nam tametsi naturę secundum se quidem consideratę una cum suis proprietatibus distinctę maneant, ut certo nobis scire liceat, quid in scripturis sanctis vel secundum naturam divinam vel secundum naturam humanam de Christo domino dicatur — etiamsi secundum scripturarum consuetudinem alterius naturę proprietates de altera natura vicissim dicantur propter personę unitatem, quod genus locutionum[m] (ut optime nosti) patres orthodoxi communicationem idiomatum dixerunt —, non tamen ullo pacto nobis licet, propter naturarum ac naturalium proprietatum secundum se consideratarum distinctionem naturas ipsas aut loco aut tempore aut operatione dissipare. Ad hunc igitur modum Christus simul in cęlo, apud inferos et in cruce sive in sepulcro[n] filius dei crucifigitur et filius hominis in nubibus cęli cum angelis suis mundum iudicaturus adveniet, atque multa id genus locutionum[m] in scriptura sancta et canticis ecclesiasticis, in gloriam Christi a sanctis patribus concinnatis. Quare diligenter expendendum mihi videtur, an verum et catholicum sit dicere: Christum secundum divinitatem tantum esse in cena[b] pręsentem[a] neque aliter atque in Limago fluvio, humanitatem autem eius ita certo loco ac finito in cęlis esse affixam, ut simul hic pręsens[a] esse nequeat; deinde

nos solo intellectu prehendere cor(p)us Christi in sacra cena[b], et quidem absens, et alia quędam id genus dogmata; — num sit hoc naturas separare loco, tempore et operatione, an potius quidem sentiendum sit, Christum integrum ac omnino indivisum in ecclesia sua, quam late patet, adesse, id autem ei convenire non in quantum homo, sed in quantum deus est, quemadmodum integer et indivisus Christus deus et homo adoratur ab angelis, verum adorari ab angelis convenit ei non in quantum homo, sed in quantum deus est; si enim tantum homo esset, adorari ei nullatenus conveniret, etiam quamlibet sancto; — iam num ille syllogismus[o] demonstrativus sit, ut iure nos propter illum a consuetis scripturę et patrum loquendi modis iure oporteat[d] discedere: corpus Christi est pro nobis crucifixum, panis est corpus Christi, ergo panis est pro nobis crucifixus, an non manifestum erit paralogismum esse, si reguletur per dici de omni, ut dialectici loquuntur, — perinde et ille: discipuli in cena[h] comederunt verum corpus Christi; tale erat sensibile et passibile, ergo discipuli comederunt corpus sensibile et passibile, — item, qualis consequentia est: Christus sessurus est in dextera patris usque ad iudicium[l], igitur nequaquam in ecclesia interim apud suos est? — item: Christi corpus non est naturali ac visibili modo in cena[h] sive ad corporis modum, igitur omnino non est in cena[h]. An potius dicemus pro maiestate Christi extollenda, ipsum secundum corporis modum abiisse hinc et tamen secundum alium quendam modum, quem ipse novit et potest, perpetuo manere in ecclesia apud suos. Pręterea[a] quam christianę sonent huiusmodi glossę: caro nihil prodest videlicet comesa, quando Christus ipse contendit, carnis suę manducationem omnino esse necessariam, — item: accipite, edite, hoc est corpus meum (id est: edite, hoc est corporis mei signum), — item: panis, quem frangimus, ecclesię societas sive communitas[p] est. Num magis christianę conveniat pietati, hęc Christi et apostoli verba cum veteribus exponere de ipso vero Christi corpore, quod simul una cum sacris symbolis suo modo exhibetur? Quid tandem efficiunt aleoses[q], quibus aiunt naturam divinam pro humana in divinis poni scripturis et contra humanam pro divina. Quam conveniat hoc cum patrum orthodoxorum theologia, expendere oportebat[d], haud mox recipere. Addam et metonymias illas, quibus aiunt signa nominibus rerum signatarum in scripturis compellari, ut panem corpus Christi, quod, tametsi iuxta angus[r] quandoque ita sit, num etiam hoc loco sic habeat, disquirendum. Postremo et illud quoque, quod de

baptismo doctrinę tanta adseveratione tradunt, diligentiori conveniebat iudicio[1)] tractari, scilicet num duodecim illi viri apud Ephesum baptismo in ecclesia Christi consueto baptizati sint, an tantum aliter de Christo edocti, qua de re pulchre d(ivus) Ambrosius in epistola ad Gal. c. 3. Sic et quędam[a)] alia nuper inventa dogmata, incogitanter et nullo iudicio[1)] effusa, ne te multis onerem. Quomodo ab his accipiantur, qui in solida theologia et veterum lectione diu versati sunt, sive ii Lutherani sive cordatiores papistę fuerint, tu facile pro tua prudentia coniectabis. Hęc et alia mutuum conferre et monere vel literis vel coram nos oportebat[d)], qui purioris doctrinę instauratores ac falsorum dogmatum eversores haberi volumus, et si quid ab aliquo nostrum hallucinatum esset, id commodius, quo fieri posset, sarcire, ne audire nos ab adversariis oporteat[d)]: medice, cura te ipsum! Nunc vero non solum hoc non facimus, sed etiam novis in hoc editis libris contendimus, neminem hactenus doctrinam sacramentorum dexterius tractasse, quam Helveticarum ecclesiarum ministros aliquot. Quid igitur hic putas facturos eos, qui concordiam fovent, nisi, propter fratres in Christo quiescentes et ne papistis animum addant, a scribendo sibi temperarent? Fit autem interim tacentibus illis, ut et nos omnes in huiusmodi dogmata consentire videamur adeoque cordatiores papistę, qui alioqui haud admodum a nostra doctrina evangelica abhorrent, minus nos audeant accedere. Scio ego, quid mihi aliquoties a cordatis papistis super huiusmodi dogmatis obiectum sit; aut quis, quęso, pius contra suam ipsius conscientiam coram papistis ausit illa defendere? Quorsum igitur tandem nupera illa theologia, qua solemus trium dierum theologi de quibuslibet incunctanter ac omnino libere pronuntiare[c)], sit evasura, quis non videt? Modo non totus socors fiet, quando scilicet omnium bonarum artium studia in solas li(n)guas conferimus et tres voculas Hebraicas, totidem et Gręcas garrientes iam absoluti nobis videmur theologi, qui omnia, non consultis veterum commentariis vel etiam contemptis, nostro sensu interpretari et exponere valeamus. Non admodum diu est, quod quidam admodum magnarum et illustrium ecclesiarum doctores trinitatis ac personarum nomina prorsus reiecerint ab omni usu ecclesiastico, deinde et symbolum Nicenum in ecclesiis decantari solitum velut ludicrum et ad saltationem compositum exsibilarint[a)] et exploserint, iam et Athanasii symbolum non orthodoxę ecclesię, sed sacrificorum ac monachorum esse delirium, denique divam virginem Mariam

dei genitricem haudquaquam esse compellandam, ac nescio quę alia horrenda portenta, magis (ut equidem credo) per ignorantiam rerum theologicarum et quod imprudentes haud satis cogitationes Satanę pernoverint, quam certa malitia[c] in ecclesiam dei reducere conati sunt; id quod Satanas in hoc molitur, quo purioris evangelii doctrinam apud summos christiani orbis principes infamet. Atque utinam per similem imprudentiam non etiam nostri in causa sint, cur adeo in contemptum venerint sacra symbola et apud anabaptistas et alios quoque leves homines, qui alioqui haud magnam sacrarum rerum habent rationem; quando videlicet audiunt, illa tantum signa esse memoracula, tesseras etc, aquam elementalem (!), rem externam, panem et vinum et pręterea[a] nihil, quęque nullius sint efficacię ad gratiam dei consequendam, sed opus esse solius spiritus sancti, qui, ubi vult, spirat. Hęc et similia, quę supra recensuimus, si Apion quispiam, christianę fidei risor et hostis, aut Celsus aut Porphyrius[f] aut illorum similes in sacrorum mysteriorum contemptum dicere(n)t, nonne nos omnes iunctis copiis occurrere oportebat[d] et tantorum mysteriorum vindicare dignitatem? Nunc autem malum nobis ipsis accersimus. Iam facile quidem dissimulari ac etiam excusari poterat et malignitati temporum acceptum fieri, si quid principio in eucharistico cum papistis conflictu peccatum fuisset a nostra parte, nisi isti perpetuo ea refricare pergerent, quę flagrante adhuc cum Luthero contentione effusa sunt. Sed et nullum non movent lapidem, quo etiam alias ecclesias in suam pertrahant sententiam et a concordia alienos faciant, neque curę illis est, quod Cęsar Karolus a communi imperii pace excluserit anabaptistas et sacramentarios, per quos nimirum eos intelligunt, qui non sunt a concordia. Nunc sacramentariorum nomen abhorrent et tamen ęque ab eis loquendi modis religiose abstinent, quibus facile possent hoc declinare nomen. Quis adeo socors est, quęso, ut pro huiusmodi nugis ausit se summo committere discrimini, conscientia utique reclamante, non esse certum domini verbum, sed humana commenta, propter quę patiatur? Sed et hoc demirari satis nequeo, qui fieri possit, ut se solos sapere putent et mundum tandem in suam iturum sententiam, nec perpendant, quantis donis alii quidam prędití adeo sint et quantum deus per illos quottidie efficiat; in quibus dona dei illos venerari oportebat[d] et sententia cedere iuxta apostoli monita: spiritus prophetarum prophetis subiici solitos esse. Hu(n)c igitur, optime consul, premimus alto corde dolorem, nec est, cui

hunc queramur aut qui huic mederi queat, ac magis formidamus, iram dei esse in nos hoc tam diuturnum et omnino implacabile dissidium, quando ita illos pergere videamus ac in dies concordię fieri iniquiores neque animadvertere, quid summi orbis christiani monarchę una cum pontificiis et monachis, penes quos infinita vis pecuniarum est, quę sunt nervus belli, adversum nos perpetuo moliantur; quę quidem timenda non erant, modo nobis de religione conveniret. Quando vero ita dissidemus, cur non timeamus? Certe Christus, qui princeps pacis est, filios pacis amat regnumque pacis administrat, diutius non feret, nos sub nomine evangelii pacis tam acerbis inter nos esse animis. Satis nobis esse debebat, quod cum pontificiis, anabaptistis et quibu(s)dam aliis sectariis propter manifestos eorum errores iure dissidemus, et una totos incumbere, quo et illos a suis erroribus in nostras partes revocaremus. Nunc huiusmodi dissidiis magis eos a nobis repellimus, nec nos quicquam terret Arrianici dissidii exemplum. Quid igitur censes? desperandumne prorsus fuerit? Minime gentium. Bene de eis sperare haud cessabimus, quoad vixerimus, si quidem charitatis est longanimem esse, omnia credere, omnia sperare, omnia sustinere etc., orandusque est deus, ut animos mitiget et componat. Iam tuę fuerit Pręstantię aliorumque bonorum virorum tui similium, de quibus nihil doli suspicentur, id generis argumenta cum eis conferre animisque eorum inculcare, ut cogitent, in quibusnam versemur periculis sic dissidentes invicem, et quam omnino grave sit piaculum, ecclesias dei sanguine quęsitas[a)] propter huiusmodi nugas discerpere ac dissipare. At de hac tragœdia[u)] satis superque.

Quod scribis, Bullingerum de Contzeno et me bene sentire, equidem libens tibi crediderim; non enim habet, ut spero, causam ullam, cur nos oderit. Ego vero ita hunc amo, ut magno aliquo meo incommodo fieri cupiam, ut ęquior fiat concordię, quo nobis ipsius consuetudine frui liceat. Quod vero tuę Pręstantię Apocalypsim meo quidem nomine miserit, fecit profecto mihi rem multo maxime gratissimam et mea pro virili erga ipsum promerendam. Iam quod vel tua Dominatio vel quivis alii boni et eruditi viri hunc meum laborem, qualisqualis est, probatis, certe pro vestro erga me candore, id quod amici solent, facitis, hoc est in amici erratis egregie cęcutitis. Equidem sentio me rem maiori labore quam felicitate[v)] peregisse. Neque certe animus erat illum edere; nam plus minus septem annis, dum Augustę Vindelicorum agerem, a me scrip-

tus, priusquam in publicum editus[w] est liber, quem tamen in hunc pręcipue finem rogantibus fratribus et amicis edi[w] passus sum, quo eruditioribus[w] calcar admoverem multo meliora proferendi, id quod propediem futurum spero. Utut tamen sit, modo ecclesiis prosit; hoc abunde satis fuerit, ut, quicunque vere pii sunt, dominum una mecum pro suo dono collaudent. Ceterum[x] de epistola illa Origenicum quiddam de carne Christi spirante, quam Bernę scriptam putent, nihil mihi conscius sum. Scripsi quidem aliquot epistolas ad D. Pellicanum, communem[p] nostrum amicum, in cuius sinum, quemadmodum et nunc in tuum, quędam, quę animum meum angebant, effudi; de quibus tamen certus sum, nihil tale continere. Verum non ignoro quorundam, si diis placet, bonorum virorum artes, quibus admodum peculiare sit et qui pulchrum sibi ducant, si bonorum virorum epistolas intercipere queant, deinde suppositicias quasi ab eis scriptas hinc inde ostentent, qualem certe hanc, de qua scribis, epistolam esse putarim; aut forte ex Megandri admiratoribus quispiam scripsit, talia quędam me docere, quę Origenico delirio similia sint, quemadmodum et illorum quispiam scripsit ad amicum, me docere, externa symbola nunquam posse conferri in ecclesia, quin simul et internę res conferantur; cum ego sic doceam, quod, ubi sacra symbola rite iuxta Christi institutum administrantur ac fide percipiuntur, Christum simul iuxta suam pollicitationem adesse et suum opus pariter operari etc.; hoc quod nebulo ille vel non animadvertit vel minus intellexit vel malitiose[k] obmisit. Verum ego per dei gratiam didici, huiusmodi nebulonum sycophantias egregie contemnere, quando certo certius sciam, me cum scripturis sanctis, veteri ecclesia, cum patribus orthodoxis ac fere omnibus purioris doctrinę ecclesiis et sentire et docere; id quod et D. Contzenus et magister Simon Sultzerus et quotquot Bernę docemus, uno excepto, qui perpetuo sibi similis est, faciunt ac etiam bona pars fratrum in agro, nisi Tigurinis vicini, qui cum eis symbolizant. Utut vero res habeat, cuperem, si quo modo fieri possit, eius epistolę exemplum mihi transmitti. Si eius auctor sum, ingenue fatebor; si Origenicum tale quid continet, recantare haud recusabo. Verum hęc sunt perversorum hominum studia, ut, cum ipsi in multis quam fœdissime[y] errent, alios tamen variorum errorum insimulent. Sic Lutherus Martionicum quid, ego forte Origenicum, sic aliud alii illis docere videmur; quo tandem papistarum de nobis confirmant sententiam, qua affirmant, hoc certissimum hęreseos[a] esse signum,

quod mutuum nos insimulemus et oppugnemus. Atque utcun
ferendum erat, quod nos insimulent, Martionicum et Ori
Christo adfingere corpus, eo quod doceamus veram Christi
sua pręsentiam[a] veramque carnis ipsius in sacra cena[b] mand
item quod gratiam dei symbolis externis adglutinemus, ubi pro
Christi certitudinem inculcamus; item quod ministris tribuamu
spiritus Christi solius sit opus, dum ad sacrum extollendum m
docemus, Christum per ministros suos docere, baptizare, pecca
tere, cibare etc., quando scilicet ipsi ministri hęc ipsius nomine
hęc, inquam, ceu dixi, ferenda erant et eruditioribus[w] ac cord
iudicium deferendum. Sed simpliciorum ac promiscuę ecclesię vic
mus, quorum animi perplexi et exacerbati redduntur ac prorsus d
tur, ut, cui quis fidat, ignoret non modo in his, quę ad religionem, se
quę reipublicę administrationem attinent. Interim vero isti frigi
suis glossis, aleosibus[q], metonymiis, paralogismis, consequentiis, in
exemplis sive similibus gaudent, quibus vim ac sensum verborum
prorsus evertunt et contra mentem Christi interpretantur; id quo
patrum quoque scriptis solent. Atque utinam non tua ipsius quoqu
pia, docta et plane christiana epistola similiter abutantur, quam
triennium ad Bullingerum scripsisti, quasi illa eorum de eucha
sacro suffragetur sententię; quamlibet claris et apertis verbis, atq
non semel et iterum, sed sępius in eadem fueris protestatus, te haud
quam adversari eorum, qui a concordia sunt, sententię; id quod etian
tuis Aphorismis satis adparet, quorum sententię magis astipuleris, qu
vero quadret simile de corpore solis in uno cęli loco fixo, virtute tam
hic sua tam efficaciter omnia operantis; item regis in uno aliquo sui re
angulo residentis et tamen universa per totum regnum administranti
item de anulo a marito peregre proficiscenti uxori dato, quo interim vel
amoris signo dolorem suum de mariti absentia utcunque soletur. Qu
omnia ab eis ad confirmandam Christi absentiam adducuntur, cum tamen
magis in hoc cena[b] instituta sit, quo per illam fides pręsentis[a] Christi in
nobis firmetur. Si quis igitur eis simul recte uti velit ad cenę[b] institutum,
hoc pacto recte fecerit vel arguendo a minori ad maius: si sol aut rex,
qui non potest simul nisi in uno loco esse, tanta vel absens potest, quan
igitur magis dominus noster Christus, qui semper et ubique suis pręsen-
tissimus[a] adest, — aut per dissimilitudinem: at non sic Christus uni loco

affixus est, ut non queat simul nobis pręsens adesse et operari: item si anulus utcunque potest dolorem de absente marito levare, quanto igitur magis Christus, qui simul cum symbolis pręsentem[a] se nobis exhibet. Itaque fit, ut tametsi nonnunquam quędam recte et satis auguste de hoc sacro doceant, semper tamen quiddam adiiciunt, glossam, appendicem[z], expositionem, quibus rem rursum attenuent nec sinant esse, quod est; id quod facile, si voles, in eorum scriptis poteris animadvertere. Hę sunt, clarissime consul, cogitationes meę, quas mecum diu noctuque verso quęque animum meum in hoc negotio valde sollicitum tenent; quas utinam et alii opportune, priusquam ira domini in nos exardescat, perpenderent! Si quid vero hic pecco, per Christum servatorem te oro, ut me omnino libere tamquam parens et pręceptor[a] moneas. Tantum enim abest, ut vel quicquam tibi succenseam, ut contra quantas possum maximas tuę Excellentię gratias sim habiturus. Dominus te patrię tuę et nobis quam diutissime servet. Salutant te ex senatorio ordine dominus Bernhardus Telamonius, urbis nostrę antiquus quęstor, ac dominus Anthonius Nollius, Contzenus, m(agister) Simon Sultzerus, qui et ipsi quoque ad te scribunt, ac bonarum literarum studiosi, quibus tuum est pręcipere, si quid a nobis velis. Salutabis nostro nomine verbi ministros apud vos, quorum nomina scire cupimus et consuetudinem avemus. Hęc in sinum tuum, nisi cum quibusdam, quos causę prodesse posse putaveris, argumenta tacito nomine conferre malueris, ne oleum, quod dicitur, igni infundamus. Da veniam, oro, tam longę ac tędiosę epistolę, consul dignissime ac vere episcope. Bernę Aventicorum, quarto Kalendas Februarii, anno MDXL.

Tuę Dominationis, quantusquantus est,

Sebastianus Maior, senex.

Clarissimo iuxtaque doctissimo viro domino Ioachimo Vadiano, medicinę doctori ac Sangallorum consuli dignissimo.

a) „e“ für „ę“. — b) „sarct-“. — c) „c“ für „t“. — d) „opport-“. — e) „exp-“. — f) „cępta“. — g) „refartiunt“. — h) „cęna“. — i) „cere-“. — k) „-ciose“. — l) „t“ für „c“ — m) „loquut-“. — n) „-chro“. — o) „sillogissmus“. — p) „comun-“. — q) Latinisierung der griechischen Worte: „συλλογισμός“ und — r) „ἔγγος“. — s) „exib-“. — t) „i“ für „y“. — u) „traged-“. — v) „tęl-“. — w) „ę“ für „e“. — x) „Cęt-“. — y) „tęd-“. — z) „apend-“.

1) Vgl. oben, Brief 1037.

IV 327.

1096.

Eberhart von Rümlang[1]) an Vadian.

Bern. 1540. Januar 30.

Er wünscht den Bemühungen Vadians Erfolg und übersendet seine Schrift
Krieg.

S Literis ad D. Sebastianum missis, doctis
prudentissime et integerrime consul, candorem tuum, stuc
operam in afflicta hac quorundam sedulitate et industria 1
suspicio et exosculor deumque precor, ut aliquando tande1
effectus et eventus conatibus tuis respondeat, quod prof
causis merito exspectatissimum[a)] omnibus futurum confid

Mitto bellum Müssianum, quod utcunque ex orthog
nam I(oannes) Franciscus Nëgeli omnia, quę apud se
communicavit mihi. Vellem, ut Tigurinorum quoque lite
sed qui de nostratibus bello interfuere, veritatem narration
Brevi hoc et exiguo munusculo me tibi commendo ope
obsequium et studium amice et officiose tibi defero ex ar
phalerisque exclusis penitus. Vale felicissime, vir suspicie
rime. Datum Bernę, tertio Kalendarum Februarii, anno

Tuus ex animo *Eberardus*
scriba quęstorius *Be*

Prudentissimo viro omnibusque virtutum dotibu
Sangallensi, D. Ioachimo Vadiano,
observando. Herren burgermeister

a) „exp-". — b) Oder „Rümlang:"

1) Von *Eberhart von Rümlang* liegt nur dieses eine Schreiben vo

IV 329

1097.

Peter Kunz[1]) an Vadian.

Bern. 1540. Januar 30.

Er lobt die Zuschrift Vadians an Meyer und bittet ihn, in seinem Streb
Gerede über den Brief im Sinne des Origenes ist nur aus Umtrieben d
Kunz hat sich in Bern des von Vadian empfohlenen Jünglings a

S. Dubius sum animi, consul prudentissime, num f
perlatę sint literę, quibus ego iam ita pridem gratias pr
nitati significatas volebam. Interea autem venerunt tuę,
viter senile hoc pectus refocillare dignatus, curis hunc rel

ingentibus. Has ille protinus mihi concredit legendas, ut quibus fere alias individuam per omnia cernas esse consuetudinem. Quas ubi lego, ita non satur sum factus, quin sępe iterumque revisam easdem, mira in iis suavitate meum depascens animum. Leporis hinc elegantiam haud equidem debui demirari, quandoquidem nuspiam non elegans lepidaque Vadiani sit manus ac Musa. Mirabar autem magis undique totus fidi pectoris tui constantiam, vir omnium optime, qui pro ingenua virtute tua haud ullis facile expugnare arietibus, quominus viris quibusvis bonis maximeque de rebus sanctis optime meritis æquior esse pergas. Obsecro igitur te per Christi gratiam, ne unquam elanguescat pius ille in te animus tuus, quin fluctuantem ecclesię Christi statum cordi habeas, æquior semper sies arbiter, immo[a] pater et patronus, caussę totius patrię adsistens communi. Quis enim scit vias domini? Non utique in ęternum irascetur. An non apponet[b], ut complacitior fiat adhuc? Porro satis novimus tumescentia quorundam pectora audacia, ne dicam plus nimio confidentia, quales fortassis in utraque stant acie viri. Num autem propterea spem nostram (spem etiam contra) abiecerimus omnem? Ad patrem potius misericordiarum totiusque consolationis deum effundimus preces instantissimas, qui et potens est efficere, ut isthęc ferocia mitescant aliquando ingenia nostra. Cetera[c] vero epistola illa, quę Bernę fertur scripta, nonnihil Origenici prę se ferens delirii, aliquo usque facit obstupescere, vir observandissime, obsecrantes enixim, ut exemplar ad nostras deveniat manus, facilius eius auctorem[d] cognituri. Quantum enim meas attinet partes, peroptime mihi respondet conscientia mea, me ne quidem tale vel somniasse saltem, quale quid hic nobis audio impingi. Astum puto potius inimici cuiuspiam clancularii aut, quod et magis coniecerim, domestici, capitis, inquam, pessime feriati, e quorum cohorte nos quidam premunt vehementer, quos tamen, ex periculis iam non ita pridem vel Schafhusię degustatis, paulo cautiores, addam et pacis publicę oportebat[e] esse studiosiores; nam quo ingenio si(n)t quidam inter nos, tua iam dudum novit Pręstantia. At hic finem facio fabulæ, sat sciens, te aliis occupatum. Parce tu insolenti audacię nostrę. Interea nil mihi beatius contigerit, quam si Conzenum inter amiculos, immo[a] discipulos tuos vel postremos sustineas gloriari. Vale, decus patrię. Bernę[f] Aventicorum caussam iuvenis apud prępositum diligenter egi; quid vero adsecutus[g] sit, ignoro. Feci autem id eo liberius, quod argumentum inde bene

de me persuasi apud te animi caperem, paratus, ob dor
humanitatem queque etiam difficillima[h] promptus obire. I
ticorum, 30. Ianuarii, anno 1540. Salutat te Bernardus T
vir questorius.

Petrus Consenus, nominis tui au

Salvum cupio dilectissimum fratrem N. Furttmulle

Clarissimo piissimoque viro D. Ioachimo Va
orum consuli prudentissimo, preceptori su
An herrn Joachim von Wadt, burger
Gallen.

a) „imo". — b) Für „apparet" verschrieben? — c) „Cęt-". — d) „auth-". — e
für „ç". — g) „-quutus". — h) „-cilima".

1) Vgl. oben, Brief 1036.

IV 328. 1098.

Simon Sulzer[1]) an Vadian.

Bern. 1540. Januar 31.

Er beklagt die Uneinigkeit der Anhänger des Evangeliums und versichert
der Berner, den Frieden herbeizuführen.

S. Perpetuam tuam pro communi ecclesiæ statu sollic
modis iam olim declaravit Præstantia tua, vir clarissime,
haud uspiam intermissam abunde testatur ultima tua ad ven
nostrum epistola. Dominus Iesus, suavitatis totius charitat
hunc animum augeat tibi et multos tales hodie Nestoras
largiatur, qui inter partes infeste adeo dissentienteis et studi
tem[a]) suam interponant ac sublatis aliquando tam pernicio
concordiam sartam tectamque opera sua constituant, si t
culo[b]), hoc certe tam maligno et constuprato necessari
necessum conservare religionis doctrinam. Nam tu qu
clarissime consul, haud obscure prospicis, quantum vel h
primarios veræ religionis antistites simultate Sathan ren
verbi, tum omnis disciplinæ christianæ rectiori[c]) procursui,
efficit hactenus, ut non solum cogitationum consiliorum
municatio, unice olim exercita veteribus, exstincta[d]) int
passim etiam amaritudine, sinistris et suspicionibus et del
sint omnia, datura certam eamque gravem ruinam, si
incendium publice eruperit. Ea enim est animorum quorum
ut conceptam semel indignationem explere usque insistan

Quamvis iam pridem mihi ex literis notus ac semper cultus fueris, tamen nunc magis te amo ac admiror, cum Christianus Fridbold, civis tuus, mores virtutesque tuas prædicarit. Retulit mihi de studiis ac conatibus tuis multa. Præter cetera narravit mihi, te multa, quæ ad illustrandum genitale solum spectent, observasse. Ego quoque iam diu in eodem versatus sum ludo manibusque ac pedibus laboro, nocte dieque cogito, quonam pacto Germania nostra ac partim Gallia pro sua dignitate illustrari queant, cum tot præclara ingenia nostra tempestate vigeant et multi hanc sibi operam sumant. Id profecto haud alia via rite fiet, quam si quisque suæ patriæ ac soli genitalis monumenta diligentius indagaverit, uti te factitare Fridopoldus noster aperuit. Nam coniecturis, sicuti multi solent, dumtaxat[a] niti imperitorum est et rem alioquin obscurissimam obscuriorem — ut aiunt Cimmeriis tenebris reddere. Si fata ac boni divi donarent nobis principem, qui huiuscemodi rerum peritos convocaret, qualem fuisse divum Maximilianum comperi, non dubito, quin tantum opus optatum sortiretur effectum; nec enim unius hominis labor, maior est privatis opibus. Faxit Christus salvator, dominus ac deus noster, ut omissis belli(s) civilibus, intestinis seditionibus, in germanam ac christianam concordiam redeamus ac tandem vel sero a tot vitiis resipiscamus. Sed dabit his quoque finem deus. Ego quæ molior, ex indice, quem precibus a me extortum tibi misi, cognosces. Soleo fere mihi et Musis canere utique consilio et Horatii et Quintiliani in edundis operibus. Exspecto[b] avide, si per fata licet, tuas observationes. Christus te servet. Vale. Ratæbonnæ, pridie Idus Maii, anno ab orbe servato MDXXX.

a) „dunt-". — b) „exp-". (Adresse fehlt.)

Capita rerum, quibus illustrabitur Germania ab Aventino, modo contingat benignus Mæcenas.

In primo libro hæc dicentur: De carminibus antiquis, quod unum apud maiores nostros, quin etiam adhuc militum nostrorum memoriæ et annalium genus est, quibus Cornelius Tacitus usus est et quæ Carolus Magnus auxit, quidam recentiores corruperunt. Germaniæ veteris natura duce descriptio ac chorographia cum vetustis ac recentioribus regionum vocabulis. Quinque toparchiæ iuxta quinque maxima flumina atque ingentes sinus. Prima ac vetera nomina ex antiquis Druidibus admodum eruditis, item ex clarissimis rerum scriptoribus Græcis, Latinis, divo Iulio, Strabone, Pomponio Mela, Plinio, Solino, Plutarcho, Ptolemæo, Cornelio Tacito, divo Antonino Pio, divo Theodosio, divo Iustiniano, vetustis diplomatibus imperatorum, regum et pontificum nostrorum. Istævonum, Helvetiorum, Sycambrorum, Bathavorum, Mattiacorum, Chattorum, Usipiorum, Tencterorum, Bructerorum, Chamavorum, Angrivariorum, Tubantum, Busactorum, Suleborum, Longobardorum, Ingrionum, Varginum, Carythuorum, Cimbrorum mediterraneorum, Nerviorum, Eburonum, Trevirorum, Mediomatricum, Ubiorum, Vangionum, Nemetum, Tribochorum sedes atque origo. Belgas a Germanis ortos esse. Eam linguam, quam veteres Gallicam vocant, eandem esse, quam nunc Teutonicam vocant, Gallosque Teutones esse atque Celtas. Nigram Silvam non esse Bacenim, sed Helvetiorum, ex Cæsare, Tacito, Ptolemæo. Itidem Ingævonum, Chaucorum, Cimbrorum (quorum pars Saxones fuerunt), Teutonum, Vandalorum, Burgundionum, Burgionum, Varinorum, Charinorum, Gutonum, simul et Boiorum, Hermionum, Hermundurorum, Nariscorum, Chattorum, Cheruscorum, Svevorum, item Peucinorum, Basternarum, Sarmatum situs. Antiquæ Mœsiæ, Phrygiæ, Histriæ, Sveviæ eiusque populorum: Rugionum, Anglorum, Angilorum, Angliorum, Senonum, Lancobardorum, Marcomanorum, Quadorum, Avionum, Abiorum, Varinorum, Levoniorum, Suionum, Bogiorum, Teriscorum, Tauriscorum, Alanorum, Troiorum, Gothorum, Burorum, Legionum, Estiorum, Sitonum, Fennorum, Dacorum, Getarum, Scytharum, regni Vanniani sedes et regiones, quomodo nunc hæc loca, sed mutatis cultoribus, vocentur. De Boiemia, quoties mutarit cultores. De primo Zechorum rege. De Venedis (qui sua lingua sunt Sclavi et Antes), veteres et nativæ eorum sedes. De variis et veteribus Germaniæ vocabulis. Religio, leges, philosophia, astrologia, dies, menses, annus, festa, literæ veteres, sapientes, vates, Druides, Alirunæ, Chyndegotæ ac Sibyllæ Germanorum, 20 primi heroes, dii atque reges maiorum nostrorum, quorum mentionem faciunt Appianus Alexandrinus, Cornelius Tacitus, Berosus et Metasthenes, quomodo a proavis nostris vocentur. De Osiri et Iside, Libyo, Hercule Hispanico, diis et heroibus Aegypti, ut in Germaniam venerint. Primæ expeditiones maiorum nostrorum in alienas terras exterasque nationes. Eorum res militaris. Vera historia et origo Amazonum ex Horatio et nostris auctoribus vernaculisque

annalibus. Irruptiones illarum in Asiam Scytharumque regna pariter cum Cimbris. De Alope urbe, cuius mentionem Homerus et commentarii eius faciunt atque inde Amazonas deducunt.

Secundus liber narrabit res gestas maiorum nostrorum ab excidio Troiano usque ad urbem Romanam conditam. Bellum Troianum. De Teuthrante rege et heroe Germaniæ, amico Herculis, eius filiis, nepotibus et uxore Troiana, quomodo a maioribus nostris nuncupentur. De Pentesilea, Hippolyte, Melanippe, Amazonum reginis, quid veteres Germani in suis carminibus de hisce cantitent. Ibidem nomina earum vera Germanica. Quomodo Germani sub imperio Babyloniorum ac Assyriorum vocitentur.

Tertii libri summa rerum: Vetera nomina Francorum et Gottorum. Irruptiones Germanorum in Asiam migrationesque in alienum solum. Bella eorum adversus magnos Persarum reges; qui tum maiores nostri atque Cyrus ab ipsis dicatur. De Rætis, quæ sit Rætia, Vindelicia, Noricum, Pannoniæ. De Sycambria, Scythia, Troia Troisque atque Scythis[c], Noricorum Pannoniorum populis et urbibus ac pagis, unde quidam Francos deducunt. Ibidem verissima earum rerum explicatio. De Rætobonna tetrapoli sive urbe quadrata Danubiana, quam veteres Germaniæ Druides atque vates Græca nominis interpretatione Ῥαιτόπολιν nominant, vulgus indoctum, corrupto licentia vetustatis nonnihil (uti fit) sono, Ratisbonam vocare solet, credit Latinum esse vocabulum, cum sit barbarum ac semigermanum, quemadmodum Bendobonna, Vindobonna, Arbonna, urbes Galliæ ac Noricorum. Bella proavorum nostrorum adversus Macedonum reges Philippum, Alexandrum Magnum eorumque successores; quomodo Germani a Macedonibus vocentur. Irruptio Germanorum rursus in Asiam. Item bella adversus Romanos liberos. Migratio in Gallias ac Hispanias. Origo Brabantinorum, et Flandrorum. Quomodo recens Germanie vocabulum inventum. Reges Germaniæ a condita urbe resque gestæ usque ad divum Iulium.

Quartus liber habebit magnitudinem Romani imperii cum urbibus insignioribus, rem militarem, reges Germaniæ ac gentes resque gestas cum Romanis imperatoribus usque ad obitum Theodosii Magni. Quæ sit splendidissima colonia Rætiæ. Item civitas Hermundorum fida Romanis. Quisnam Albis fluvius, quem Tacitus olim inclitum[b] et notum, nunc tantum audiri et apud Hermunduros, populos Danubianos oppositos Rætis, oriri commemorat. Qui primi arcana pietatis christianæ in nostris regionibus aperuerint.

Quinto libro istæc narrabuntur: Franciæ (usque ad Pipinum, patrem Caroli Magni) antiqui reges, qui simul in Gallia et Germania imperarunt, Gallias in Germanias transtulerunt, quorum mentionem faciunt Claudianus et Sidonius. Maxima rerum mutatio, quæ ubique perculit Christianos. Irruptiones Germanorum in sacrosanctum Romanum imperium. Svevorum, Rugionum, Lancobardorum, Turogorum, Boiorum, Vandalorum, Saxonum, Scotorum, Angliorum, Ostrogetarum, Vestrogetarum, Burgundionum, Alanorum, Hunno-

rum, Avarorum, Abiorum et Avionum,[c] Burgundionum veteres sedes, quomodo ex Germania interiore atque Vistula amne ad Rhenum et Gallias migrarint. Vessogetarum (!) migratio (ex regno, ut nunc nominant, Ungariæ) per Italiam. Gallias in Hispaniam, item Svevorum atque Vandalorum, Navarrorum et Varinorum, Alanorum usque in Africam. Irruptio Ostrogetarum in Asiam, rursus in Europam, Noricam et Austriam Pannoniasque reditus, atque deinde simul et Rugionum ex Austria in Italiam. Migratio Venedorum, qui sua lingua, ut diximus ante, Sclavi sunt, quos Iordanus noster, Ptolemæus Græcus, Tacitus Romanus, Albertus Sclavus describunt; irruptio in Germaniam interiorem et postea transito Danubio in Pannonias, Noricum, Liburniam, Dalmatiam; nam e sinu Venedico extremisque Germanie finibus egressi Illyricos usque penetrarunt sinus, longe lateque omnia occuparunt, potentissima regna condiderunt. Lancobardorum vera origo, situs; item Angliorum sive Angilorum, quas nationes Sveviæ Tacitus et Ptolemæus tribuunt, recentiores Saxonibus, qui Italiam, Britanias adhuc tenent, utraque natio teste Ptolemæo quondam Longobardi sive Lancobardi dicti. Brabantiæ vetusti reges et duces. Omnis nobilitas, reges, principes Italiæ, Galliarum, Hispaniarum ex Germania originem ducunt. Quomodo Germania vetus vocabulum mutarit Franciaque posthac dicta fuerit, teste etiam divo Hieronymo.

Sextus liber continebit reges ac Cæsares Germaniæ ac Galliarum ex antiquis Franconibus prognatos usque ad Honoricum (!) primum. Austriæ varia nomina. Excidium Hunnorum et Avarorum. Adventum Ungarorum in regnum Moraviæ et Boiariæ ac regiones, quas nunc possident. Bella eorum adversus nostros imperatores, quos et tributarios fecerunt.

Septimo dicentur imperatores nostri ex Saxonia oriundi. Vetus rursus Germaniæ vocabulum obliteratum novumque receptum ab imperatoribus Saxonicis. Res gestæ eorum, quomodo rursus Italiam, Gallias recuperarint, Germanias ab Ungaris asseruerint, Danorum regna domuerint cum Venedis[d]

Octavus liber habet Francorum imperatores atque eorum augustam sobolem Svevos, bella sacra Germanorum expeditionesque[e] Asiaticas imperatorum et principum nostrorum. Tartarorum irruptiones in Poloniæ, Boiemiæ, Ungariæ regna.

In nono referentur imperatores nostri in Holandia, Hispania, Anglia, Austria, Habsburgii[f], Lucilloburgii, Nassoviæ, Boiaria orti. Polonia quomodo regnum factum.

In decimo commemorabuntur usque ad nostram memoriam imperatores nostri in Austria, Boiemia, Ungaria, Hispania orti. Irruptio Turcarum in Europam victique imperatores, reges et principes nostri. Quinque bella infausta adversus Boiemos ab imperatoribus et principibus nostris gesta. Nova nomina Germaniæ, præcipue militantium, quibus vulgo apud exteras nationes nuncupari solemus. Complura alia, vulgo non protrita, ex vetustis, recentioribus imperatorum et pontificum nostrorum eruta diplomatibus, cognitu utilissima

lectuque iucundissima in hisce referentur commentariis, quæ hic indicare nihil operæ pretium fuerit.

a) auth-". — b) „inclytum". — c) Die Beilage zum Abacus liest „Scitiis". — d) „cum Venedis" fehlt bei Goldast. — e) „que" fehlt bei Goldast. — f) Die Beilage zum Abacus liest „Hapeb-".

[1]) Es ist dies der einzige, von Goldast verschleppte Brief Aventins an Vadian. Das Datum 1530 ist zweifellos durch 1532 zu ersetzen, da Aventin nur auf dem Reichstag zu Regensburg im Mai 1532 persönlich mit Christian Fridbold verkehrt hat, s. oben, Brief 684. Die dem Briefe beigegebene lateinische Inhaltsanzeige der projectierten «Germania» fällt im Einzelnen keineswegs mit der deutschen Inhaltsanzeige des «Zeitbuchs über ganz Teutschland» zusammen, wie sie in der Gesamtausgabe der Werke des Johannes Turmair, genannt Aventinus, Bd. I, S. 307—316, abgedruckt ist. Es schien uns daher der unverkürzte Abdruck der an Vadian geschickten Übersicht als Beilage durchaus gerechtfertigt; obschon sie auch dem 1532 in Regensburg erschienenen «Abacus» des Aventin beigegeben ist. Dieser uns von der k. Hof- und Staatsbibliothek in München gütigst zur Verfügung gestellte Abdruck ist zur Berichtigung einiger handgreiflichen Druckfehler der Goldast'schen Ausgabe benutzt worden.

16. XI 13.

Georg Binder [1]) an Vadian.

Zürich. (1532?) August 20.

Johannes Fries wird nächstens nach St. Gallen kommen, um bei Hans Widenhuber die Zither spielen zu lernen. Binder hat ihn aufgemuntert, bei diesem Anlass den st. gallischen Studierenden Vorlesungen zu halten. Vadian möge berichten, was sie gerne hören würden.

S. Phrysius noster, adolescens sane eruditus in literis Græcis et musica, propemodum ad vos veniet, discendi gratia[a)] artem pulsandę cytharę apud Ioannem Widenhůber. Eum hortatus sum, ut in usum studiosorum, qui apud vos sunt, subcisivis horis aliquid prælegat[b)]. Proinde cum tuis convenito, quid libenter audituri sitis, atque proximis ad me literis significato. Habebis adolescentem ingenuum atque ad omnia paratissimum. Vale in domino Iesu, pręceptor, immo[c)] pater amantissime observandissimeque.

Tiguri, 20. Augusti.

Georgius tuus *Binderus*.

D. Vadiano suo.

a) „c" für „t". — b) „e" für „æ". — c) „imo".

[1]) Vgl. II, Brief 129, und III, Nachträge, Brief 85. — Nach einem Brief Pellicans vom 26. September 1532 — s. oben, Brief 714 — war Fries damals zur Reise nach St. Gallen gerüstet. Es darf beim Mangel aller andern Anhaltspunkte vermutet werden, dass es sich dabei eben um diese Reise zu Hans Widenhuber gehandelt habe. Im Sommer 1539 war Widenhuber — wohl schon seit längerer Zeit — nicht mehr am Leben, s. Brief 1068.

III 151. 17.

Joachim Vadian[1] an Ambrosius Blaurer.

St. Gallen. 1533. Januar 31.

Er hat durch den Überbringer vernommen, dass Ambrosius Blaurer gesund sei und in seinem Amte verharre, ebenso, dass er mit einem Papisten einen heftigen Kampf führe. Es sei zu hoffen, dass jener Gegner unterliege. Er ermuntert Blaurer zur Fortführung des Kampfes und berichtet, dass im St. Gallischen die Wahrheit trotz aller Anfechtungen sich behaupte. Streit der Zürcher mit den inneren Kantonen. Vadian befürchtet, dass der Streit der Constanzer mit dem Bischof neuen Sturm erregen werde. Bitte um zuverlässige Nachrichten über das Verhältnis von Kaiser und Papst. Der jüngere Herzog von Würtemberg soll vom Hofe Ferdinands zu seinem Vater geeilt sein. Friedensverhandlungen in Ungarn.

S. Significavit mihi vir ille, cui has ad te perferendas tradidi, haud dubie candidus, et valere te et tuo in officio persistere; quorum alterum magnæ mihi voluptati fuit, alterum sane non incognitum, ubi valere te accepissem. Addebat, cum Antronio quodam aterrimo tibi negotium[a] esse, velut cum excetra subinde veneno papistico omnia inficiente, utcunque tu doctrina Christi ceu Herculea clava istius sibilum premas et pullulanti[b] perfidię toto te opponas pectore, atque eius rei gratia comitia[c] habita. Eximie polliceri sibi aiebat futurum, ut tandem belua succumberet. Quod ipsum, si te auctore[d], qui Christo niteris, Isnacensi ecclesiæ obtingit, est, quod magna cum gratulatione recipiant. Quid enim maius, quid præstantius, quam magno emptos pretio[a] servitute hominum liberari et asseri conscientias tot modis captivas carni et sanguini! Sin minus id ab INFIRMITATE in pręsentia possis assequi (ut est illa in avertendis declinandisque damnis sæculi oculatissima), certum tamen sit, Nemesin illam ab alto despectantem non parsuram monachismo, nimirum pesti nocentissimæ et cui aliud malum, si Christi doctrinam et puritatem spectes, conferri non queat. Interim tibi, viro ornatissimo, nulla in parte cessandum, quem gratia domini tot præclaris armis et tanta (ut vere dicam) panoplia ad sue gloriæ præconium obarmavit. Quod attinet ad nostras ecclesias, probe habet veritas, et inter afflictionum procellas supra, quam credi possit, illi perstant consistuntque, qui Christum propius, hoc est se magistro, didicerunt. Labuntur passim rure plusculi, sed offensione magis quam animi morbo, neque casu graviore, quam ut de erigendis confirmandisque magna mihi spes sit, modo paulo mitior aura favorem evangelii promoveat, id quod vel de his mihi persuadeo, qui sunt adversum nos seditiosissimi. Quis enim sit tam vecors[e], ut celatum[e] iri putet perpetuo artes

hominum et studia existimet, quibus sua illi retinere et orbi notam ex scripturis veritatem premere fucumque facere piorum oculis incassum nituntur? Veritas, inquit Hieronymus, claudi et ligari potest, vinci non potest, quæ et suorum paucitate contenta est et multitudine hostium non terretur. Gratias autem agimus domino, quod iam non pauci, sed plurimi ad deum supplices manus erigunt, id unum cum lacrimis[f] precantes, quod de veritate omnibus his constare queat, qui Christo viæ veritatis nomen dedere. Tigurini nostri aliquot mensibus magno discrimine cum pagis immontanis sunt conflictati ob nescio quas calumnias verius quam iustas caussas; sed a proximis Thermarum comitiis nuntium[a] accepimus id nobis persuadentem, ut illinc nihil amplius bellici tumultus timeamus. Id magis metuendum, ne dissidio, quod inclitæ[g] Constantiæ tuę cum mitrato[h] pontifice ob redditus quosdam et intercepta vectigalia perdurat, nubecula aliqua sese ingeminet, quæ tempestatem aliquam sit editura[i]. Mihi sane de domini misericordia polliceor, quod solemus pii omnes in tanta rerum angustia, ut vel obstinacibus (!) vel perverse impiis aut proprii commodi studio transversum raptis meliorem mentem largiatur, quæ nec malefacere nec maledicere, sed sui verbi splendorem vereri et exosculari suavitatem pergat. Potest enim ille et de lapidibus Abrahæ filios excitare. Quod utinam tandem usu nobis veniat! Amen.

Si quid de Cæsare apud te certi et de pontifice Clemente quid rumor ferat, fac, oro, tuis literis certo aliquo nec tardo nuntio[a] intelligam. Ducem iuniorem Wirttenbergensem aiunt Ferdinandi aula deserta ad patrem contendisse. Qua caussa id factum siet, facilius divino, quam explicem. In Hungaria aiunt pacem componi magnis arbitris, quorum unus Faber est. Utinam autem non tam sero pacem optassent, qui tam præpropere bellum malebant. Ganniunt quidam, Cæsari cum Clemente non admodum convenire. Quod si est, nihil novi committitur. Ille fortasse vellet concilium convocari; hic ferre se id et admittere posse pernegat. Lucem, quod vulgo dicitur, noctua odit. Vale, decus nostrum, et, ubi vacarit, rescribe fido nuntio[a]. Sangalli, pridie Kalendas[k] Februa(ria)s, anno MDXXXIII.

Ioachimus Vadianus tuus.

Clarissimo viro domino Ambrosio *Blaurero*, pientissimæ *ecclesiæ Isnacensi* Christum *prædicanti*, domino colendo.

a) „c" für „t". — b) „pulul-" — c) „comm-" — d) „authore". — e) „æ" für „e". — f) „lachr-" — g) „inclytæ". — h) „mythr-". — i) „ed-". — k) „Cal-".

[1]) Vgl. I, Register unter «Vadianus».

IV 236.

18.

Mathias (Oswalt)[1]) an Vadian.

Nördlingen. (1534. Frühjahr?)

Er hat frische Pillen präpariert. Politische Nachrichten.

Mein fruntlichein grus unnd willig dienst. Wirdiger unnd hochgelertter mein lieber herr und gefatter[a]), ich laß euch weyßen, das ich allerlein freyschen maßa pillilarum præparet (!) hab; ßo euch etwas ablaufft, es sey, was es wol, lant mich weysen; wil ich euch zůschickein. Wetter, lieber her dachtur, laß euch ich weyßen, das man zů Augspurg, Ulm und Hechstet und der jung graff Ludwig von Öttingen und andern herr mechtigk vil knecht annemen, und ist der bescheyt gen Straßburgk und etlichen in das Francken*land*, Marckgraffain, Heysen, Beyer, Wirttenbergk. Und ist der sag, mannicher eyner sag, man wil in Lottringen ader man wil hertzog Hans von Saxen zů Franckfurt zu eynem remischen küngen erwellen, und kan ymanß erfaren, was daraus werden wil. In dem allen schlagt das korn trefflich auff bey ünß. Das laß ich euch für war weyßen: einß das mir der olberß[b]) mintzergesell[c]), Hans Keil von Mülhausen genant, gesagt, das regemet von Eyßburg gen Nordlingen geschick(t) hat 80 taussen marck sylber; da werck man tag und nach(t) bey 32 personen, und schreyb der maister nach umb knecht, und mech(t) er 50 überkomen, sey hetten alle arbeit bey en (!) zů Nordlingen, und mache net ander dan batzen. Sulches laß ich euch weysein gut maigen[d]). Domit gott befullen. Maynes handeltz ha(l)ben mugen yr handeln nach ewerm gůtgedunkein und mich weysen laßen.

Mathis, apotencker zů *Nordlingen*.

Dem wirdigen unnd hochgelertten herr docthur Jachain von Wat, zů Sant Gallen, meinem lieben her und gefatter, inzuantwurten.

a) Über „gefatter" steht „doc", als ob „gefatter" durch „doctor" hätte ersetzt werden sollen. — b) Oder „olber" = ober? Vorher gestrichen „olß". — c) „nintzer-". — d) = „guter mainog", vgl. oben, Nachträge, Brief 6.

1) Vgl. oben, Brief 769. — Der Inhalt des Briefs scheint ihn am ebesten in die Zeit der Vorbereitungen zu dem würtembergischen Kriege zu verweisen, über dessen Verlauf Brief 7.. berichtet.

19. XI 39.

Heinrich Bullinger[1]) an Vadian.

(Basel. 1534/35?) October 4.

Die Basler Priester in Freiburg.

Gastius 4 Octobris ad me.

»Pfaffi nostri Friburgensibus, qui eos familiariter ad annos aliquot foverunt, iam indignantur, quod scorta illorum ferre amplius nolunt. Gloureanus illis patrocinatus est coram senatu et cum suo longo PATER NOSTER persuadere instituerat senatui, ne ANTIQVVM SCORTANDI morem abrogarent, ne videantur favere Lutheranis. Sed mordax et vesanus vates risu exceptus et dimissus est re infecta. Iam pfaffi nostri alias sibi sedes quærere dicuntur.« — Das ist hupsch ding et profecto hüpsch. *H(einricus) B(ullingerus).*

1) Vgl. oben, Brief 730. — 1529 ist die am alten Glauben hängende baslerische Geistlichkeit, wie auch Glarean, nach Freiburg im Breisgau übergesiedelt. Dort waren sie einige Jahre (aliquot annt) freundlich begünstigt worden, bis der Basler Chronist Gast das obige Ereignis an Bullinger berichten konnte. Das Blatt ist ohne Zweifel einem Briefe Bullingers an Vadian — etwa Nr. 794 oder 842? — oder auch an Ambrosius Blaurer beigelegt worden. — Vgl. dazu die Erzählung von Gast in Buxtorf-Falkeisen: Baslerische Stadt- und Landgeschichten II. 70 f.

20. XI 127

Martin Bucer[1]) an Vadian.

Lindau, (1535. Mai 7?)

Er rühmt Vadians Verdienste um die Kirche Christi und klagt über die schwierige Situation.

Gratia et pax. Vir amplissime, næ tu parcus es pollicendo et benignissimus præstando, qui tantum ecclesiæ Christi thesaurum effuderis. O utinam vero prologum tuum tui sequi voluissent, dumtaxat[a)] hac tempestate, qua ob ingratitudinem nostram dominus tantum ubique in ecclesias Satanæ permittit. Nimium onerabamini ab uno misogrammo et satis superque ab hoc periculi erat. Nunc audio, non tantum geminatum[b)] esse hoc malum; ita adscitum nuper superare insania veterem aiunt. Spiritus sancti dona contemnentes, cui, quęso, mereant? Augurabar hoc futurum, et id ignavia nostrorum, tam ministrorum verbi, quam moderatorum reipublicæ. Censuram ecclesiæ poscebat ille, rem plausibilem iis, qui dominum quærunt[c)], etsi eestatici[d)] illi spiritus sub hoc nomine ecclesiæ vastationem quæsierunt[e)]. Si neque id, quod iuxta domini verbum recte potuerat institui,

neglectum non fuisset et suo munere singuli graviter incubuissent, indubie dominus isti tantum non permisisset. Sed orabimus dominum, ut vobis adsit, et tua prudentia atque religio nunquam non vigilabit. Mira sane sunt, quæ de sacramentis scripsisti. Scribere iam plura non licet; contionandum[e] est et mox abeundum. Vix enim unum diem eripui, quo irem Constantiam, quo me res non vulgaris perpulit. Nunc Augustam revertor, mox inde domum volente domino repetiturus. Vale felicissime cum omnibus illic sanctis. Lindavii, postridie adscens*ionis*.

M(artinus) Bucerus, D(ominationi) t(uæ) deditissimus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, patrono suo observando.

a) „dunt-". — b) „gemm-". — c) „e" für „æ" — d) „est-". — e) „conc-". Vadiano.

[1]) Vgl. IV, Brief 506. — Der Brief scheint auf dem Ausflug nach Isni geschrieben zu sein, den Bucer bei seinem Aufenthalte in Augsburg im Frühjahr 1535 von da aus machte und den er auch zu einem Besuche in Constanz benutzte. S. Baum, Capito und Butzer S. 502.

B 378. 21.

Melchior Volmar[1]) an Vadian.

Isni. (1535.) August 11.

Aufgemuntert von Vadian, hat er schon einmal an ihn geschrieben und erwartet nun Antwort. Nach der freundlichen Aufnahme in St. Gallen wird er immer ein höchst angenehmes Andenken an Vadian bewahren.

Melchior Volmarius domino Ioachimo Vadiano S. D.

Memini, cum istic[a] essem, quod me moneres, uti ad te subinde meas literas mitterem, quodque mihi summis votis optandum erat teque maiorem in modum rogandum, id tu nobis (quæ tua est humanitas) ultro offerres. Scripsi igitur ad te pridem atque etiamnum scribo. Cui si quando respondere tu sustinueris, duplici me tibi beneficio obstrinxeris: et quod ineptias meas pro facilitate tua admittas et eruditissimas literas tuas reddas. Certe officium tuum, quo, cum istic[a] essemus, nos prosecutus es, tantum apud me effecit, ut, ubicunque sim aut etiam futurus sim, nunquam intermoritura sit in animo meo iucundissima tui memoria. Bene vale cum liberis et coniuge tua suavissima, quibus etiam mea uxor multam salutem precatur. Datum Isnæ, tertio Idus Augusti.

Doctissimo ac prudentissimo viro domino Ioachimo Vadiano, consuli apud Sangallum, domino ac amico singulari suo.

An den burgermaister von Sant Gallen

a) „isthic".

[1]) Vgl. oben, Brief 822.

22. IV 105

Johannes Menlishofer[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1536. An einem Sonntag.

Bericht über den Verlauf der Krankheit eines gemeinsamen Bekannten.

S. Clarissime vir, annuntio[a)] tibi gaudium, ut cum communi patrono nostro læteris. Heri crisis facta est. Dies purificationis fuit induritiva (?) cum sputo albo mixto sanguine citrino (?). Heri per horam et mediam occupabatur liptomia[b)] vehementi. Dein excernebat per ventrem lotium, sputum. Secuta est remissio omnium accedentium[c)]; remansit tamen et magna virtutis prostratio et debilitas ac resolutio virium, quam cum cibis (?) et medicinis fulciemus. Egemus aqua caponis[d)]. Scripsimus socrui domicelli, ut diligenter curet caponem[d)] cum aquis rosarum buglossæ boraginis distillatæ. Quodsi opera tua id cures actum, magnam præstabis gratiam domicello et humanitatem tuam grato recipiet animo. Pleuresis dextri lateris cum febre continua fuit; sed dono dei dispositio redacta est in optimum statum. Urinæ remissæ sunt cum hypostasi. Tu in domino vale; me ut semper commendatum habeas. Datum die soli consecrato, anno 1536, in diluculo.

I(ohannes) Mendlißhoferus tuus.

Amico incomparabili ac clarissimo viro Ioachimo Vadiano.

a) „-ctio" — b) Für „liphæmia" verschrieben? — c) „acted-". — d) „capp-" — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. III, Brief 361. — Der erste Sonntag des Jahres 1536 fiel auf den 2. Januar.

23. IV 104.

Oswald Myconius[1]) an Vadian.

Basel. 1536. (März ?)

Übersendung eines Schreibens an die toggenburgischen Geistlichen, welches Vadian besorgen möge. Beschwerde über das unpassende Vorgehen eines Ungenannten in dieser Sache.

S. Hæ sunt literæ, Vadiane ter maxime, ad Doggenburgenses fratres, quas rogo perferendas tu nunc cures quam diligentissime. Non potui scribere, quod volui, quia res non successit et profecto pueriliter actum est a vestro illo in re non puerili. Non credo, Vadianum consensisse. Spiritum istum impurissimum eiiciant oportet viri christiani; non pertinet enim ad gloriam dei. Quomodo possunt docere Christum,

quos carnis adfectus tam potenter etiamnum possident? Age; deus tueatur ecclesiam suam. Basileę, raptim, anno XXXVI.

Oswaldus Myconius, tibi devotissimus clientulus.

D. Ioachimo Vadiano, viro præcellentissimo, consuli Sangallensi dignissimo, domino perquam observando suo.

[1]) Vgl. I, Brief 105. — In Brief 880, vom 18. März 1536, nimmt Myconius offenbar auch auf diese Angelegenheit Bezug. Obiges Brieflein wird daher wohl auch in diese Zeit fallen.

XI 84.

24.

Heinrich Rennhas[1]) an Vadian.

Nesslau. (1536.) Mai 3.

Empfehlung einer kranken Frau. Sein eigenes Befinden. Der Brief von Basel.

Gratiam[a]) ac pacem a Deo per Christum etc. Hochgelerter, wirdiger her Doctor, zögeri dises zädels ist die frow, der ir by mir ein purgatz mit einem confortatium (!) geschickt hand; unnd hat sich ir handel, wie si euch selbs wol wirt ainzaigen, nit bösret. Wil also wyther rath by ewer W(irde) sůchen. Thond mit ir das best; dann ir man unnd si mich gebetten, E. W. ze schriben; es hett si sunst nit gedörft. — Minen halb stat es ouch nit als übel. So ich ietz selbs hinin kumm, wird ich wyther zů E. W. kummen umb rath. — Der brief von Basel ist uns zů hand khommen, Got danck, E. W. unnd minen herren. Thond allweg mit uns armen bruedren das best. Die gnad Gottes beware euch zů allen zitten. Ex Neslow, 3. die Maii.

Hainrich Rennhas, E. W. williger.

Dem hochgeleiten unnd wirdigen Joachimo von Wath, der artznig doctor. Zů Sant Gallen.

a) „c" für „t".

[1]) S. oben, Brief 833. — Einen ziemlich sichern Anhaltspunkt zur Ergänzung des Jahresdatums bieten Brief 880 und der vorstehende Brief 23, aus denen hervorgeht, dass sich Basel im Fruhjahr 1536 mit den toggenburgischen Angelegenheiten beschäftigt hat.

B 70.

25.

Melchior Volmar[1]) an Vadian.

Tübingen (1536) Juli 1.

Freude über den Briefwechsel mit Vadian. Mitteilung eines Unfalls, der ihn betroffen. Klage über seine Umgebung. Bitte um ein unter der Presse liegendes Werk Vadians.

S. Qui has tibi reddidit literas, tuas nuper ad nos pertulit, quanquam uxori eas reddiderat, quum mihi, tum valetudinis gratia absenti

Thermis Ferinis, non posset; alioqui haud commisissem, quin statim in præsentia tibi respondissem. Libens enim facio, ut occasionem eliciendi ex te literas nullam prætermittam, ut quibus tantopere delector atque etiam ambitione quadam efferor, ob auctoris[a] scilicet præstantiam ac nomen, dum obvio cuique amicorum eas ostento ac tantum non ob oculos obtendo. Etenim, qua tu es humanitate, facile ego quidem induci possum, ut credam meas apud te qualescunque literas nunquam accidere incommode adeo posse, quin et gratæ tibi sint et responsum abs te ferant, tametsi nihil tum erat, quod scire tua interesset, nisi forte de rebus meis privatim ad te scribere sustinuissem, quæ tamen ab eo usque tempore, quo istinc abs te discessi, ita mihi adversæ semper fuere, ut periculum mihi apud te neglecti officii arcessere longe maluissem, quam efficere, ut ex amici tui casu (quod futurum fuisse non in dubium mihi quidem venit) dolore ullo angerere. Nam simul atque Tubingam in cœnobium veni Franciscanorum, cuius mihi loci, amœnissimi quidem illius, habitatio atque usus ex liberalitate principis obvenerat, dum supellectilem meam compono atque dispono, diligentis utique œconomi aut patris familias partes gerens, lamina quædam ferrea, triginta amplius pondo gravis et ad os fornacis ingentis cuiusdam in eodem collegio vaporarii (ut fieri assolet, ubi id genus Cretenses ventres pigri saginantur) claudendum, in pedem decidit dexterum eiusque mihi nervos in tantum convulsit omneis, ut menses ex eo plus minus septem lecto totos decubuerim, atque ita quidem, ut ne consistere quidem pedibus tempore hoc universo, nedum ingredi licuerit, maxime cum ad hoc malum συμπτώματά τινα et multa et periculosa in dies accederent. Sed nec tam male me habuit casus ipse, quamvis gravissimus cuiusque vestigia vereor ut perpetuo sim mecum circumlaturus; scio enim permissu hæc domini fieri, ad cuius voluntatem, quatenus id certe per gratiam illius facere licebit, libens me accommodarim. Id mihi vehementer dolet, esse complures ex male feriatis istis quibusque ab re sua tantum est otii[b] (ut ille ait), aliena ut curent quæque nihil ad se attinent, qui εἰς τοῦτο περιεργίας προύχθησαν, ὥστε καὶ τὴν τοῦ συμβεβηκότος αἰτίαν ἐξετάζειν τολμῶντες pronuntiare[b] non dubitent, peccati pœnam esse (sic enim isti loquuntur), illudque contaminationem interpretantur esse loci sacri, usu habitationeque impura atque profana. Vix enim dici potest, quam hic passim abhorreant a veritate non modo vulgus, sed etiam viri principes, et ex his bona pars, quibus

etiam reipublicæ cura a principe demandata est. Ego quidem non memini videre in veteri ac pontificio dogmate pertinaciores usque[c], dumtaxat[d] iis in locis, ubi verbum dei et prædicari et audire libere concessum est atque etiam edicto principis imperatum; sed hoc fortasse posterius. Id est, quod dicitur: nitimur in vetitum; nosti reliqua. Quapropter vehementius etiam laboratur a ministris verbi, Blauræro præsertim, insigni pietate viro. Ego enim ad iura evocatus sum interpretanda civilia, idque lingua utraque, tametsi domi inter privatos parietes et sacros imprimis evolvo codices et philosophię me studiis oblecto. Quo in genere fere nunquam e manibus depono, quæ abs te profecta elegantissimę eruditionis monumenta sunt. Quæ ipsa quoties lego, in mentem mihi venit, quale futurum illud sit, quod mihi, istic quum essem, ostendisti sine arbitris quodque iam et absolutum et sub prelo[d] esse τῶν τυπογράφων, qui has tibi reddidit, idem sua sponte mihi ac ultro retulit; ne forte persuasionem tu de me induas ut de homine futili ac effluente quique τὰ ἀπόῤῥητα ac secreto commissa sibi continere nequeat. Unum igitur hoc nunc abs te oro atque etiam contendo, ut, ubi a prelo[e] exierit liber[2]), eius unum exemplar primo quoque et tempore et nuntio[b] ad me mittas, non recta huc quidem, sed Isnam ad socerum. Nam et libri ab illo pretium[b] accipies et efficies simul, ut, quanquam mox ille ex me intelliget, quanti librum facio, efficies tamen, ut aliquid præterea muneri vel mihi vel uxori adiungat, quo tanti itineris sibi ac operę constare ratio possit; sed et mea plurimum refert, exemplar abs te unum accepisse quamprimum habereque ante alios. Nam si tantum honoris una mihi abs te epistola conciliare solet (id quod persuasum habere omnino debes), quid spei mihi positum esse censes in integris commentariis tuis, abs te mihi auctore[a] missis, præsertim tam eruditis tamque necessariis ad hæc nostra tempora? Habes epistolam bene longam, vir candidissime, quæ si vel ob prolixitatem vel barbariem molesta quippiam fuerit, ego extra culpam sum; nam delectari te legendis nostris literas tuas testes apud me asservo. Bene vale cum coniuge ac liberis. Tubingæ, Kalendis[f] Iulii. Tuus *Melchior Volmarius*.

Doctissimo atque optimo viro Ioachimo Vadiano, consuli apud Sangallum[g] prudentissimo, domino et amico suo plurimum observando.

a) „auth-". — b) „c" für „t". — c) „usquam"? — d) „dunt-". — e) „œ" für „e". — f) „Cal-". — g) „Sang-".

1) Vgl. oben, Brief 822. — Als Jahresdatum ist wohl mit Sicherheit 1536 zu ergänzen. — 2) Gemeint sind die Aphorismen; vgl. oben, Brief 888, 891, 893 etc.

26. X I 82.

Ammann Hans Vogler[1]) an Vadian.

(St. Gallen. 1536. August?)

Entschuldigung, dass er Vadian nicht besucht habe, und Anerbieten, etwas für Bullinger mitzunehmen. Politische Nachrichten.

Min herr, ich pitten um allter trüw und ernn willen, mir gar nitt zů verargen, das ich üch alß min hernn und gethrüwen alten alß vatter nitt überloffen und suchen, bis ir, wil gotz, kurtzlichen von mir muntlich, so ich wider har komen, achten horen werden. Diewil ich aber mitt sampt minem vettern, der nachtig nachtz alher komen ist, uff Zürich zů und um die 10. ussin: so ir dann minem lieben Bulliger oder den üwern etwas zuschriben oder schicken, will ich mitt truwen antwurten; mügen ir mir bis 10 in Wolff Raiters hus zůschickenn, ob ir etwas vernemen, wie ich hörn, das die botten Costentz, Lindow, Mämigen zum Pfaltzgraffen komen, der sy zů gast gladen. Alss sy von sachen gerett, soll er dem botten von Costentz uff achseln gschlagen haben und gsagt: »Ir reden recht von sachen; fart fur und ich wird och in punt gon.« Also sagt man, Pfaltz und Coln syge darin. Was irs vernemen, wert irß hinin schriben. Der almachtig bhüty uch und üwer lieb husfrowen. Befilch mich üch.

Ü(wer) Würdy g(ůt)w(illiger) *Johann Vogler.*

An minen verthruwthen hernn doctor von Wadt etc.

1) Vgl. oben, Brief 666. — Da Ammann Hans Vogler im August 1536 zu Appenzell war (s. Brief 903), kann er sich sehr wohl damals Vadian anerboten haben, etwas an Bullinger nach Zürich mitzunehmen, und dass er Vadian nicht persönlich aufsuchte, mag sich daraus erklären, dass er keine Zeit dazu hatte oder auch aus Vadians damals wankender Gesundheit.

27. B 402.

Joachim Camerarius[1]) an Vadian.

Tübingen. (1536.) December 3.

Bitte um Vermittlung einer Plautushandschrift aus der Klosterbibliothek.

S. Dubitanti mihi quandam petitionem meam tibi exponere literis meis, ignoto scilicet et alieno, animum addidit Philippus Melanchthon, suavissimus hospes et amicus summus noster, et mihi de tua humanitate ita est prolixe pollicitus[a]), ut non solum scribere tibi, sed familiariter etiam et sine quodam quasi apparatu exordii scribere non sim veritus.

Ille igitur viderit, quem, si quid est a nobis peccatum, præstare oportet. Sed quod a te petere institui, tale est. Audivi in bibliotheca istic divi Galli, ubi est, ut opinor, abbatia, inter alios libros asservari comœdias Plautinas. Ego autem multis iam annis versor in illo auctore[b] emendando ad usum studiorum iuventutis et nonnihil singularis operę scio iam me præstitisse; sed neutiquam cupiditati meæ satisfactum est. Itaque plura requiro exempla; sed requirens nusquam invenio. Peto igitur a te maiorem in modum, ut istius Galliani libri usum et copiam aliquantisper nobis conficere studeas, quo nihil gratius mihi facere possis et fortasse publice aliquid commodi[c] attuleris studiosis litterarum Latinarum, quas te et quondam ornasse et nunc colere scimus. De mea quidem fide et gratitudine tibi omnia summa persuadeas velim; non te fallam. Vale. Tubingæ. III. Nonas Decembris.

Ioachimus Camerarius.

Ornatissimo viro domino Ioachimo Vadiano apud Sanctogallenses primario viro.

a) „policitus". — b) „aut-". — c) „comodi".

1) Von *Joachim Camerarius* findet sich nur dieser eine Brief in unserer Sammlung. Das Jahresdatum lässt sich aus Brief 943 wohl mit Sicherheit ergänzen.

XI 64. 28.

Simon Grynæus[1] an Vadian.

(Basel, 1536/37.)

Basel ist immer für die Einigung eingestanden und erwartet eine günstige Erklärung von Luther. Eine Antwort von Zürich und Bern hat Grynæus noch nicht gesehen. Er hat Lust, einmal die Alpen zu überschreiten.

S. Curabo rem diligenter ac in eandem propemodum sententiam scribere constitui quædam, si me scribere senatus noster iubebit. Sic enim res est: non habet ille profecto, cur nos non meritissimo complectatur, si is, quem præ se fert et quem audit, verus apostolus Christi esse studeat. Et nos quidem hactenus omni studio obviisque, quod dici solet, manibus concordiam amplexi, functi officio nostro sumus, nec quidquam in nobis Lutherus desiderabit. Supererit, ut ipsus (!) sese bene exploret, causam evangelii in tantum periculum expositam iuvare necne et tam gravem notam tollere de medio velit. Certum est enim, nisi hoc Lutherus facit, contrarius constitutum adversus peccata nostra domino esse. Quo nos magis communibus studiis incumbere et niti decebit, ut, si non convenimus

cum illis liceat, saltem nobis inter nos liceat. Sed spero equidem ac mihi propemodum promitto successurum ac pacem, ecclesiam Christi habituram. Tygurinorum Bernatumque responsum nullum dum vidi. Ipse cognosces facile, quid istic sit actum. Vale in domino Χρίστῳ servatore. Amen. Uxorem salutabis mihi diligenter. De hospi(ta)litate meminerit, quid promittat; nam Alpes istas semel superare, in cælum[a] usque superbas licet, animus est. Quod cum est futurum, nolo sollicita sit interim, vel muneris tantilli scilicet rependendi vel tam vulgaris hospitis accipiendi cura. Vivite in domino Christo. Amen. *Gryneus* tuus.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, patrono. Sanctogalli.

a) „cœl-"

1) Vgl. oben, Brief 710. -- Genau zu bestimmen, in welches Stadium der langwierigen Unterhandlungen über den Beitritt der Schweizer zur Wittenberger Concordie der Brief gehört, ist uns nicht möglich.

29. IV 13.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

(Constanz, 1537. Mai?)

Sein Bruder Konrad hält es für zweckmässig, dass Zwick Mitgliedern des Rats Verschiedenes vorlege, um Anlass zu geben, die Strassburger zu mahnen, dass sie Bucer in seinen Belästigungen der Schweizer zurückhalten, und ihn selbst zu Bullinger zu senden oder ihm doch die Reise nach Zürich zu erlauben, um dort mit Bullinger über die Haltung der Schweizer zu verhandeln. Zwick würde Zürich aus mehrfachen Gründen gerne besuchen und dort am Pfingsttage den Ritus des h. Abendmahls sehen.

Frater Cunradus, auditis literis Bullingeri et quam anxie consilium a me petat, consultum putat, ut secretioribus ex senatu proponerem quędam, quæ nuper mihi narravit Ambrosius, deinde quæ habeo de Franckfordia, item quę de misso nuntio[a]) ad Lutherum per Augustanos, additis quæ nunc per Bucerum Helvetiis proposita sunt, et postremo, quid a me nunc petat Bullingerus. Ista propositione vellet nostris ansam dari exhortandi Argentinenses, ut Bucerum retinerent in via et ne sic vexaret vexatione perpetua Helvetios; deinde ut vel ego mitterer ad Bullingerum aut mihi saltem permitteretur ea profectio ad optimum virum, hortandi causa, ne quicquam cum Bucero agerent Helvetii, sed exspectarent[b]) omnino Lutheri et Melanthonis literas. Et mihi omnino in votis est invisere Tigurum, et facilior est mihi profectio ista, quam literis rem inexplicabilem prosequi tentare, maxime quod de aliis multis non male frugi causis cum fratribus optimis optarem

conferre, præcipue ut Theodorum etiam retinerem, ne editionem[c] maturaret contra Bucerum, quam audio ipsum tentare. Sed audiam tuum consilium et quid tibi videatur. Si non videbitur hæc proponere secretioribus per me, tamen per te quędam tuo iudicio[d] ad rem facientia proponi possent, accepto favore et impetratis equis et famulo. Nam cras abirem, maxime ut in die pentecostes ritus cenæ[e] dominicę apud Tigurinos viderem, mihi antea invisum. De expensis nihil sum sollicitus. Vale.

a) „nunct-". — b) „exp-". — c) „ed-". — d) „t" für „c". — e) „cęnæ".

[1]) Vgl. II, Brief 152. — Nach dem Inhalte des Stückes glauben wir es am ehesten in die Woche vor Pfingsten 1537 versetzen zu dürfen. Der Pfingstsonntag fiel in diesem Jahr auf den 20. Mai, und da Zwick im Begriffe stand, «morgen» nach Zürich abzureisen, um die dortige Abendmahlsfeier an Pfingsten zu sehen, können die vorstehenden Mitteilungen doch nur wenige Tage vor Pfingsten an Vadian abgegangen sein. Möglicherweise haben wir eine ergänzende Nachschrift zu Brief 962 vor uns.

IV 372

30.

Hans Hab[1]) an Vadian.

Zürich. 1537. September 4.

Anzeige seiner Wahl zum Landvogt im Rheintal und Bitte, ihm nötigenfalls mit Rat an die Hand zu gehen.

Hochgelerter, fürsichtiger, wiser, innsunnders günstiger lieber herr, üch siginnd zůvor min früntlich, gantz gůttwillig dienscht und waß ich uch zů eren und gefallen vermag. Lieber herr, alß dann die fogtig im Rinntal nach ordnung der VIII ortten an mine herren ze besetzen kommen, habend sy mich alß unngeschikten darzů geordnedt. Gott ferlich mir gnad, so ich anderß sy besitzen sol, daß ich nach gefallen sinem[a]) und minen[a]) herren, ouch den biderlütten zů gůttem handle und insunderheidt uch, unseren lieben eidgnossen von Sanct Gallen, thůge, so üch zů furderrung dienen und reichen möge. So dan ich zů üch alß minen insunderß günstigen lieben herren und fründ ein vertruwen setz und hab, so bidt ich üch früntlich, so die zit mineß insitzens kompt und ich alß ein unbekanter dess ordtz üwers trüwen radtz noturfftig, mir den fruntlich mitzeteilen; dan ich getrüwer günneren und fründen vast noturftig bin by sölichen disser zit geschwinden und seltzamen loiffen, so jetz vorhanden sind. Dess und alleß gůtten ich mich gentzlich zů üch versich, begerend sölichs umb uch und die üweren in gantzer trüw ze verdienen, uch dem almechtigen befelhend, der üch und unß all in sinnem gnedigem

befelch haben und halten welle etc. Amann Fogler, zoiger diss brieffs, wirdt üch witter berichten. Datum Zurich, Zinstag den 4. Septembriß.

Üwer altzit güttwilliger günner *Hanß Hab*,
burger *Zürich*.

Dem hochgelerten, fürsichtigen, wisen herren Jochim von Wadt, doctor unnd burgermeister der stat Sanct Gallen, minem insunderß günstigen herren.

a) „sime" und „mine" mit Abkürzungsstrich über dem „e". — Öfters „m" für „n", wie übrigens auch in Brief 1129.

1) Vgl. oben, Brief 1129. — *Hans Hab* hat das Amt des Landvogts im Rheintal am 1. Juli 1538 angetreten.

31. B 71.

Johannes Zwick[1]) an Vadian.

Constans. 1537. November 26.

Beseitigung der Bilder in Wurtemberg. Übersendung zweier Bücher. Genesung des Bürgermeisters Thomas Blaurer.

Salus et pax Christi.

Ambrosii sententia de idolis vicit apud principem, doctissime Vadiane, ita ut decretum sit illius consulto primum demoliri ea verbo et decreto scripturæ in animis hominum; deinde admota etiam manu, sine tumultu tamen, etiam templa ab isto multorum malorum seminario expurgare. Non potest satis commendare principis animum Ambrosius, quanquam circumforanei quidam fratres et ob importunitatem dicione[a)] eiecti parum candide traducant illum. Ceterum[b)] quid mirum, si illi accidat, quod privato cuique patri familias, optanti quidem, ut omnia ordine et ad pietatis præscriptum succederent, neque tamen hoc ipsum assequenti. Atqui longe alius pater familias est princeps quam privatus quispiam. Potissima vero culpa in principe illo hęc est, quod plus æquo studet venationibus. Sed quid, si plus æquo studeret poculis, scortationibus, ludo et quæ sunt huius generis, a quibus est alienissimus?

Quæ tu ad me de ludo, omnino placent, et video nos non parum nocituros bonis animis, si illos velimus in tale pistrinum detrudere, quo de nihil scriptura. Et quanquam nostrum sit de optime collocandis vel momentis temporis, tamen quotusquisque est, qui hoc possit assequi? Etiam docendum est, de unoquoque otioso verbo rationem aliquando reddendam. Quodsi nunc magistratus severitatem exercere velit, immo[c)]

nos ipsi quoque certe non ędificabimus, sed perdemus ecclesias. Optandum est, ut iudicio[a] quodam pergamus in ducendo cœtu[d] ecclesiastico, ne scilicet, eradicaturi zizaniam, etiam conculcemus triticum. Præterea nihil est, quod scribam. Duos libellos hic mitto, sed omnino remittendos, quoniam mei non sunt. Thomas, consul noster, Christo medico restitutus est. Salutat te diligenter et multis Cůnradus frater diligentissime. Ego vero te tuamque domum totam cupio valere in domino. Orationibus tuis commendo me totamque nostram ecclesiam. Valeat Dominatio tua Constantiæ, 26. Novembris 153 . .

Tuus *Johannes Zwick.*

a) „t" für „c". — b) „Cœt-". — c) „imo". — d) „cętu".

1) Vgl. II. Brief 152. — Das Jahresdatum ist ohne Zweifel in 1537 zu ergänzen, da am 10. September dieses Jahrs der sogenannte «Götzentag» zu Urach stattfand, der zu dem Befehl der Beseitigung aller Bilder in Würtemberg führte.

XII 260

32.

David von Watt[1]) an Vadian.

1537. (November?)

Der Kaiser fordert einen Türkenzug. Herr von Castion wird sich zu dem Herrn Boisrigault begeben. Die Städte im Reich werden mit der Acht bedroht.

. . . her well mich darzů[a] comen lassenn unnd derglichen. Hab ich laussenn sein unnd niemands nichs gewiuses brichten wellenn. Wil alß wardten, bis der her heruff compt. Waß dann gott habenn wil, das geschäch. Es wer sunst allerdingen nit übel für mich, wie ich euch vormals geschriben hab, allain umb des willenn, daß ich mich mit der zeit in ann wessenn schickenn möht. — Der forderung vonn dem kaisser vonn wegen des Thürgkenzugs, das min heren vonn Sannt Gallenn unnd ander städt inn der aidgnoschafft gebenn sölthenn, hör ich nit gernn, dan sölichs baldt grosse unrůb gemacht het. Will aber achtenn, min heren die aidtgnossenn habendt gůthenn rath fondenn. Unnd wer glich rächt, waß sy mit thantzen, spillenn unnd bangenthieren verschlaissen, das sölthenn ander ehrennleuten erlägenn. Sind aber onn sorg. Es wirt onlang hingon, man wirt im daß thantzen gelägenn. So vil hab ich verstanden. — Es last euch mein her vonn Castionn früntlichen grussen. Wirt inn 8 tagenn verrithen genn Sollenthurn zů[a] dem herren von Borißgeault, unnd wol alßbaldt daruff er gar ann hoff rithenn. Der wirt unnß gewuß ethwaß neuws bringen. — Schwager Bartlome hat mir

geschriben, wie mann die stadt im rich nun blagenn well mit der acht. Es wil mich glich darfür ansehenn. Gott . . . .

a) „w“ mit übergeschriebenem „o“.

Dem hochgälerthen meinem innsunders liebenn brůder hern doctor Joacheim von Wadt, vogts richs zů Sant Gallen.

